SC·14·P1·7·

A Plut. j.°

BIBLIOTECA VITT. EMANUELE FONDO EBORENSE
37
20 B
26


ANNOTATIONES
SVPER
CANTICO CANTICORVM
SALOMONIS.
S.D.N. Paulo Quinto, P.O.M.
DICATAE.
Auctore Tuccio Tuccio Patritio
lucensi, Protonot. Apost.
Ac Pontificij Cæſareique
Iuris Consulto.
Cum quadruplici Indice,
Cantici, Pſalmorum, ac aliorum
sacræ ſcripturæ locorum, quos
interpretatur.
atque rerum Notabilium.
CVM PRIVILEGIO.
S. PETRVS
C. A. P.
S. PAVLINVS
P. L. E.
LVGDVNI
SVMPTIBVS HORATII CARDON
1620
Brnazeri F

SANCTISSIMO
DOMINO NOSTRO
PAVLO QVINTO
P. O. M.

ANNOTATIONES *ſuper Cantico Canticorum Salomonis, quas ab hinc tredecim annos, cùm Veientum eſſem Gubernator, ſubciſiuis temporibus, annotare incoepi, amicorum precibus editurus: non alteri quàm tibi, Beatiſſime Pater, dedicare conſtitui. Eccui enim potiùs illas dicarem, quàm tibi, qui de multis millibus ſelectus electiſſimus, Catholicae Eccleſiae, vnigeni filij Dei Sponſae, primam perſonam gerens: ſedens in puppi, Reipublicae Chriſtianae clauum tenes & gubernacula tractas? Qui animo, atque ingenio ſingularis, omnium Virtutum compos, ad tantum Imperium, per omnes honorum gradus elatus: Sponſi Domini noſtri, mundi Redemptoris, ac Seruatoris Vicarius, eiuſmet munere: Diui Petri ſucceſſor illius partes ſuſcepiſti? Poſtquam vt*

in toto Dramate, ſic in commentationibus noſtris, quas initio, operis ſubciſiuis, poſt autem, ſummis vigiliis accuratiſſima diligentia elucubrati ſumus: non niſi de Meſſia Deo, atque homine, ſermo ſit, cuius tu vices geris in terris? ┐ *Non niſi de Eccleſia, mirificè à Deo dilecta, vſque ante mundi creationem, honorata mentio fiat: quam Chriſtus à principio rerum humanarum, pactione cum Patriarchis & Prophetis, inita, ſibi deſpondit: ac tu gubernas & moderaris prudentia tua?* ┐ *Atque non niſi magni Dei, fabricatoris creatoriſque omnium, quae ſuprà & infrà coelum ſunt: ac Sponſae animae fidelis, ſociaéque regni coeleſtis, hominis videlicet, amores memorentur: quos tu diuina religione, adeò caſtè, piè, ſanctéque colis?* ┐ *Faue ergo, oro atque obſecro, Sanctiſſime Pater, alter Camillus Vrbi, Orbi Paulus alter ſalutaris, tam multis modis, nemini alteri, quàm tibi, debito operi: praeter quam quod, in tua ditione primum ortum habùit, & in tuo Pontificatu etiam adoleuit.* ┐ Reg*ú*m*que Rex, quem cum Sponſa, in ſcena, Salomon inducit, non niſi de exceſſu habentem colloquia, de quibus eodem Deo annuente diſſeruimus: ille (inquam)* ἀρχιποιμένος, *in cuius locum Paſtor ſuffectus es, te gregi incolumen, quàm diutiſſimè ſeruet.* ┐

Lucae X. Calend. Maij, M. D C. V I.

Sanctitatis tuae

Seruus minimus
Tuccius Tuccius Lucenſis.

AD TVCCIVM TVCCIVM IVRECONSVLTVM.

Anagramma.

TVCCIVS TVCCIVS LVCENSIS
HINC TVVS LIQVESCIT SVCCVS.

SVCCVS INDE TVVS Sacer LIQVESCIT,
TVCCI, *melliſluo liquore* SVCCVS,
SVCCVS *balſameo ſapore plenus*
SVCCVS *ambroſius, deoſculandus*
SVCCVS, *coelitus intimis medullis*
Infuſus ſuperi ex Tonantis aula,
SVCCVS *nectareus politiorum*
Doctorum labiis ſuauiandus:
SVCCVS *dulcis, vtrumque* SVCCVS *orbem*
Latè flumine copioſiore
Rigaturus: at hic adeſt origo,
Huc accurrite vos amantiores
Diuinae Sophiae ſtudîque ſacri
Huc accurrite, pergite, huc venite,
SVCCVS *nam Sacer inde* COLLIQVESCIT.
Haec ſunt dona tua (ô Apollo Thuſce,
Lux Lucae, Heſperiíque lumen orbis)
Dona dulcia, dona nectarina,
Haec ſunt dona remuneranda centum
Et cum centum aliis, aliis trecentis
Supra millia, gratiis benignis,
SVCCVS nam TVVS HINC Sacer LIQVESCIT.

CVRTIVS MICOTIVS
LVCENSIS.

AD EVNDEM IN IDEM ANAGRAMMA.

Carmen.

Sicut apis cùm pulſam hyemem ſol aureus egit
Sub terras, coelúmque aprili luce recluſit
Manè ruit portis, ſaltus ſyluáſque pererrat
Hyblaeum raptura thymum, meſſuráque campi
Lilia, caerulea & pictos ferrugine flores:
Inde fauos repetens hilaris tum roſcida mella
Exprimit & liquidum caeleſtia munera ſuccum.
Sic celebri quondam Luca progreſſus ab vrbe
TVCCIVS *in varios foelix ſe tranſtulit hortos,*
Ac primò celeri formoſa vireta volatu
Gallorum ſubiens, flores puráſque Mineruae
Carpſit delicias, illic & faucibus vndas
Libauit plenis Aganippidos Hippocrenes.
Hinc Belgam ad Moſam doctíque fluenta Louani
Iuſtinianaeae ſinuoſa volumina legis
Voluit, & Italiam repetens Arníque Padíque
Hortis liberior legit tua munera Pallas.
Nec terras luſtraſſe ſatis, ſed & ardua coeli
Sydera ſublimi penetrauit mente, tuóque
Vranie auxilio ſtellas ſcrutatus & aſtra
Sydereis illic collectis floribus, orbem
Heſperium ornauit, tum tot pigmenta colorum
Palladiáſque roſas, ſtellatáque lilia puro
Educta è coelo ſertum conflauit in vnum
Vnde TVVS, TVCCI, *fragrante ſapore* LIQVESCIT
SVCCVS, *quo Auſonius ſpiranti allectus odore*
Orbis, in excelſos clarum te euexit honores,
Et dedit antiquos ad nutum flectere Veios,
Téque ambit ſtudiis Phoebea caterua colíſque,
Fragrantem vt variae volucres Phoenica ſequuntur.

CVRTIVS MICOTIVS LVCENS.

PRIVILEGE
DV ROY.

HENRY par la grace de Dieu, Roy de France & de Nauarre. A nos amez & feaux Conſeillers les gens tenans nos Cours de Parlemẽs à Paris, Roüen, Bordeaux, Tholoſe, Grenoble, Aix, Dijon & Rennes, & à tous nos Baillifs, Seneſchaux, Preuoſts, Iuges ou leurs Lieutenans, & autres nos officiers qu'il appartiendra: Salut & dilection. Noſtre bien amé Horace Cardon, marchand Libraire de Lyon, nous a fait remonſtrer qui luy auoit depuis n'agueres eſté mis en ſes mains, vn liure intitulé *Annotationes & Lucubrationes in Canticum Canticorum Salomonis: Authore D. Tuccio Tuccio, Patritio Lucen. Theologo praeſtantiſs. trilinguis eloquentiae peritia clariſſimo, ac Protonotario Apoſtolico Sanctiſ. D.N. Paulo V. P. dicatae* pour imprimer ou faire imprimer. Ce que l'expoſant feroit volontiers, à fin que chacun en peut tirer profit & commodité: mais il doubte y eſtre empeſché au moyen de nos Ordonnances, & que quelque autre Libraire ou Imprimeur ne ſe vueille ingerer d'imprimer ledict liure, s'il n'auoit nos lettres ſur ce neceſſaires. Nous ſuppliant & requerant treshumblemẽt icelles, pource eſt-il qu'inclinant liberalement à l'humble ſupplication dudict Cardon: Nous luy auons de noſtre certaine ſcience, grace ſpecialle, pleine puiſſance & authorité Royalle, permis, accordé, & octroyons par ces preſentes, qu'il puiſſe & luy ſoit loiſible d'imprimer ou faire imprimer ledict liure intitulé *Annotationes & Lucubrationes in Canticum Canticorum Salomonis*, cy deſſus declaré, & iceluy vendre & debiter durant le temps & terme de ſix ans, à commencer du iour qu'il ſera acheué d'imprimer, ſans que pendant iceluy, autre Libraire ne Imprimeur, ſe puiſſe entremettre de l'imprimer, ny mettre en vente, ſi ce n'eſt du conſentement dudict Cardon. Ce que nous leur auons inhibé & defendu, inhibons & defendons ſur peine de cõfiſcation deſdicts liures, dõmages & intereſts, & amande arbitraire, par ces preſentes. L'extraict deſquelles eſtant inſeré au cõmencemẽt ou à la fin de chacun deſdicts liures: Nous voulons icelles eſtre tenues pour deuëmẽt verifiees & notifiees ſans autre ſignification, à ce qu'aucun n'en pretende cauſe d'ignorance. Si vous mandons, & à chacun de vous treſ-expreſſement enioignons, que du contenu cy deſſus, vous faictes laiſſez iouïr & vſer pleinement & paiſiblement ledict Cardon, ſans ſouffrir y eſtre contreuenu en quelque ſorte & maniere que ce ſoit. Et ſi aucune choſe auoit eſté ou

eſtoit

eſtoit faicte, procedez incontinent & ſans delay contre ceux qu'il appartiendra, & qui pour ce ſeront à contraindre par les peines que deſſus, nonobſtant oppoſitions ou appellations quelconques, & ſans preiudice d'icelles, pour leſquelles ne voulons eſtre aucunement differé : & quelconques Edicts, Ordonnances, Mandemens, Clameur de Haro chartre Normande, defences & lettres à ce cõtraires, auſquelles Nous auons deſrogé & deſrogeons par ces preſentes: car tel eſt noſtre plaiſir. Donné à Paris le 15. iour de Iuin, l'an de grace mil ſix cents ſix. Et de noſtre regne le dixſeptieſme.

Par le Roy en ſon conſeil.

DE LA FON.

Facultas R. D. D. Antonij Emmanuelis Chalomi huius libri imprimendi.

ANTONIVS EMMANVEL CHALOMVS in Praefectura Lugdunenſi Conſiliarius Regius, in primatu Franciae Iudex, & in Archiepiſcopatu Lugdunenſi Vicarius Generalis. Noſtra licentia praedictae Annotationes Doctoris Theologi iudicio Catholica ſynceráque doctrina illuſtres, in lucem emittantur. Lugdun. 28. Maij 1606.

Chalom Vicar. Generalis Lugd.

ANnotationes & Lucubrationes in Canticum Canticorum Salomonis, authore D. Tuccio Tuccio, Patritio Lucenſi, I.V.C. & Prothonotario Apoſtolico, atque trilinguis eloquentiae peritia clariſſimo, Sanctiſs. D.N. Paulo V. P. Opt. Max. dicatae, fidei Catholic. Apoſtolicae & Romanae conſentaneae ſunt, ſingularíque & ſyncera doctrina illuſtres, multáque ſacrae Scripturae obſcuriſſima loca noua perfundunt luce. Quamobrem inoffenſo decurri pede, & magno Reipublicae Chriſtianae fructu, typis mandari poſſunt. Quod ego Fr. Io. Comes Doctor Theologus in alma Pariſienſi facultate Sorbonae, atteſtor. Lugduni apud S. Auguſtinum die 25. Menſis Maij, anni 1606.

Fr. Ioannes Comes, Prouincialis prouinciae Narbonenſis, Prior Monaſterij S. Auguſtini ciuitatis Lugdunenſis.

חכום לתכוסי .
פסוק

בפרש אותך שיד השירים
תפארת לעולם הדברים
שפכת יחדו פרי חסנך
נותן אשרי חיה תמיד לך
ככוכבים רקיע מלמדי
יזהירו ורבים המצדיקי

Ἐνδόξῳ καὶ Ἐπιστήμῳ Τούκκιῳ
Ἐπίγραμμα.

Ἑρμηνεὺς μολπῆς τυγχάνων τοῦ Σαλομῶντος,
  Δεῖγμα ἐπιστήμης, εὐσεβείας τε δίδως.
Ἔνδοξον, λαμπρόν τε ποιεῖ ἐν γαίᾳ ἐκείνη,
  Αὐτὴ ἀθανάτως ὄλβιον ἐνδ᾽ οὐρανῷ.

In commentarios in Cantica Canticorum Tuccij Tuccij Lucenſis Iuriſconſulti.

NOn vaga ſunt ſatis aſtra tibi fulgentia coelo
  Non ſat erant pennae ſydera celſa tuae.
Siſtere te Solis, Lunaéque volumina Tucci,
  Siſtere te mundi machina tota nequit,
Tentaſti Solem, penetráſque minora polorum
  Lumina, nec ſcriptis meta, vel ingenio:
Sed volat, aeternóſque animus concepit amores
  Connubij caſti caſtáque verba refert.
Quid tibi meta Deus pendet Tucci, hoc tibi pendet
  Vt ſit meta animae, qui fuit ingenio.

AN Lucae lucem das Tucci? vel tibi Luca
Clarior illius luce? vel illa tua?
Non, tua lux Lucae ſit maior: at addita luci,
Lucidior luci eſt addita Luca tuae.

INgenium, pietas, virtus, facundia,, ſenſus,
Mirum quantum in te dictio terſa nitet:
Si decorat quidquam mortalem hunc rarius orbem
Si quid celſa colunt imáque, ſolus habes.
Tu Latio doctas coniungere doctus Athenas,
Doctus & Hebraeis ſpargere Graeca ſonis.
Nulla vnquam audiuit meliorem curia linguam,
Tam docta nunquam pulpita tacta manu.
Olim ſtellato lucentia ſydera mundo
Multiplicis Lunae cornua dicta tibi.
Altius aethereis nunc mens ſubuecta quadrigis
Diuinóque refert lingua recepta ſinu.
Libera nil mirum ſi permeat aethera penna,
Patria nimirum libera Luca tibi eſt.

IRatione Cupido carens, quos reddis amantes,
Protinus amentes impius ardor agit:
Iuno tuae non haec connubia credita curae,
Hoc hymen hae thaedae numina caſta volunt.
Scire cupis Sponſum, Deus eſt, Eccleſia Coniux,
Coniugij quaeris quis fuit auctor, Amor.
Omnia pura, torus purus, mens neſcia culpae,
Nil niſi caſta volunt, nil niſi caſta placent.
Diuinum Tucci dum ſic exponis Amorem,
Verba tibi illius pandit amoris Amor.

TVCCII

TVCCII TVCCII
PATRITII LVCENSIS
I. V. C. AC PROTONOT.
APOST.
IN EIVS ANNOTATIONES
Super
CANTICO CANTICORVM
SALOMONIS.

Ad Lectorem Praefatio.

CANTICVM REGIS SALOMONIS ATQVE PROPHETAE, ad gloriam ſummi Sponſi Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ad vtilitatem Sanctae matris Eccleſiae eius Sponſae (de quorum exuperantia amorum, poëmate dramatico canitur) Latinè & Graecè proſa oratione, à nobis conuerſum, editurus: cum Annotationibus diſparium verſionum, à caeteris: facturus operae pretium exiſtimaui, ſi paucula quaedam, iſtiuſmodi ratione, breuiter proponam. Non id in verſionibus, ſpectatum à me, quas ſoluta oratione, Graeca & Latina locutione ſcripſi: vt verbum è verbo exprimens, Hebraei ſermonis ſtructurae, omni ex parte rationem haberem. Id enim, ad vertentem, de lingua in aliam, pertinere non arbitror: propter linguarum proprie-

tates,quas ἰδιώματα Graeci vocant. Quoniam nec partium quidem orationis accidentia (praeter propter alia multa) eadem ſemper diuerſis linguis conueniunt: nec quae, vna periodo vel inciſione, in Hebraeorum verborum ordine & compoſitione, ſunt coelata myſteria, totidem in aliam linguam, verbis tranſlatis,manere eadem profectò poſſunt.Non ſolùm ob vocabulorum diſſimilem quantitatem,dum breuia Hebraeis, longiuſcula Latinis, Graecis ſexquipedalia placent: ſed ob ipſorum etiam elementorum,diuerſarum linguarum, ex quibus voces, & arithmeticae notae naſcuntur, diſparitatem. Quin potiùs, vt Hebraeorum verborum vim,varietatem,numerum,& vſquequaque vniuerſam ſententiam conciperem: conceptámque Graecè & Latinè,ad Hebraicam veritatem,pari facultate verborum, copia, & differentia, emendatè verterem, diligenter aduerti. Hoc enim ad neceſſariam ſcripturarum intelligentiam, enodandam, enucleandámque, plurimùm conducit. Quemadmodum in eo ipſo multùm deſudatum à me & elaboratum eſt,in ea etiam ſanè difficili verſione,quam primam ſuperum ſignificationi parens,anno à Virginis partu 1593. dum Veientum eſſem gubernator, orſus: Romae poſtero anno, meam poſt reuerſionem abſolui. Cùm ad diuini numinis monitum, nutúmque conuerſus: cantum Hebraeum,ſonúmque vocum emulatus: Thuſcis primum omnium Canticum verſibus fudi. Sic Regij operis imitatus exemplar: vt quoti in poeſi; quíque eſſent Hebraea, totidem tales Hetruſcis hendecaſyllabis redderem. Secundùm noſtram in Sancto Poëmate inſtitutam rationem: vt carmina carminibus appoſitè demenſa, paria reſponderent. Has autem ternas Cantici tranſlationes, & quae in eiuſdem Cantici Annotationibus, exquiſitiùs de Cantico & Pſalmis, & aliis Sanctis priſcis libris, à nobis Graecè & Latinè conuerſis, Cantici occaſione prodere molimur, non quaſi deciſionis cauſa edere: neque vt vulgatae editioni,vel D.Hieronymi, vel LXXII. vel aliorum, quot quot antè verterunt, vitio demus. Deus enim mentem meliorem mihi. Latinorùm enim, neque Graecorum, vel Iudaeorum, aut Chaldaeorum, cuius vis extent editionibus, nec fragmentis, ne minimum quidem detrahimus.Tametſi cùm ita multi ſint,qui in hoc opere elaborauerunt, vt vel nomina eorum, qui ad noſtras manus peruenerunt,

uenerunt, libros implerent: quid tamen quaeſo vnquam, adeò ſcitè & literatè compoſitum fuit: adeò bene factum & elucubratum induſtria: quod etiam notationibus, atque animaduerſionibus (ex quibus artes gignuntur & propagantur) cumulatiùs non perficeretur, & limaretur politius? Hoc igitur in noſtris Salomonis Cantici & Pſalmorum, & aliorum ſacrorum voluminum verſionibus, Deo propitio peractum eſt. Cùm Hebraeae linguae dialectum, tum ipſorum Hebraicorum verborum, & ſenſus literalis rationem, & vt Graeci dicunt, ἀληθολογίαν, & animaduerterimus & notàuerimus. Sicut alios etiam, qui ſuperioribus temporibus, licèt diſſimiliter (vt fit) ob diſpares animorum voluntarios motus, variis de cauſis, conuerterunt: animaduertiſſe credimus & notauiſſe. Velut priſcos illos L X X I I. Hebraeos, omnium antiquiores interpretes: vt pote qui ante M M. annorum, Graecè vetus teſtamentum reddiderunt. Et Ionathan, qui Chaldaicè X L. annis ante Domini aduentum expreſſit. Et Aquilam, & Theodoſium, & Symmachum, qui Graecè pòſt, intra C C. annos. Nec non & D. Hieronymum, qui annis C C C C. à Virginis partu Latinè vertit. Et autorem vulgatae editionis: cuius vetuſtum in Eccleſia vſum, Concilium Tridentinum comprobauit, praecepítque in diſputationibus ac deciſionibus; & generaliter quotieſcunque res in controuerſiam, aut diſceptationem vocatur. Seſſ. 4. Ex recentioribus autem Sanctem Pagninum conciuem Ordinis Praedicatorum: virum ſanè illuſtrem, ob excellentiam praedicationis verbi Dei; at enimuerò, ob linguarum peritiam, qua praeſtitit, multò illuſtriorem. Ad quorum verſiones iam receptas, & vniuerſorum conſenſione ſuſceptas, tanquam ad communem opinionem, ſic omnium accommodatur conſenſus, vt omnes approbent, omnes collaudent, probéque omnes de illis ſentiant. Praeſertim verò L X X I I. Hebraeos, quos, ex omni tribu ſex ſelectos, doctos & intelligentes, non linguas ignoraſſe: ſed diuino potiùs, coelandi ſtudio, ne gentibus Idolorum delubra colentibus, ſanctiſſimae religionis ſacra initia manifeſta facerent; ſecus pleraque ac ſentiebant, opera conſulta conuertiſſe credimus. Hoc etenim veteri conſuetudine, inſtitutóque maiorum priſci omnes, omnium gentium, quicunque ſapientes habiti ſunt, ſemper tenuerunt. Vt iis quidem, qui opti-

 marum

marum ſcientiarum, & diſciplinarum opifices, ſummè tradidiſſent & poſuiſſent praecepta, quibus viam, cauſarum cognitionem adipiſcendi aperuiſſent: magna laus & immortalis gloria deberetur. At pluſquam certè homini homines praeſtare, vix fax eſt, nimirum diuinos honores, illis tribuendos, qui magnarum rerum cauſas, quae occultis in artibus verſantur, quaéque coelari oportuit; longe caeteris praeſtantiores artifices, inuolucris, quantum potuiſſet, abdendo obſepiſſent. Cùm enim naturae formas, ſicut pictores fictoréſque faciunt, quiſque ad imitandum ſibi proponat: caeterarum quidem rerum facies, qui cognitionem & doctrinarum cunabula omnium ſenſibus, ſine delectu ſuggeſſiſſent, aſperſiſſe & adumbraſſe, aeſtimati ſunt. Hominis verò figuram, qui omnium, quae in hoc templo conſpicimus, ne dum reliquorum animantium formam vincit: qui rationes ſcrutati, ſecretiora Philoſophiae, vt perpauculis admodum ingenio praecellentibus, iudicio grauiſſimis, nota eſſent, abſtruſiſſent, pinxiſſe, atque finxiſſe ſunt habiti. Nec immeritò. Ipſius, namque omnia cientis, vim, quae auri argentíque venas, latentes & penitus reconditas habet: qui magnarum artium & doctrinarum, rationes tradentes, latebras obſcuritatis adhibuerunt, documenta ſequuti ſunt. Atque ex hac primùm enimuerò exquiſita ratione antiquiſſimi è doctis, apud Graecos Poëtae, natura ipſa valentes, & mentis ſpiritu excitati: per fabularum integumenta, de grauibus ſeriíſque rebus cecinerunt. Ex hac ſepoſita cauſa Pythagorici, & qui vſque ad Pythagorae aetatem, ſapientes nominantur: obſcurioribus verbis, vt pote quantitatibus, muſicis vocibus & modis, coeleſtibúſque motibus, naturales quaeſtiones, ſuo arbitratu exponebant. Hoc more & inſtituto maiorum impulſus Plato, cùm pleraque multis obſtrüxit difficultatibus: tum ſuo numero, eius, quod diuinitùs genitum eſt, circuitum explicauit. Hac iam opinione, antiqua inſtitutione comprobata, Peripateticorum princeps, ad eas diſciplinas, quas in Lycio diluculo auſcultatorias tradebat, neminem admittere conſueſcebat: niſi cuius ante ingenij indolem, ſpecimen virtutis, & in perdiſcendo ſtudiũ probaſſet. Ob eandem Alexander Macedoniae Rex, Ariſtoteli iratus: qui contemplatiuae ſcientiae, libros nonnullos ediderat, ſcripſit. Non eum rectè feciſſe: quod eas diſciplinas, quibus ipſe

erudi

eruditus foret, libris editis inuulgaſſet. Ac ob eam ipſam cauſam, Regi ſe purgans, & in eo, de quo accuſabatur, culpa vacare, contendens omnes neruos Ariſtoteles: Regi reſcripſit. Libros, quos editos quereretur, perinde ac non editos putaret: iis enim ſolum, cognobiles futuros, qui ipſum audiſſent. Atque ob id ipſum, multi alij ſcriptores, authoritate graues, obſcura locutione vſi ſunt. Sicut D. Dionyſius, in omnibus ſuis libris. Quem iccirco id feciſſe, D. Thomas inquit: vt ſacra & diuina dogmata occultaret: vt non ab infidelibus irriderentur. Sed multa ſunt eiuſmodi, quae proſequi longum eſſet, non ſolum ab iis, qui praecepta, decreta, inſtitutiones, mores, ritúſque ſapientum, poſteris tradiderunt, literis conſignata: ſed ab iis etiam, qui temporum, hominum, locorum, qui rerum geſtarum, qui denique promiſcuè vetuſtatis exempla reliquerunt, Graecis praeſertim mandata monimentis. Quibus haud leuibus, vt ſemper viſum eſt, argumentis: ego etiam in eam ſententiam, ſuperioribus annis; ſum adductus. Nam cum de ea philoſophiae parte naturali, quae genethliaca conſiderat, libros ſeptem edere ſtatuiſſem: in quibus vndequinquaginta quaeſtiones, partim adhuc non penitus perſpectas, plenéque cognitas: partim vſque ad noſtram aetatem, à nemine tactas, vt alios iuuarem, ex me promere decreueram: ſparſas res plures, compluſculis latituras, paululum pigmentorum, colore immutato, inferre deſtinaueram. Veluti libro primo, anno M. D. LXXXIV. Lugduni Galliae primùm impreſſo, cui DE PARTE HOROSCOPANTE eſt inſcriptio, à nobis eſt factitatum: cum ſeptem primas, ex propoſitis quaeſtionibus, praeceptiones tradidimus. In quo interdũ, poſtquam literas in loro, circum ſurculum, complicato, per tranſuerſas iuncturarum oras, inſcripſimus: lorum reuoluimus. Vt ea ratione, & iis, qui noſtro ſurculo comparem habent, & quibus modis operta ſoluantur, callent, incolumen clandeſtinam ſignificationem, integrámque ſeruarem: & eam vulgus coniectari non quiret. Quod etiam in ſecundo libro, in quo, quas, in primo polliciti ſumus, quaeſtiones, & alias, vſque ad ſeptenas (ſecundum noſtrum in vno quoque ſeptem librorum, inſtitutum) tractauimus, à me eſt elaboratum. In eo namque ſecundo, quem illo tempore, quo primus ſub prelo liber erat, exarauimus: nodos etiam quoſdam, ex numeris & modis earum diſciplinarum, quas

μαθήματα

μαθήματα Graeci vocant,compactos funderamus. Vt non ita propalam omnia ſub aſpectum ſubijcerentur: vt paſſim à quouis conſpici quirent. Pro vt etiam in caeteris libris, proſequi ſancitum erat. In quibus non ex ſtricturis chalybum,aurive metallo:ſed ex curſibus orbium, conuerſionibúſque, rudem adhuc & ineffigiatam materiam:modò validis ſuper incudem, dum tenaci forcipe verſarem,ictibus quatiendo: modò aequis iuſtíſque ponderibus, quouſque neutra lanx propenderet,librando:vſque eò,dum nulla parte imperfecta, tota naturae parilis maneret, informare ſtatueram. Si opem noſtris lucubrationibus ij tuliſſent, qui maximam ferre debebant. At multo aliter,de magno & difficili opere, in quo ſtudia,è reconditis fontibus hauſta,tractanda ſuſceperam: quàm propoſitum fuerat,contigit euenire. Sed redeo ad LXXII. Si ea, quae pertinent ad naturalem philoſophiae partem, cuius latent ex ſe cauſae, tenebris,caecíſque nubibus inuolutae naturae:non in veſtibulo, non in limine, ſed intus ſemota & ſeiugata habuere,qui rerum naturas & cauſas norunt: latebris etiam obſcuritatis adhibitis, vt eadem res, in alias res accommodari poſſe viderentur. Quid mirum videri poſſet, ſi Iudaeorum nationis, populi Dei electi, Theologi peritiſſimi rerum diuinarum: quorum eſt remotior quaedam ſubtiliórque doctrina, ad ipſius Dei eſſentiae conſiderationes contemplationéſque pertinens:ad quas par omnibus gentibus aditus eſſe non debet,aut idem infidelibus cum credẽtibus,diuina Graeco Regi coelare ſtuduiſſent? Quando ſuperba illa Iudaea natio, gentilium quenquam, ad cognitionem legis admittere deſpiciebat. Sicut D. Gregorius ſummus Eccleſiae Pontifex & Doctor ſcriptum reliquit. Luc. 18. Quando nimia arrogantia elata illa Iudaea natio,ne fidei ſacramenta perſpicuè ethnicis traderet:non ſanctum canibus,non porcis margaritas dandas,dicere conſueſcebat. Vt D. Hieronymus ait, in Praefatione Iſaiae. Ac quando eius nationis magiſtri, legíſque Doctores,ſuis etiam niſi probis, bene moratis,ac bonis viris, iámque aetate prouectis, pleraque diuinitatis non pandebant. Quemadmodum habetur in epiſtola Neumiae filij Haccane, ad Haccanam filium:quae appellatur, epiſtola ſecretorum. Iunctis notatis per Rab. Moſſe Aegyptium in lib. Directionis nutantium, lib. 1. cap. 62. De duobus nominibus, quibus praeter caetera Hebraei

Deum

Deum nuncupant (vt certum quiddam, & breuis exempli cauſa ponamus.) Alterum duodecim literarum.

אב בן ורוח הקדש:

Ab Ben ve Ruach haccodes.

Id eſt, Latinè & Graecè de Hebraeo exprimendo.

ὁ πατὴρ, ὁ ὑὸς, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον.

Pater, Filius & Spiritus ſanctus.

Alterum quadraginta duarum literarum.

אב אלהים בן אלהים

Ab elohim, ben elohim,

רוח הקדש אלהים:

Ruach haccodes elohim.

שלשה באחד אחד בשלשה:

Sceloſciah beechad, echad beſceloſciah.

Id eſt, Latinè & Graecè de Hebraeo exprimendo.

ὁ πατὴρ θεοὶ, ὁ ὑὸς θεοὶ,
τὸ πνεῦμα ἅγιον θεοὶ,
τρεῖς ἐν ἑνὶ, εἷς ἐν τρίσι.

Pater Dij, Filius Dij,
Spiritus Sanctus Dij,
Tres in vno, vnus in tribus.

Et aduerte Lector, quoniam pars ſecunda huius nominis quadraginta duarum literarum, quae eſt.

Tres in vno, vnus in tribus.

Primae partis, rationis redditio eſt. Si quis enim, vel eius nominis authorem : vel eruditos illos Hebraeorum magiſtros, legíſve Doctores, interrogaret. Quomodo Pater Dij, Filius Dij, Spiritus ſanctus Dij? Cum ſicut vna fides Catholica tenet, & tam Latina, quam Graeca ſchola docet : non tres, ſed vnus ſit Deus: non tres Domini, ſed vnus ſit Dominus? Vtique reſponderent. Quoniam ſanè, in Patre eſt Filius & Spiritus ſanctus : in Filio eſt Pater & Spiritus ſanctus : in Spiritu ſancto eſt Pater & Filius. Quoniam quidem Pater & Filius ſunt in Spiritu ſancto : Filius & Spiritus

ſanctus ſunt in Patre: Spiritus ſanctus & Pater ſunt in Filio. Quoniam porrò omnes tres ſunt in quolibet vno:& quilibet vnus eſt in omnibus tribus:& nullus eorum extra quemlibet eorum eſt. Quoniam oppidò nemo eorum alium praecedit aeternitate : nemo eorum alio excellit magnitudine : nemo eorum alium ſuperat poteſtate. Quoniam enimuerò Pater non eſt maior, aut anterior Filio,aut Spiritu ſancto, quantum ad naturae diuinae vnitatem pertinet. Quoniam ſcilicet Filij aeternitas atque immenſitas, velut anterior vel maior , Spiritus ſancti aeternitatem immenſitatémque,vel excedere vel praecedere naturaliter non poteſt. Ita vt per omnia, quemadmodum Sanctiſſimus , idémque doctiſſimus Athanaſius cecinit.

καὶ τριὰς ἐν μονάδι, καὶ μονὰς ἐν τριάδι λατρεύηται.

Et vnitas in trinitate,& trinitas in vnitate veneranda ſit.

O verè digna myſteria, quae non gentibus immanitate barbaris, non feris agreſtibúſque nationibus,non populis, idolorum cultoribus:ſed ſolis Chriſti fidelibus pateſiant. Enimuerò ſaepe mihi cogitanti, quid nam cauſae eſſe potuerit, quamobrem LXXII. qui primùm, CCCC. annis,ante Domini noſtri natiuitatem,diuina volumina , Graecè verterunt , nomen אלהים *Elohim* , quod plurale eſſe conſtat , ſingulariter redderent : hanc tantummodo cauſam reperi veriſſimam, ne triadis myſterium patefacerent. Si enim Graecè pluris numero, nomen אלהים *Elohim* expreſſiſſent: illico ad primi verſus lectionem.

ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν οἱ θεοὶ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν.

Principio creauit Dij coelum & terram.

Ptolomaeo eiúſque ſapientibus Graecis , aperire & oportuiſſet & opus fuiſſet:ſub nominis θεοὶ Dij pluralitate,trium diuinarum perſonarum diſtinctionis, ac ſub verbi ἐποίησεν creauit, ſingularitate,vnius duntaxat Dei eſſentiae,latere ſecretum. Quod non ſolum nobis confirmauit, ſed etiam perſuaſit loci Oſeae Prophetae, eorundem LXXII. conuerſio,cap.11.in princ. (vt alios , ſacrae Scripturae priſcae, locos mittam) in quo Propheta, ſermonem quem Deus ſecum habuerat,narrare continuas, ponit haec verba.

וּמִמִּצְרַיִם קָרָאתִי לִבְנִי׃

Vmimitſraim carathi libni.

Vbi LXXII. Graecè vertentes, tranſtulerunt.

καὶ ἐξ αἰγύπτου μετεκάλεσα τὰ τέκνα αὐτοῦ.

Et ex Aegypto vocaui filios eius.

Ad Iſrael, Iacob videlicet Patriarchae poſteritatem referentes. Quam Deus per manus ducis Moyſes, per deſertum in Paleſtinam deduxit. Cum tamen ex proxime dictis, verba illa de Meſſia intelligenda ſint, aeterni patris vnigenito. Quem Deus in prima aetatula, per manus nutritij S. Ioſeph, matris Virginis, Sponſi & mariti, ex Aegypto, cum Sanctiſſima matre, defuncto Herode Aſcalonita in Paleſtinam reduxit. Ipſe etenim Rex Iſrael eſt. De quo ſuprà cap. 10. dicitur. Cum venerit docebit vos iuſtitiam. Non autem de Iſrael Patriarcha, locus intelligendus eſt: qui Rex non fuit, nec Regis nomine, in ſacra pagina, vſquam appellatur. Et ſine ambiguitate, literarum Hebraicarum interpretatio ſit.

Et ex Aegypto vocaui Filium meum.

Quia in omnibus Hebraeis exemplaribus, non legitur לבניו *libnau*, ſed לבני *libni*, ſine ו *vau*. Pro vt legebatur aetate D. Hieronymi, poſt Chriſtum annis CCCC. Sicut ipſe teſtatum reliquit. Et etiam Apoſtolorum ſeculo. Vt ex Euangelio Apoſtoli & Euangeliſtae Matthaei perſpicuum eſt, cap. 2. Cuius ab eo Hebraicis literis verbíſque ſcripti, tempore D. Hieronymi conſtabant volumina. Quae etſi nunc deſiderantur, incerti tamen authoris, approbatam ab Eccleſia tranſlationem habemus.

ἐξ αἰγύπτου ἐκάλεσα τὸν υἱόν μου.

Ex Aegypto vocaui Filium meum.

Verum LXXII. iam dicta de cauſa, filios eius reddiderunt. Et ne Deum ab aeterno, filium ſibi conſubſtantialem genuiſſe, atque hominem fieri voluiſſe, gentibus palàm facerent. Hic eſt locus, quem D. Hieronymus in LXXII. interpretibus, exiſtimauit non reperiri. Matth. cap. 2. Sed hoc totum iudicium, integrum Eccleſiae reſeruamus: cuius eſt de ſcripturis Sanctis iudicare.

Solum enim cum ad ſcribendum animum appulimus, id negotij ſuſcipere, propoſitum fuit, vt noſtram proferentes ſententiam, dies aliquando eluceſcat: vt ex ea Eccleſia aedificationem accipiat 1. Cor. 14. Liberum interea vnicuique relinquentes, quam maluerint, verſionem ſequi. Certum eſt enim, tantam, apud quoſdam, vim, aſſiduum & quotidianum vſum habere: tantúmque quoſdam veteri conſuetudine recitandi pſallendíque allici: vt illis etiam confeſſa vitia placeant. Quemadmodum D. Hieronymus ait, in Praefatione in librum Iob. Et haec ſunt, quae pro omnibus tam Cantici, quàm Pſalmorum, & aliorum ſacrorum codicum, qui à nobis de Hebraeis ſunt conuerſi: & aliis, quas deinceps faciemus de integro, verſionibus, & verſionum Annotationibus, benignè Lectorem accipere rogamus. Lugduni VI. Non. Maij M. DCVI.

DE LOCIS PSALMORVM, QVI IN OPERE CITANTVR, AD LECTOREM.

Appendix.

QVONIAM ſæpè in Annotationibus citantur Pſalmi, benignus lector admonendus eſt: quod & partitio & adiectus numerus ſecundùm Hebraeos eſt intelligendus. Differentia autem, partitionis & numerandi, inter Hebraeorum Pſalterium, & Graecorum, à quo, non autem ab Hebraeo, Latina vulgata editio, qua Eccleſia vtitur, conuerſa eſt: eſt à Pſal. 9. qui incipit.

Confitebor tibi Domine, in toto corde meo.

Vſque ad Pſal. 147. qui incipit in Latinis Pſalteriis.

Laudate Dominum, quoniam bonus eſt Pſalmus.

Nam à primo Pſalmo, vſque ad nonum, & à centeſimo quadrageſimo ſeptimo, vſque ad vltimum, cùm eadem partitione, tùm eadem numeratione procedunt. Ratio autem differentiae fuit, quoniam LXXII. Interpretes, cùm Pſalmos Graecè redderent de duobus Pſalmis.

Confitebor tibi Domine, in toto corde meo.

Qui eſt nonus in Pſalterio Hebraeo, & :

Vt quid Domine receſsiſti longe.

Qui eſt decimus, ſecundùm Hebraicam diuiſionem: qui duo Pſalmi, vndequadraginta verſibus conſtant, vnum Pſalmum, conſtituerunt. Et ſic Nonus Hebraeorum, pariter & Decimus, Nonus ſunt ſecundùm Graecos & Latinos. Vndecimus verò Hebraeorum Decimus. Et ſic de reliquis, vſque ad Pſalmum.

In exitu Iſraël de Aegypto.

Qui eſt 114. ſecundùm Hebraeorum numerum: & 113. ſecundùm Latinos & Graecos. Vbi rurſus LXXII. Interpretes, de alijs duobus Pſalmis.

In exitu Iſrael de Aegypto.

Qui octonis verſibus conſtat: &

Non nobis Domine, non nobis.

Qui decem & octo: qui ſecundùm Hebraeos, eſt 115. vnum conſtituerunt. Et ſic Pſalmi,

In exitu Iſrael de Aegypto. Et

Non nobis Domine, non nobis.

Qui pariter duo ſunt apud Hebraeos, n. 114. & 115. vnus ſunt, ſecundùm Latinos & Graecos, n. 113. Et è contrà LXXII. Interpretes, Pſalmum, cuius eſt orſus.

Dilexi, quoniam exaudiet Dominus.

Qui vndeuiginti tantùm verſibus conſtat, in duos Pſalmos partiti ſunt: initium ſecundi facientes, verſu.

Credidi, propter quod locutus ſum.

Et ſic Pſalmus, qui apud Latinos incipit.

Dilexi, quoniam exaudiet Dominus.

Qui eſt apud Hebraeos 116. eſt apud Latinos & Graecos. 114. & Pſalmus, qui Latinis incipit.

Credidi, propter quod locutus ſum.

Qui apud Hebraeos, eſt pars ſuperioris, eſt apud Latinos & Graecos, Pſal. 115. &

Laudate Dominum omnes gentes.

Qui eſt apud Hebraeos, n. 117. apud Latinos & Graecos eſt. 116. Et ſic de reliquis, vſque ad Pſal. 147.

Laudate Dominum, quoniam bonus eſt Pſalmus.

Quem etiam LXXII. quamuis viginti verſus non ſuperet, in duos partiti ſunt: videlicet 146. & 147. initium ſecundi facientes, verſu.

Lauda Ieruſalem Dominum.

Poſt quem omnes pari partitione, paríque computatione progrediuntur, vſque ad finem Pſalmorum: qui ſunt apud Hebraeos & Latinos numero Centum quinquaginta, quos Latina Eccleſia in diuinis canit. Habent enim Graeci alium Pſalmum, vltrà 150.

Hebraeo

Hebraeorum & Latinorum:qui monomachiam continet Dauid pueri cum Golia. Cuius meminit S. Athanaſius, cum canonicis ſcriptis adnumerans,in Synopſi : qui incipit.

Μικρὸς ἤμην ἐν τοῖς ἀδελφοῖς μου.

Et eſt apud Graecos in ordine vltimus Pſalmorum.n.151. Quem nos exercitationis gratia ſuperioribus annis,è Graeco primum in Hebraeum vertimus, modo,quo in calce praeſentis praefationis, cudetur : ac Hetruſcis deinde expreſſimus hendecaſyllabis. Vbicunque igitur Pſalmorum aliquis in Annotationibus allegatus fuerit : vt eum Lector reperias in Pſalterio Graeco vel Latino poſt Pſalmum nonum.

Confitebor tibi Domine in toto corde meo.

Vſque ad Pſalmum 147. qui incipit.

Laudate Dominum, quoniam bonus eſt Pſalmus.

Vnitatem demendam meminiſſe debebis. Vt ſi quinquageſimus primus Pſalmus inductus fuerit : quinquageſimum, in iam dictis Pſalteriis quaerere habeas, Praeterquam ſi inductus fuerit. Pſalmo 116. qui incipit.

Dilexi, quoniam exaudiet Dominus.

In eo enim non vnitatem de numero, ſed binos numeros extrahendos meminiſſe debebis. Eſt enim (ſicut dixi) apud Hebraeos,116.apud Latinos autem & Graecos. num.114.

Lugduni. VII. Calend.Iunij. M. D. C. VI.

למנצח

למנצח לדוד
כאשר לחם בגלית׃

בין אחי צעיר היתי
ואת קטן. בבית אבי
את צאן רעה במדבר׃
כוננו עוגב ידי
ואצבעתי עשו זמרת׃
ומי הגיד ליהוה אדני
הוא אלוה הוא ענה׃
הוא אלי מלאכו שלח
ומעדר אב לקחני
מושח בשמן משחתו׃
יפים אחי וגדולים
לא רצה בהם האל׃
אז לאיש נכר פגשתי
ושקצני בעצבים׃
ואני חרבו לקחתי
ובו קצתי לו ראשו
וחרפה מעם הצלתי׃

INDEX

JNDEX LOCORVM CANTICI SALOMONIS, IN HIS PRIMIS OCTO

Annotationibus, quae nunc eduntur, ab Authore expoſitorum: iuxta eorum ſeriem, ſecundum vulgatam Latinam editionem, vt facilius eos Lector reperiat. In quo octo Annotationes, per primas cuiuſque literas denotantur.

O. Oſculabitur.
Oo. Oſculis.
A. Amor.
V. Vinea.
P. Paſtrix.
R. Roſa.
Ph. Phiala.
C. Cincinni.

Et tum praeterea aliae quinque notae.

p. praemiſſum.
l. locum.
m. mammam.
c. cauſam.
f. folium.
} ſignificant.

ET QVIDEM PRIMAE PARTIS.

2 Oſculetur me. O. per totam. fol.1
Oſculis oris ſui. Oo. per totam. fol.19
Quia meliora ſunt hubera tua vino. A.l.1.fol.79
3 Fragrantia vnguentis optimis. A.l.1. fol.81
Oleum effuſum nomen tuum. A.l 1.fol.81.& Ph.fol.361
Adoleſcentulae dilexerunt te. P.p.3. fol.243
4 Introduxit me Rex in cellaria ſua. A.l.2. fol.84
Memores huberum tuorum ſuper vinum. Ibid.
Recti diligunt te. P.p.3. fol 243. & 244
5 Nigra ſum, ſed formoſa. A.l.27.num.2.fol.153
6 Nolite me conſiderare, quod fuſca ſim. Ibid.

Decolorauit me Sol. V.fol.205
Filij matris meae pugnauerunt contra me. Ibid.
Poſuerunt me cuſtodem in vineis. Ibid.
Vineam meam, non cuſtodiui. V.per totam.
7 Quem diligit anima mea. A.p.3.fol.60. & P.p.3.fol.244
Vbi paſcas, vbi cubes in meridie. P.p.1.fol.230
Ne vagari incipiam, poſt greges ſodalium tuorum. P.p.2.fol.239
8 Paſce haedos tuos, iuxta tabernacula paſtorum. P.p.1.fol.131. & p.2. fol.241
9 Equitatui meo in curribus Pharaonis. P.l.1.fol.261
Aſſimilaui te amica mea. Ibid.
12 Dum eſſet Rex in ambitu ſuo. A.l.11. fol.108
13 Faſciculus myrrhae dilectus meus mihi. A.l.3. fol.89
Inter hubera mea commorabitur. A.ll.3. & 4.fol.89
14 Botrus Cypri dilectus meus mihi. A.l.4. fol.90
15 Ecce tu pulchra es amica mea. P.l.2. fol.268
Ecce tu pulchra. P.l.2. fol.268. & ſeq.
Oculi tui columbarum. P.l.2.fol.268.& 269.& 270
16 Ecce tu pulcher es dilecte mi? A.l.5.fol.93
Et decorus. A.l.5. fol.93.& 94

SECVNDAE PARTIS.

1 Ego flos campi. R.fol.298. & 303
Et lilium conuallium. R.fol.303
Sicut lilium inter ſpinas. R.c.1. fol.305
Sic amica mea inter filias. Ibid.
2 Sicut malus inter ligna ſyluarum. A.l.6. fol.95
Sic dilectus meus inter filios. Ibid.
4 Introduxit me in cellam Vinariam. Ph. fol.364. & 365
Ordinauit in me charitatem. Ph.fol.364.& 365.& 366
5 Fulcite me floribus. R.fol.297.& Ph.fol.341.& per tot. Annot.
Stipate me malis. Ph.fol.341.& per tot. Annot.
Quia amore langueo. Ph.fol.341
8 Vox dilecti mei. A.l.7.fol.97.& 98
Ecce iſte venit, ſaliens in montibus. A.l.7.fol.97.& 98
Tranſiliens colles. A.l.7. fol.98
9 Similis eſt dilectus meus Capreae. A.l.8. fol.98
Hinnulóque ceruorum. Ibid.
En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum. O.fol.5
10 En dilectus meus loquitur mihi. A.l.9. fol.99
Surge propera amica mea. P.l.4.fol.273
12 Flores apparuerunt in terra noſtra. R.fol.300

13 Surge

13 Surge amica mea. P.l.5. fol.275
Specioſa mea, & veni. Ibid.
16 Dilectus meus mihi,& ego illi. A.l.10. fol.101.& R.c.2.fol.310
Qui paſcitur inter lilia. A.l.10.fol.101.& R.c.2.fol.310.& ſeq.
17 Donec aſpiret dies. A.l.11.fol.106.& ſeqq.
Et inclinentur vmbrae. A.l.11. fol.106
Reuertere ſimilis eſto dilecte mi Capreae. A.l.11.fol.106
Hinnulóque ceruorum. A.l.11.fol.106
Super montes Bethel. A.l.11.fol.106.& ſeqq.

QVARTAE PARTIS.

1 Quam pulchra es amica mea. P.l.6.fol.277.
Quam pulchra es. Ibid.
Oculi tui columbarum. P.l.6.fol.277. & C.fol.382.& 384
Abſque eo, quod intrinſecus latet. C.per tot.fol.370. ad 400.
Capilli tui ſicut grex caprarum. C.fol.381
Quae aſcenderunt de monte Galaad. Ibid.
3 Sicut vitta coccinea labia tua. R.c.2.fol.318.& 319
Sicut fragmen mali punici,ita & genae tuae. C.fol.384
Abſque eo,quòd intrinſecus latet. C.per tot.fol.370.ad 400
5 Duo hubera tua, ſicut duo hinnuli. A.l.m.2.fol.112.& R.c.2.f.313
Qui paſcuntur in liliis. A.l.m.2.fol.112.& R.c.2.fol.313
7 Tota pulchra es amica mea. P.l.7.fol.278
Et macula non eſt in te. Ibid.
9 Vulneraſti cor meum, ſoror mea. A.p.4.fol.68.& C.fol.383
Sponſa vulneraſti cor meum. C.fol.383
In vno oculorum tuorum. Ibid.
Et in vno crine colli tui. Ibid.
10 Quam pulchrae ſunt Mammae tuae. A.l.12.fol.114
Soror mea Sponſa. Ibid.
Pulchriora ſunt hubera tua vino. A.l.13.fol.114
12 Hortus concluſus, ſoror mea Sponſa. R.c.4.fol.324
Hortus concluſus. Ibid.

QVINTAE PARTIS.

1 Veniat dilectus meus in hortum ſuum. O.fol 3. & A.l.14.f.118
Et comedat fructum pomorum ſuorum. O.fol.3.
Veni in hortum, meum ſoror mea. O.fol.7
Comedite amici & bibite. A.l.15.fol.121
Et inebriamini chariſſimi. Ibid.
2 Ego dormio,& cor meum vigilat. P.l.9.fol.281.& ſeq.

Vox dilecti mei pulſantis. A.l.16. fol.126. & P.l.9.fol.281
Aperi mihi ſoror mea,amica mea. P.l.9.fol.281. & C.fol.397
Columba mea, immaculata mea. Ibid.
Quia caput meum plenum eſt rore. C.fol.396. & C.fol.397
Et Cincinni mei guttis noctium. C.fol.396. & C.fol.397.
4 Dilectus meus miſit manum ſuam per foramen. A.l.17.fol.128
Et venter meus intremuit ad tactum eius. Ibid.
5 Surrexi,vt aperirem dilecto meo. A.l.18.fol.132. & ſeqq.
Manus meae ſtillauerunt myrrham. A.l.18.fol.132
Et digiti mei pleni myrrha probatiſſima. A.l.18.fol.132
6 Peſſulum oſtij mei,aperui dilecto meo. A.l.19.fol.132.& ſeqq.
At ille declinauerat,atque tranſiuerat. A.l.20.fol.132.& ſeq.
8 Adiuro vos filiae Hieruſalem. A.l.21.fol.136.& ſeqq.& Ph.fol.363
Si inueneritis dilectum meum. Ibid.
Vt renuncietis illi,quia amore langueo. A.l.21.fol.136. & 137. & 139. & Ph.fol.364
9 Qualis eſt dilectus tuus, ex dilecto. A.l.22.& 23.fol.140
O pulcherrima mulierum? A.l.22.fol.140
Qualis eſt dilectus tuus ex dilecto. A.l.23.fol.140.& ſeqq.
Quia ſic adiuraſti nos. Ibid.
10 Dilectus meus candidus & rubicundus. A.l.26. fol.144
11 Caput eius aurum optimum. A.l.27. num.1. fol.148. & C. fol.397
Comae eius elatae palmarum. A.l.27. num.2. fol.151.& C. fol.397
Nigrae ſicut Coruus. A.l.27.num.2. fol.151. cum ſeq.
12 Oculi eius ſicut columbae. A.l.27. num.3. fol.154
Super riuos aquarum. A.l.27.num.3.fol.154
Quae lacte ſunt lotae. A.l.27. num.3. fol.eod.
Et reſident iuxta fluenta pleniſſima. A.l.27. num.3. fol.eod.
13 Genae illius ſicut areolae aromatum. A.l.27. num.4. fol.156
Conſitae à pigmentariis. A.l.27. num.4. fol.eod.
Labra eius Lilia. A.l.27. num.5. fol.157. & R.c.3. fol.317
Deſtillantiam myrrham primam. A.l.27. num.5. fol.157
14 Manus eius tornatiles. A.l.27. num.6.fol.158
Plenae hyacinthis. A.l.27. num.6. fol.158
Venter eius eburneus. A.l.27. num.7. fol.160
Diſtinctus Sapphyris. A.27. num.7. fol.161
15 Crura illius,columnae marmoreae. A.l.27.num.8. fol.162
Quae fundatae ſunt ſuper baſes aureas. A.l.27. num.8. fol.163
Species eius vt Libani. A. l.27.num.9. fol.165
Electus vt Cedri. A.l.27.num.9. fol.165
16 Guttur illius ſuauiſſimum. A.l.27. num.10. fol.166
Talis eſt dilectus meus. A.l.27. fol.147. & 167.
Et ipſe

Et ipſe eſt amicus meus. A.l.27. fol.eod.
17 Quo abiit dilectus tuus. A.l.28. fol.168
O pulcherrima mulierum. A.l.28. fol.168
Quo declinauit dilectus tuus. A.l.29. fol.168
Et quaeremus eum,tecum. A.l.29. fol.168

SEXTAE PARTIS.

1 Dilectus meus deſcendit in hortum ſuum. A. l. 30. fol.168. & P. l.11. fol.284
Ad areolam aromatum. P.l.11. fol.284
Vt paſcatur in hortis. P.l.11. fol.284
Et Lilia colligat. R. fol.335
2 Ego Dilecto meo. A.l.31. fol.171. & ſeq. & R.c.2. fol.310
Et dilectus meus mihi. A.l.32. fol.371. & ſeqq. & R.c.2. fol.310
Qui paſcitur inter Lilia. P.l.12. fol.291. & R.c.2.fol.310
3 Pulchra es amica mea,ſuauis. P.l.13. fol.291. & ſeqq.
Et decora,ſicut Hieruſalem. P.l.13. fol.291. & ſeqq.
Terribilis vt caſtrorum acies ordinata. P.l.23. fol.291. ad 293
6 Sicut cortex mali punici,ſic genae tuae. C. fol.384. & 385
Abſque occultis tuis. C. per totam. fol.370.ad 400
9 Quae eſt iſta,quae progreditur quaſi aurora conſurgens.A.l.27.num.2. fol.151
10 Vt viderem poma conuallium. R. fol.300
Et inſpicerem ſi floruiſſet Vinea. R.fol.eod.
Et germinaſſent mala punica. R. fol.eod.
Reuertere reuertere Sulamitis.
Reuertere reuertere vt intueamur te. A.l.23. ad 25. fol.142

SEPTIMAE PARTIS.

2 Venter tuus,ſicut aceruus tritici. R.c.4. fol.321.& 324
Vallatus Liliis. R.c.4. fol.321
3 Duo hubera tua, ſicut duo hinnuli. A.l.m.3. fol.175
Gemelli capreae. A.l.m.3. fol.175
5 Comae capitis tui ſicut purpura. A.l.27.n.2. fol.153. & R.c.3. fol.318
6 Statura tua aſſimilata eſt palmae. A.l.m.4. fol.176. & Ph. fol.360
Et hubera tua botris. A.l.m.4. fol.176
8 Dixi,aſcendam in palmam. A.l.m.4. fol.eod.
Contemplabor ramos eius. A.l.m.4. fol.eod.

Et apprehendam fructus eius. A.l.m.4. fol.eod.
Et erunt hubera tua. A.l.m.5. fol.eod.
Sicut botri vineae. A.l.m.5. fol.eod. & ſeqq.
9 Guttur tuum, ſicut vinum optimum. A.l.33. fol.178
Dignum dilecto meo ad potandum. A.l.33. fol.eod.
Labiiſque & dentibus illius ad ruminandum. A.l.33. fol.eod. & ſeqq.
10 Ego dilecto meo. A.l.35. fol.181
Et ad me conuerſio eius. A.l.34. fol.eod. & ſeq.
11 Veni dilecte mi. A.l.35. fol.181. cum ſeqq.
Egrediamur in agrum. A.l.35. fol.185
Commoremur in villis. A.l 35. fol.eod.
12 Mane ſurgamus ad vineas. A.l.35. fol.eod.
Videamus an floruerit vinea. A.l.35. fol.185. & R. fol.300
Si flores fructus parturiunt. A.l.35. fol.185
Si floruerint mala punica. A.l.35. fol.185. & R. fol.300
Ibi dabo tibi hubera mea. Amor.l.36. fol.185. cum ſeqq.
13 Mandragorae dederunt odorem. A.l.37. fol.187
In portis noſtris omnia poma. A.l.37. fol.187
Noua & vetera. A.l.37. fol.137. & ſeq.
Dilecte mi ſeruaui tibi. A.l.37. fol.137. & ſeqq.

OCTAVAE PARTIS.

1 Quis mihi det te fratrem meum. A.l.m.6. fol.190
Sugentem hubera matris meae. A.l.m.6. fol.190
Vt inueniam te foris. Oo. fol.30. & A.l.m.6. fol.190
Et deoſculer te. Oo. fol.30. & A.l.m.6. fol.190
5 Quae eſt iſta quae aſcendit de deſerto. A.l.38. fol.193
Innixa ſuper dilectum ſuum. A.l.38. fol.193. & ſeq.
6 Pone me, vt ſignaculum ſuper cor tuum. C. fol.377. & 378
Vt ſignaculum ſuper brachium tuum. Ibid.
8 Soror noſtra parua. A.l.m.7. fol.195. cum ſeqq.
Et hubera non habet. A.l.m.7. fol.195
Quid faciemus ſorori noſtrae. A.l.m.7. fol.195
Ea die, quando alloquenda eſt. A.l.m.7. fol.195
9 Si murus eſt. A.l.m.7. fol.195
Aedificabimus ſuper eam, propugnacula argentea. A.l.m.7. fol.195
Si oſtium eſt. A.l.m.7. fol.195. & ſeqq.
Compingemus illud tabulis cedrinis. A.l.m.7. fol.195
10 Ego murus. A.l.m.8. fol.196
Et hubera mea ſicut turres. A. l.m.8. fol.eod.

11 Vinea fuit pacifico. V. fol.207. & 209. & 211
In ea,quae habet populos. V. fol.207.& ſeq.
Tradidit eam cuſtodibus. V.fol.207. & ſeq.
Vir affert de fructu eius mille argenteos. V. fol.207
12 Vinea mea coram me eſt. V. fol.207. & 218
Mille tibi pacifico. V.fol.207.& ſeqq.
Et ducentos his,qui cuſtodiunt fructus eius. V. fol.208.cum ſeqq.
14 Fuge dilecte mi? A.l.39. fol.201.& ſeqq.
Et aſſimilare Capreae. A.l.39. fol.201
Hinnulóque ceruorum. A. l.39. fol201
Super montes aromatum. A.l.39. fol.201. & ſeqq.

Lugduni, X.Calend.Septembris, M. DCVI.

TVCCII TVCCII

PATRITII LVCENSIS
I. V. D. AC PROTONOT.
APOST.

ANNOTATIONES
Super
CANTICO CANTICORVM
SALOMONIS.

Ad Sanctiſs. D. N. Paulum V. Dei Vicarium.

Annotatio OSCVLABITVR.

ARGVMENTVM.

Cantici initium primae partis, ſecus vertendum quàm hactenus Graecè & Latinè redditum fuit: & item initium quintae partis. Et quamobrem Eccleſia tantopere oſculari optabat à Chriſto Domino.

ANNOTATIO PRIMA.

נשק

NASCIAC verbum, à quo ישקני *Iſciaceni*, tertia perſona futuri numeri ſingularis: à quo Cantici Rex Salomon ſumpſit exordium: ſuauiari, oſculari, vel auſculari, vt veteres dicebant, quod φιλεῖν, & φιλέναι Graiis dicitur: propriè atque verè, in hoc Salomonis Cantico, ſignificare, liquidò omnes ſciunt: praeter alia ſignificata,

de quibus in ſecunda parte praeſentis Annotationis, & infrà in Annotatione Amor dicturi ſumus, quarto Praemiſſo.

Veruntamen, cùm, vt reliquorum temporum, ita etiam futuri, modos plures lingua Hebraea inops, non habeat, ſicut ea vberiores Latína & Graeca habent: per mihi mirum viſum eſt, quomodo eandem traditionem, ſic non meliùs re explorata, vertentes ſecuti ſint: vt omnes vno ore, pariter vno eodémque modo, pari verbi inflexione, reddendum putauerint, ישקני *Iſciaceni*, Graeci quidem, φιλησάτω με, Latini autem, Oſculetur me.

Vno excepto Valentia, qui. Vtinam oſcularetur me: exiſtimauit, habere Hebraicam literam modò punctatam (vt eius verbis vtar) in ſua explanatione, quae caeteroqui mihi non diſplicet, in expoſitione primae partis fol. 4. verſ. Eſt tamen animaduertendum. Cùm non puncta Maſoretarum, ſed haud flexibiles, apud verbum, orationis optabiles partes, modum Hebraeis deprecandi conſtituant: ſicut exemplo duorum locorum manifeſtum erit. Vt ecce Prouerb. 4. 26. vbi text. Hebraeus habet.

פלס מעגל רגלך

Palles manhghal raghlecha,

וכל דרכיך יכונו:

Vechol derachecha icchonu.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Στάθμιζε τὴν τρίβον τοῖς ποσί σου,
Καὶ στερώσονται πᾶσαι αἱ ὁδοί σου.
Pondera ſemitam pedibus tuis,
Et omnes viae tuae firmabuntur.

Hoc eſt: Perpende, explora, & quaſi quadam trutina examina affectus tuos: vt non titubes, vel haeſites in corde tuo, propter quod affectus tui, te à Deo remoueant. Nam verbum פלס *palles*, quod nos vertimus, Pondera, & Latina vulgata editio: Dirige, libra Hebraeis eſt: pedes autem hominis affectus ſignificant. Pſal. 38. 17. Et ſic viae tuae, quae ſunt, cogitationes, locutiones, & operationes, & generaliter omnia ſtudia, Hier. 7. firmabuntur: vt directè ambules, non declinando ad dexteram, vel ſiniſtram.

Ibi igitur futurum יכונו *icchonu*, reddimus per modum indicatiuum, Firmabuntur, vel Stabilientur, vt vulgata Latina editio vertit. Et idem futurum יִכֹּנוּ *icchonu*, Pſal. 119. 1. octonario, propter aduerbium optandi אחלי *achalai*, adiunctum, vertimus per modum optatiuum: quoniam ſcilicet aduerbium deprecandi, format Hebraeis modum optatiuum. Sic enim d. Pſal. 119. 1. octonario citato Prophe-

ta canc

ta canebat. Quando omnia ſua conſilia, omnes ſuas cogitationes, omnéſque denique actiones ſuas eò dirigi cupiebat, vt ſe ſtabiliret in cuſtodia mandatorum Dei, ſeſéque totum ad arbitrium & voluntatem Dei conformaret.

אחלי יכנו דרכי לשמר חקיך

Achalai icchonu derachai liſcmor chuccecha.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Ὤφελον στηριχθείησαν ὁδοὶ μου τοῦ φυλάξασθαι τὰ δόγματά σου.

Vtinam firmentur viae meae ad cuſtodiendum ſtatuta tua.

Vel dirigantur, vt Latina habet vulgata editio.

Hoc eſt: Quoniam beatitudo conſiſtit in cuſtodia mandatorum, quae homo ſine gratia cuſtodire non valet: cùm ob humanam fragilitatem, ob quam nimis pronus eſt ad peccandum: tùm ob vitae huius actus tortuoſos, qui hominem ducunt ad perditionem. Tu Domine, qui iubes, quod vis, & vides in abſcondito, quod diſpoſuit cor meum ſeruare iura & iuſſa tua: velis quaeſo, quod iubes, dirigendo greſſus meos in ſemitis tuis. Vt te dante, legem tuam, & ſtatuta tua exequar & conficiam: atque ea exequendo & conficiendo, tua beatitudine dignus euadam. Vnum eſt, quòd amborum locorum, Pſal. ſcilicet 119. & Prouerb. 4. vnum eſt, & idem futurum יכונו *icchonu*, à verbo כון *chon*: ſed in Pſalm. eſt iunctum aduerbium deprecatiuum, quod Hebraeis (vt diximus) format modum optatiuum, quod non eſt in Cantico.

Sed non ſolùm initio Cantici, hactenus futurum, per modum imperatiuum redditum fuit: ſed initio etiam quintae part. vbi text. Hebraeus habet.

יבא דודי לגנו

Iauo dodi leghanno

ויאכל פרי מגדיו

Vaiochal peri meghadau.

Vbi qui Graecè hactenus tranſtulerunt, יבא *Iauò* & יאכל *Iochal*, per imperatiui modum conuerterunt.

Καταβήτω ἀδελφιδός μου εἰς κῆπον αὐτοῦ,
Καὶ φαγέτω καρπὸν ἀκροδρύων αὐτοῦ. Id eſt:

Deſcendat nepos meus in hortum ſuum,
Et comedat fructum arborum ſuarum.

Prout etiam Latinae editiones omnes, & etiam Pagnini conciuis mei.

Veniat dilectus meus in hortum ſuum,

Et comedat fructum pomorum delicatorum ſuorum.

Niſi quod יכאל *Iochal* per modum ſubiungendi reddidit vulgata editio.

Vt comedat fructum pomorum ſuorum.

De quibus duobus verſibus, agemus in Annotatione Amor l.14. & infrà hac eadem Annotatione. Concedo enim vnum linguae Hebraicae futurum, pro loci exigentia, ſecundùm varios caeterarum, quae copioſiores ſunt, linguarum modos, conuerti. Sed tanta circumſpectione, & adeò accurata conſideratione faciendum ſentimus: vt & perrarò ab indicandi modo, & non niſi neceſſitate coacti, quòd eo modo verti non poſſit, diſcedamus. Cùm enim ea ſit proprietas Hebraeorum futuri, atque vis, vt quod fore ſignificat, promptum iam & paratum ſit, vt fiat: ſicut עתיד *Nhatid* nomen, quo Hebraei futurum nominant, declarat: quod primò, & imminens Latinè traducitur: ambigere quis poteſt, vt non quandocunque imperatiui aoriſtis, quibus loco futuri, in imperandi & ſubiungendi modis, Graeci vtuntur, Graecè verterimus, ſicut omnes, qui vſque ad noſtra tempora, Graecè tranſtulerunt: ſiue Latinè, ſiue aliis linguis, eodem imperandi modo, vel ſubiungendi, vel etiam deſiderandi, vt Valentia rebatur: ab eius vi, & proprietate deſciſcamus? Cùm de tribus, quiuis, dictis modis, non ſolùm non paratum, ſeu promptum, ſeu imminens commonſtret: quin potiùs, tanquam ſub euentu, & conditione ponat & ſtatuat. Dum iuſſum alius habet, alius cauſam & tempus proponit, alius optantis & expetentis & penè vota facientis eſt.

Cùm è contra indicandi modus, non contingenter, neque ſub caſu ponat & ſtatuat: immo verò conſtanter & abſolutè terminet & definiat. Ex quo apud Latinos Indicatiuus à Grammaticis appellatur, quoniam quid agit, indicat: & ὁριστικὸς, quod eſt definitiuus, apud Graecos nomen accepit. Vnde ſi vſpiam indicandi modo, vnicum Hebraeorum futurum, reddendum ſit: id profectò, hoc Cantici exordio, & dicto etiam quintae partis principio, quotquot aduerſum hactenus antè verterunt, mecum ipſe ratiocinatus, faciendum putaui, rationem autoritatibus anteponens. Vt ſic ישקני *Iſciaceni*, *φιλήσει με*, & יבא *Iauo*, & יאכל *Iocal*, *ἐλεύσεται*; ϗ *φάγεται*, Graecè vertendum cenſerem: & Oſculabitur me, & Veniet, & Edet, Latinè de Hebraeo exprimerem. Ecquis enim vnquam magis aliquid futurum, pro comperto habuit, Sponſa? Quae filium Dei vnigenitum, ſuum Sponſum, per ſponſionem iam vſque Adae factam, poſtea Noë, & Abrahae, & deinceps per Prophetas ſuos, in ſcripturis ſanctis: humanam naturam induturum promiſſionem acceperat? Sponſae enim Deus amore captus, quemadmodum ipſemet Sponſus Chriſtus Deus & Dominus

noſter,

noſter, non ſolùm priuſquam hominis naturam ſuſciperet, per Spiritum ſanctum, per os Salomonis, in hoc Cantico, tectis verbis, aenigmatico carmine fudit: verùm etiam ore proprio, dum aetatem inter homines degeret, apertiſſimè & planiſſimè explicauit, dicens.

Οὕτως γὰρ ἠγάπησεν ὁ Θεὸς τὸν κόσμον, ὥστε τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ ἔδωκεν. Id eſt: Sic enim Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret. Ioan. 3.16. Adae poſt praeuaricationem, ad eius, & totius poſteritatis egeſtatem ſubleuandam, mittere filium ſuum pollicitus eſt. Eáque tum primùm pollicitatione, per fidem, in Adam, Eccleſia deſponſata: ac noua deinde progreſſu temporis, cum Noë, per arcum foederis, pactione ſancita: adeò ingentem per fidem Abrahae pacto cum ipſo conſtituto, acceſſionem poſtmodum conſequuta eſt: vt iam certò ſciens Chriſtum naſciturum, alacri & erecto animo, non ſolùm valde aſſeueranter caneret,

ישקני *Iſciaceni, φιλήσει με,* Oſculabitur me. &

יבא דודי לגנו

Iauò dodi leghannò

ויאכל פרי מגדיו:

Vaiochal peri meghadau.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Veniet Amor meus in hortum ſuum
Et edet fructum dulcium ſuorum.

ἐλεύσεται εἰς κῆπον αὐτοῦ ὁ ἔρως μου,
καὶ φάγεται καρπὸν τῶν γλυκερῶν αὐτοῦ.

Hoc eſt: Profectò de ſupera coeli luce, vbi eius ſedes eſt, deſcendet Meſſias, in hanc inferiorem terram, vbi ego ſum Eccleſia militans, quae eius hortus dicor: quoniam omnis generis fructuoſiſſimas arbores ſerit in me, vt adultae fructus vberrimos ferant. Et cùm deſcenderit Meſſias, fructuum bonorum operum delectatus dulcedine, eorum vbertate ſatiabitur. Sed ob exploratam etiam cauſam, Sponſum humanitate veſtitū, quam per parietem noſtrum figurat: ſpectantem per feneſtras & tranſennas: quò ſcilicet partim lateſceret, partim videretur, loquentem induceret. Secunda par. 9.

הנה זה עומד אחר כתלנו

Hinneh zeh nhomed achar chotblenu.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

En ipſe manet ponè parietem noſtrum.

ἰδοὺ διαμένει αὐτὸς τεῖχος ἡμῶν ὄπισθεν.

Hoc eſt: Ecce Meſſias (Sponſa loquitur) ille iam diu nobis pro-

miſſus, vna, in duabus naturis, perſona: quoniam filius Dei, ſecunda perſona in diuinis, verus homo factus eſt, ex anima rationali & humana carne compoſitus. Ecce, inquam, praeſens adeſt, & inter nos verſatur. Sed heus filiae Ieruſalem, Dei quidem ſimul & hominis verba audimus: at verò hominem duntaxat videmus. Cur? Quoniam pariete noſtrae humanae naturae, alteram ſuam diuinam naturam coelauit: ſicut qui in ſcena, ſeruili indutus veſtitu, propriam perſonam contexit, atque abdidit. Et rectè enimuerò ſuam diuinitatem abſcondit: quando diuinitatis immenſitatem, infirmitas humana ferre nequaquam poſſet: nec viueret homo in hoc mundo ſi Deum ſicuti eſt, videret. Manet igitur, vel ſtat, vt in Latinis vulgatis editionibus. Non autem vt in Græcis codicibus.

ἰδὲ αὐτὸς ὀπίσω τοῦ τείχους ἡμῶν. Id eſt:

Ecce ipſe poſt murum noſtrum.

Sine verbo, vel ſtat, vel manet. Non autem ἕστηκεν, ſtetit: ſicut addentes ſcribunt eſſe in multis codicibus, & in homilia Orig. & apud Sanct. Ambr. Quia in textu, non eſt עמד *nhamad*, praeteritum tempus: ſed עומד *nhomed*, participium, quod pro praeſenti capitur. Et ſignificat manere: ſicut ſparſim in ſacra pagina. Vt Pſal. 102. qui eſt quintus poenitentialium, ad finem. Vbi Propheta, motus coeli, eiúſque actionis ceſſationem: tum Dei aeternitatem, paucis verbis complexus canit.

המה יאבדו ואתה תעמוד

Hemmah iouedu, veatthah tanhamod.

Id eſt, ſicut Graecè vertentes tranſtulerunt: nec nos immutauimus, cum Pſalmos verteremus.

αὐτοὶ ἀπολοῦνται, σὺ δὲ διαμένεις.

Ipſi peribunt, tu autem manebis.

Vel ſtabis: Sicut vertit D. Hieronymus in tertia tranſlatione, ad petitionem Sophronij. Quamuis ſtandi proprium verbũ ſit נצב *natſab:* de quo Pſal. 82. in princ.

Hoc eſt: Ipſi coeli interibunt, quia eorum forma mutata, deſinent moueri, & in haec inferiora agere. Niſi mauis amice lector, de Apoſtolis intelligere, qui coeli dicuntur. Pſalm. 19. in princ. Quoniam videlicet, pro Meſſia ſanguinem profuſuri erant. Vt ſit ſenſus. Apoſtoli quidem peribunt, quoniam pro nomine meo calicem paſſionis bibentes, occiſione occidentur. tu autem pater aeterne immortalis manebis. Chriſtum enim inducit Propheta loquentem ad patrem. Atque eſt germana ſyncerâque eius verbi עמד *nhamad* ſignificatio. Vnde עמוד *nhamud* columna Hebraeis eſt: quòd ob eius grauitatem & ponderoſitatem, maneat, nec velut arundo agitetur à vento. Quam

etiam

etiam ſignificationem, quiſquis ille fuit, qui D.Pauli epiſtolam ad Hebraeos Graecè reddidit, ſequutus eſt, cap.1. vbi Apoſtolus cum verſum citat. Fuit autem hoc Cantici verſu:

En ipſe manet pone parietem noſtrum.

Intrinſecus praeſagitio iniecta & incluſa diuinitus, quam nemo hactenus animaduertit. Quòd non actutum in lucem editus infans, in cunis vagiens:non puer prima aetatula,diem Sponſus obiret.Vt Herodes Antipatri putauit, cùm paruulos Bethlehemitas occidit. Non illico poſtquam ex ephebis exceſſiſſet: non pubes, non adoleſcens, è vinculis corporis euolaret. Neque denique terris ſe tantùm Sponſus oſtenderet. Sed vltrà luſtrans omnia,cunctáque perpendens, in forma ſerui maneret:quo ad eſſet in his, quae Patris erant, atque ab eo aſſignatum curriculum viuendi conficeret. Et his omnibus, cùm ſatis cauſae & officio ſuo non videretur Sponſae feciſſe: tanquam ſi è coelo iam fluxus,homo factus eſſet,ſecum in ſcena perſonam Sponſi introducit loquentem, & veniſſe profitentem, ac ſaluaſſe gentes. Part.5.1.

באתי לגני אכתי:

Bati leghanni achoti. Id eſt:

Veni in hortum meum ſoror mea.

ἦλθον εἰς κῆπον μου ἀδελφή μου.

Hoc eſt: Vt tuis, ô mea Sponſa, deprecationibus morem gererem, quibus non factum defendendo, ſed ignoſci poſtulando,tot iam ſeculis, fracto animo & demiſſo, meam miſericordiam imploras, & ſupplex pro meo aduentu, mihi manus tendis: veni de coelo in terram,ex deliberatione totius ſanctiſſimae Trinitatis, priuſquam mundus fabricaretur decreta. Et tecum degens, ſemper moriens, paupertatem amplectendo, durámque & aſperam vitam ducendo,& humilitatem exhibendo, tres ciuitates Satanae, deſtruxi: quemadmodum me facturum, Regius meus Propheta praedixerat. Pſalm.9.6. Superbiam,luxuriam,& auaritiam:in quibus eſt omne, quod eſt in mundo. Et poſtquam euangelizaui, & noua ſacramenta ſanciui, ſignáque feci,quae nemo alius fecit vnquam:pro te paſſus,quod ſemper volui, & tu valde à me optabas,tibi ſalutem dedi. Atque nunc equidem completis omnibus, quae in Pſalmis & Prophetis ſcripta erant de me, fruor te Eccleſia,mea Sponſa, quae mihi es in deliciis:maximos fructus ex te meo horto à me conſito, capiens, fidei, bonorúmque operum. Ac tum praeterea,ſingulari & incredibili voluptate afficior, ex ſacrificio corporis, & ſanguinis mei, quod mihi quotidie omni hora, ora quacunque ac parte terrarum, per tuos Sacerdotes offertur: in memoriam vitae, paſſionis, mortis & reſurrectionis meae. Quod

ipſum

ipſum etiam Prophetae Spiritu ſancto illuminati, verbi aduentum certum habentes, factitauerunt. Dum eodem flamine dictante, praeteritum interdum tempus, propter certitudinem prophetiae, tanquam ſi iam aduenilſet, futuri loco, in eorum diuinationibus adhibere, non haeſitauerunt. Quemadmodum Pſal. 67. in quo Verbi aduentum à Deo, diuinus vates eſflagitabat: verſu penult. vſurpauit, cùm cecinit.

ארץ נתנה יבולה:

Erets nathenah iebulah.

Terra dedit fructum ſuum.

ἡ γῆ τὸν καρπὸν αὐτῆς ἔδωκε. Hoc eſt:

Terra ſancta, terra benedicta, illabefacta παιθαγία virgo, quae terra dicitur Pſal. 102.26. Verbum Dei, vnigenitum peperit. Cùm tamen tanta adhuc, ad Meſſiae aduentum temporis longinquitas intercederet: vt eam bis quatuordecim generationes compleuerint. Matth. 1. Quamobrem Pſal. 85. filiorum Chorae, in quo eadem materia canitur: eiuſdem, in conſequens tempus, eius, quod poſt tot ſecula futurum erat, verbo immutato, vaticinationis repetitio eſt, verſ. penult.

וארצנו תתן יבולה:

Veartſenu thitthen iebulah.

Et terra noſtra dabit fructum ſuum.

καὶ δώσει τὸν καρπὸν αὐτῆς ἡ γῆ ἡμῶν.

Et Pſal. 110. in quo de Chriſto in lege promiſſo agitur: canit Regius Propheta.

מנחל בדרך ישתה

Minnachal bederec iſctheh,

על כן ירים ראש:

Nhal chen iarim roſc.

De torrente in via bibet,

Propterea exaltabit caput.

πίεται ἐκ χειμάῤῥου ἐν ὁδῷ.

διὰ τοῦτο κεφαλὴν ὑψώσει.

Hoc eſt: Bibet in vitae circumſcripto ſpacio, de torrente poenarum: omnis generis ſummorum dolorum angore confectus: vinculis, carceribus, plagis, verberibus, ac famoſo ſupplicio necatus, excruciatúſque. Et ob id exaltabit caput, gloriam, & regnum ſuum, imperium & poteſtatem.

SED

SED iam quaeſo cauſas exquiramus, propter quas Sponſa tanta ſuauiorum Sponſi cupiditate flagrabat: vt ſuum deſiderium continere & cohibere nequiret: quin expromeret, & ſimul memoriae & literis prodi curaret. ישקני Iſcia.eni Oſculabitur me φιλήσει με.

Et ſanè quidem non ob humanos honores, propter quos oſcula ſemper expetita ſunt. Quoniam oſculatione hominis, hominem oſculatum honorem recipere, ſemper eſt habitum. Quamobrem Xenophon in Oratione de Regis Ageſilai, Lacedaemoniorum, laudibus: poſtquam à generis claritate, à peritia rei militaris, à foederum obſeruatione, à pietate, à iuſtitia, nec non pecuniariae rei continentia, aliíſque quàm plurimis virtutibus Ageſilaum laudauit: à pudicitia eum maximopere laudat: quoniam Megabatem Spithriatis filium, quem ardentiſſimè adamabat Ageſilaus, honoris cauſa oſculari volentem, repugnarit Ageſilaus, ne ſe oſcularetur. Quamuis (inquit Xenophon) ἐπιχωρίου ὄντος τοῖς πέρσαις φιλεῖν οὓς ἂν τιμῶσιν. Id eſt, quemadmodum nos vertimus. Concederetur Perſis oſculari, quos honorare vellent. Siue vt Philelphus vertit. Patrius Perſis mos eſſet, eos oſculari, quos honoribus proſequerentur.

Non alicuius, vel amicitiae, vel amoris, vel gratiae, vel beneuolentiae conſequendae cauſa: quae inter homines ſummè oſcula praeſtant, conciliántque. Vt Euripides ait in Hecuba.

Ἐκ τοῦ σκότου γὰρ νυκτερῶν τῶν ἀσπασμάτων
φίλτρων ὁμοῦ τε, τοῖς βροτοῖς πολλὴ χάρις.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus, ad verbum exprimentes.

Ex nocturnis namque tenebrarum baſiis
Amatoriiſ ſimul, mortalibus multa gratia.

Vel quomodo verſibus vertimus.

Mortalibus nam in nocte latentia,
Magnum vnà amorem baſia amantibus.

Quos verſus, quidam Latinè apprimè Graecéque doctus, Poëta & Orator, cùm Hecubam & Iphigeniam carminibus verteret: ſic licentiùs reddidit, antequam ego fierem:

Siquidem tenebrae & noctis oſcula ſcilicet,
Summam inter homines beneuolentiam ſerunt.

Sed Euripidis verſus, non tãtùm de hominibus ſonant, quàm etiam de animalibus: quibus cum hominibus communia oſcula ſunt. Quemadmodum βροτοῖς Graecum nomen declarat: quod mortales ſignificat. Vnde ἀμβροσίαν Poëtae finxerunt, potionem vel paſtum Deorum: ad eorum immortalitatem alludentes. Quandoquidem de Columbis,

antequam coëant, ſe oſculari: ſcripſit Ariſtot. de Hiſtor.animal.lib.6. cap.2.

Non ob eam conſuetudinem, moribus gentium comprobatam, eos oſculandi, quos aut hoſpitio recipimus, aut ad coenam inuitamus. Quam apud Iudaeos etiam fuiſſe, textus Euangelij inſinuat, in hiſtoria Magdalenae. Cùm Dominus Ieſus ad Simonem dixit: Intraui in domum tuam, Oſculum mihi non dediſti: haec autem ex quo intraui, non ceſſauit oſculari pedes meos. Luc.7.

Non ob eam ipſam conſuetudinem, cognatos, amicóſque oſculandi, vbi aliquò homines abituri ſunt: aut vbi poſt curriculum temporis, ſe inuicem videant; quae apud Perſas lex erat. Sicut idem Xenophon libro primo ſcribit, de vita Cyri, vbi & Cyrum ab Aſtiage auo, cùm ad eum veniſſet, oſculatum, tradit: & eundem Aſtiagem Regem Medorum à Cyro. Prout etiam in eiuſdem Cyri à Medis diſceſſu, omnes cognatos Cyrum oſculatos, omnéſque cognatos Cyrum oſculatum. Quam quidem conſuetudinem fidelibus etiam antiquis priſcíſque in vſu fuiſſe, ambae ſacrae paginae docent. Sicut in libro Tobiae, & in hiſtoriis Laban, Iſaac, Patriarchae auunculi, eiuſdémque ſoceri: & Patriarchae Ioſeph, & D. Pauli peregrinatione. Quorum alterum D. Paulum, à Mileto Ieroſolymam nauigaturum, omnes maiores natu Eccleſiae Epheſi, quos Apoſtolus Miletum vocauerat, nauigio diſcedente oſculati ſunt. Act.20. Alter verò Vicarius Pharaonis Aegypti Regis, totiúſque regiae dominationis, cùm fratribus ſuis, qui frumenta empturi venerant in Aegyptum, ſe manifeſtauit, omnes ſingulatim oſculatus eſt. Geneſ.45. Alter verò Laban, genero ſtomachabatur in monte Galaad: quod repentina & inopinata fuga, ſui, patris, oſculis, filias nepotéſque priuaſſet. Quoniam ſcilicet, dum ipſo ſocero abſente, diſtentóque in tondendis ouibus, migrare tantopere Iacob feſtinauerat: ſuis coniugibus liberíſque, quos ſecum ducebat, ſuauia Laban dare non potuit. Ac mutuò in gratiam reconciliatis animis, ictóque ſimul foedere, Haran diſceſſurus Laban, ambas ſuas filias, generíque natos oſculatus eſt. Geneſ.31.

Non illecebrae cauſa, blandaeque voluptatis, citò tranſiturae, vt mundani amatores: quorum nunquam ſatiantur deſideria carnis, nunquam extinguuntur igniculi. Quemadmodum de amatore Catullo Poëta laſciuo ſcimus: qui ſuis hendecaſyllabis tam multas baſiationes poſcebat à Lesbia:

Quàm magnus numerus Libyſſae arenae.

Non profectò (inquam) vt mundani amatores, qui magis quàm pretioſiſſima quaeque, oſcula aeſtimant, explendae libidinis cauſa. Vnde apud Plautum in Curcul. Phoedromus adoleſcés, plus ſuauium, quàm regnum faciebat. Cùm enim ab eo abitura Planeſium virgo, quam deperibat, ſuauium illi daret, his verbis illi gratias agit:

Si qui

Si quidem hercle mihi regnum detur,
Nunquam id potiùs perſequar.

Non (inquam) ob eas profanas cauſas, Meſſiae oſcula tantopere Sponſa optabat. At potiùs coeleſtis ac diuinae gratia iucunditatis conſequendae: quae & nunquam perit, & ſemel adepta ſic explet & ſatiat omnes cupiditates, vt vltra non ſit optandum.

Non (inquam) ob eas mundanas cauſas, ſui Paſtoris oſcula Sponſa cupiebat: Tum quoniam ſemper ſecum Paſtor erat, & ab eiuſdem Sponſae latere non diſcedebat: tum quoniam ob teſtimoniorum religionem & fidem, quam ſanctam gentes & nationes eſſe voluerunt: iamdudum perſpectiſſimam erga ſe, Sponſi beneuolentiam habens & amorem, omnem in eo ſuam ſpem fixerat & locauerat.

Non (inquam) ob eas gentiles cauſas, ſui Sponſi, aeterni Regis filij, adeò Eccleſia ſuauia concupiſcebat. At potiùs, quoniam per Sponſi oſcula, diutinam ſitim recuperandi regni coeleſtis, qua enecta erat, depulſuram ſe pro comperto habebat. Hoc etenim, vſque à principio, diuturnum eius erat deſiderium, poſtquam per peccatum primi parentis, ex regno coeleſti expulſa, exterminata & eiecta: vaga & exul erraret.

Sciens ipſa Sponſa quoniam oſcula ſumens, ſpiritum oſculati ducit, & humorem attrahit, imbibítque: ſimúlque proprium ſpiritum & humorem, quaſi patera, quodammodò potandum oſculato praebet; Dum ambo vnà cohaerentes, oſculans cum oſculato, & oſculatus cùm oſculante: affigunt, ſe oſculantes, os in ore, iungúntque ſimul, miſcéntque ſaliuas. Quare ambobus contingit ſentire voluptatem, quae per ſuccum percipitur. Vt Ariſtot. inquit Problem. Sect. 22. Ἡ δὲ ἡδονὴ γίνεται διὰ τὸν χυμόν.
Id eſt, quemadmodum nos vertimus:

Voluptas autem generatur propter ſuccum.

Non autem vt Theodorus Gaza vertit:

Suauitas autem, non niſi per ſuccum percipi poteſt.

Nam ἡδονὴ, voluptas Latinis eſt: vel Oratore autore, qui De fin. lib. 2. dum de ſummo bono diſſerit, an ſit, in voluptate poſitum: de voluptate, quidnam ſit, ait. Omnes enim iucundum motum, quo ſenſus hilarentur, Graecè ἡδονὴν, Latinè voluptatem vocant. Praeterquam quod non dicit Ariſtoteles, quod ἡδονὴ non niſi per ſuccum percipi poſſit: vt oſcitans Gaza hallucinatus eſt: ſed quod per ſuccum generatur, quod eſt γίνεται. Non excludens alios modos, qui voluptatum inuenti ſunt, & reperiri poſſunt. Sicut Xerſes declarauit, cùm praemium propoſuit, qui inueniſſet nouam voluptatem. Quemadmodùm & de ſuauitate idem dicere poſſumus.

Quando praeter ſuauitatem cibi & potus, quam omnes ſentiunt, qui in morbo non ſunt, aut ſtupore ſenſus non ſunt oppreſſi: aliae etiam ſunt ſuauitates. Velut quae in ſermone & oratione ſentitur ſuauitas. Et velut ſuauitates odorum, quae afflantur è floribus. Et aliae praetereà ſuauitates. Sed ad rem noſtram. Dicimus igitur, id ipſum de quo ſcribimus. quòd in oſculo potio inſit: prorſus declarari per verbum linguae ſanctae נשק *naſciac:* quod ſynonymum cum שתה *ſciathah*, potare etiam, atque potum dare ſignificat: praeter oſculari, & alia, de quibus in Annotatione Amor 4. Praemiſſo, dicturi ſumus: quae cognatione quadam inter ſe continentur. Sicut Pſal. 78.15. & 104.11. In quibus narrantur mirabilitates magnae, quas fecit Deus in veteri teſtamento, vt populo electo gratificaretur.

יבקע צרים במדבר

Iebaccanh tſurim bbammidbbar,

וישק בתהומות רבה

Vaijaſce bi homoth rabbah.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Scidit petràs in ſolitudine,

Et potum dedit cum abyſſorum multitudine.

Διέῤῥηξε τὰς πέτρας ἐν ἐρήμῳ

Καὶ ἐπότισε μετὰ τῶν ἀβυσσῶν πολλῶν.

Hoc eſt, ſecundùm ſenſum allegoricum (miſſo ſenſu literali, qui per ſe planus eſt: nec non & ſenſu hiſtorico, qui habetur Exod. 17.) Ob nimis actem amorem, erga nos (Propheta loquitur) Scidit Deus, id eſt, morte affici voluit. Petras, id eſt, Chriſtum ſuum: lapidem angularem. Epheſ. 2. 20. lapidem viuum, ab hominibus quidem reprobatum: à Deo autem electum & honorificatum. 1. Petr. 2. 4. Nam numerus pluralis in ים *im*, dicitur honoris cauſa de ſingulari. Vt Pagninus annotauit in ſuis Inſtitutionibus Hebraicis l. 2. cap. 4. & l. 4. Reg. 19. Quamuis צרים *tſurim*, Petras referri etiam poſſit, ad myſterium Trinitatis, quae eſt in Chriſto: licèt ſola Chriſti humanitas paſſa ſit. Non ſecùs ac nomen אלהים *Elohim*, & alia Hebraea nomina, quae pluris numero, Deus, ſingulariter interpretantur. Quando obiiciens Chriſtus aſpectibus humanis, hominem (vt D. inquit Auguſtinus) ſeruans intus Deum, celans formam Dei, obtulit formam ſerui. Atque hanc noſtram expoſitionem ſynceram eſſe, prorſus non videtur eſſe dubium, propter ipſum nomen צרים *tſurim:* cuius ſingularem numerum צור *tſur*, LXXII. in Pſalmis tranſtulerunt Θεὸς, id eſt, Deus. Sicut nomen אל *El.* numeri ſingularis, & eius numerum pluralem אלהים *Elohim*, & alium pluralem regimen genitiui אלהי *Elohe.* Quemadmodum Pſalm. 18. 32. & 47. Pſal. 28. 1. Pſal. 71. 31. Pſal 95. 1. & Pſal.

& Pſal. 144. 1. Sequitur, in ſolitudine, id eſt, in mundo, qui erat in conſpectu Dei ſolitudo: ſcilicet locus deſertus, ob carentiam, laudis Dei. Cùm enim in vniuerſo mundo, vbicunque terrarum mortales eſſent, Reges populis imperarent: Poëtae fabulas facerent: Philoſophi in Gymnaſiis docerent: Oratores in foro dicerent: artes ſuas rationes, & praecepta traderent: leges, ac iudicia adminiſtrarentur: Arbitri lites componerent: iudicéſque ſententias ferrent. bella inſuper terra maríque gererentur: induciae paciſcerentur: obſides darentur: foedera ferirentur: atque pax dulcis & concordia fieret. Et quod ad religionem attinet, Diis falſis, & futilibus per Pontifices, Antiſtites, Sacerdotes, Flamines, publicóſque miniſtros ſacra curarentur: fana, delubra, & arae dedicarentur: ſtatuae ſtatuerentur, cum aureis amiculis grandi pondere: dies feſti & ſolemnes celebrarentur: ludi in compitis conficerentur: hoſtiae mactarentur, cui maiores, cui lactentes, cui mares, cui foeminae: atque (vt nefandam conſuetudinem, hominum immolandorum, praeteream) ſupplicationes etiam ad puluinaria, pro gratiarum actione haberentur: omnéſque gentes & nationes intelligere & ſapere pluſquàm caeteras, opinarentur. Nemo tamen erat, qui gloriam daret Deo viuo & vero, qui (vt Apoſtolus aiebat) dat omnibus ζωὴν καὶ πνοὴν, id eſt, vitam & flatum. Act. 17. 25. Qui omnia creauit ex nihilo, coelum, & terram, & ignem, & aquam, humanámque naturam & angelicam, & vniuerſa corporea: & magis ac magis quàm corporea, nobiliora incorporea. Quae cernere & videre non poſſumus, dum ſumus in his incluſi compagibus corporis. Cernemus autem, & ſicut propria poſſidebimus, cùm poſt expletionem laborum, & deuictum triumphatúmque mundum ex corporis vinculis euolati, tantorum bonorum compotes erimus. Solitudo igitur erat mundus, id eſt, taciturnitas. Hoc namque ſignificat מדבר *midbar*: locus ſcilicet vbi non fatur. Nam דבר *dibber*, loqui ſignificat: & מ *mem* litera priuat verbum ea vi, quam haberet, ſi praepoſita non eſſet: Sicut apud Latinos praepoſitio in. De qua Cic. in Topi. Et ſicut apud Graecos litera α alpha. Vt in nomine ἄβυσσος, de quo mox dicemus: in ſecundo hemiſtichio: quod locum ſignificat, qui fundum non habet: ab α alpha priuatiua, & βυσσὸς, quod eſt profunditas. Sic דומה *dumah*, id eſt, ſilentium, nuncupatur infernus: quoniam enimverò ibi Deus non laudatur. Chriſto igitur mortuo, de eius luculentis plagis, grauibúſque vulneribus, ſanguinem hauſtum & aquam, potum dedit Pater aeternus generi humano. Cum abyſſorum multitudine, id eſt, cum immenſa profunditate. Quia quemadmodum abyſſi (vt modò dicebamus) fundum non habent: ita aqua & ſanguis, qui de Chriſti vulneribus plagíſque manat: virtute eius verborum, mirum in modum multiplicatur in cuncta terra, pro omnibus, qui his indigent dignis & indignis. Sed iam ad alium ver-

ſum deueniamus,qui eſt Pſalm.104.qui ita ſe habet:

> ישקו כל חיתו שדי
> *Iaſcu chol chaitho ſadai,*
> ישברו פראים צמאם׃
> *Iſchberu peraim tſemaam.*

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

> *Potabunt omne animal camporum,*
> *Frangéntque ſylueſtria ſitim.*
> ποτιοῦσι πᾶν τὸ ζῶον τῶν ἀγρῶν,
> κλάσουσι λοχμαῖα τῶν αὐτῶν τὴν δίψαν.

Hóc eſt: Potabunt omnia animalia. Nam quoniam omne animal, omnia animalia colligit: rectè Propheta omne animal cum numero plurali cõſtruxit. Sic Homerus, cùm in concione Vlyſſem inducit, Therſitis ſcapulas atque humeros ſceptro percutientem: quoniam contumelioſis verbis Regem populorum Agamemnonem lacerabat Therſites: poſtquam commemorauit,quomodo Vlyſſis factum Achiui collaudarint: canit:

ὡς φάσαν ἡ πληθύς. Id eſt: *Sic dixerunt multitudo.*

Hoc eſt:Potabunt omnia animalia camporum, id eſt, iumenta & pecudes,caeteraéque manſuetae & cicures beſtiae: quae in agris campíſque paſcuntur. Frangent ſyluoſtria ſitim. Et quam ſitim? Nempe foelicitatis fruitionis Dei: ad quam, ſummum bonum, omnes homines etiam ſylueſtres vocati ſunt. Quia ſicut vincitur bellum praeliis: ita potatione ſitim reſtinguent, rumpéntque & depellent, omnia animantia, tam quae in agris & campis: quàm quae innumeris formis, in ſaltibus montibúſque ſyluíſque degunt: quorúm alia gradiendo,alia ſerpendo,ad paſtum,potúmque paſta accedunt: ſalientis fontis dulcem bibentes aquam, quam qui bibit, non ſitit amplius. Non tantùm ferae & immanes belluae,vt Graeci codices habent τὰ θηρία. Nam כל חיתו *Chol chaitho* ſignificat omnia animalia rationis expertia. Qualia iumenta ſunt, pecudéſque, beſtiaéque cicures & ferae, piſcéſque & volucres. A quibus tamen in Pſalmo excluduntur pennigera & aërea & aquatilia, propter vocabulum שדי *ſadai*, quod campeſtria loca ſignificat. Quia incluſio vnius eſt excluſio alterius, & è contra l.cum praetor. ff.de iudic. Et vt mihi videre videor, quoniam cicures beſtiae, populi erant,qui legibus & moribus, inſtitutíſque ciuilibus regebantur. Quales Romani, priuſquam Meſſiae fidem ſuſciperent: qui vnam excellentiſſimam virtutem iuſtitiam colentes, omnium victores, rerúmque domini euaſi, caeteris omnibus populis iura dabant. Et quales Graeci,antequam ad Deum,à mutis ſimulachris

lachris conuerterentur: à quibus omnium humanarũ diſciplinarum, artiúmque eruditiſſimis, leges, primùm Romani acceperunt, miſſis, in Graeciam decemuiris. Et quales omnes populi, de quibus Iureconſultus Caius in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. Ferae autem belluae, barbaricae gentes, durae, agreſtéſque & incultae: quae à ſtudiis abhorrentes (vt apud Platonem Pauſanias aiebat in ſympoſio) ritu potiùs ferarum & belluarum, quàm hominum vtebantur. Quae nunc ab Orientis & Occidentis, Auſtríque & Aquilonis partibus, magna ex parte Sponſum Meſſiam colentes: Deum, ſimul cum cicuribus, in ſacratiſſimo conuiuio potant, & edunt. Omnes namque agri, omnes campi, omnes ſaltus montéſque ſyluaéque: videlicet omnes homines, in quibuſuis regionibus & prouinciis viuentes, tam barbari, quàm exculti, gratiam Dei agnoſcere debebant. Canente Regio Propheta, quòd ad omnes mortales, qui vbique eſſent, Euangelium Apoſtoli praedicarent. Pſalm. 19.

Quemadmodum iam in coelum migraturus Praeceptor praecepit. Euntes in mundum vniuerſum, praedicate Euangelium omni creaturae. Marc. 16. Quare Apoſtolus. *Graecis ac barbaris, ſapientibus & inſipientibus debitor ſum.* Rom. 1. 14. Tametſi D D. Petrus & Apoſtoli, ne dum caeteri fideles, ab initio non crederent: exiſtimantes, quod ſolis Iudaeis poenitentiam dediſſet Deus ad vitam, non autem alienigenis & gentibus. Vnde cùm in Caeſarea, ad praedicationem Petri, cecidiſſet Spiritus Sanctus ſuper Cornelium Centurionem Italicae cohortis, & ſupra ſuos cognatos & amicos, omnéſque qui aderant & audiebant verbum: ſicut in die Pentecoſtes ceciderat Hieroſolymis ſupra c x x. homines, in coenaculo congregatos: inter quos erant x i i. Apoſtoli, & Sanctiſſima Virgo, cum mulieribus, *ἐξέστησαν οἱ ἐκ περιτομῆς πιστοὶ. Stupuerunt, qui* (aderant) *ex circuncisione fideles.* Act. 10. Id eſt. Alienati à ſeipſis declinauerunt à propoſito, & mutauerunt ſententiam. Hoc eſt enim ἐξέστησαν.

Quare autem Propheta Pſalmographus, animalia aquatilia & pennigera, quae & aërea, à potatione excluſerit, ratio reddi poſſet. Quoniam haec Angeli ſunt, & daemones eiuſdem naturae, ante hominem creati, vt ab exordio Geneſis elicitur, ex ordine ſcripturae, ſecundùm vnam intelligentiam. *Principio creauit Deus coelum*, id eſt, naturam angelicam: & terram, id eſt, naturam humanam. Quorum daemones, quia peccauerunt, catenis vinctos, Deus in infernum dedit, ad iudicium reſeruandos. 2. Pet. 2. 4. Angeli verò, in bono confirmati, impeccabiles effecti, iam vſque ante mundi conſtitutionem, in coelo Deo fruuntur. Aquatilia autem animalia, homines ſunt, qui nunquam de illa perpetua, verùm ſemper de hac exigua vita cogitantes, omnem aetatem in vitiis & flagitiis peccatíſque traducunt. Quamobrem animalium inſtar, quae aquam incolunt: frigidi vſque ad mortem, in

amore

amore Dei, nec vnquam reſipiſcentes, Dei gratiam, non merentur accipere. Et haec noſtra meditatio confirmatur viſione principis Apoſtolorum. Act. 10. Quippe cùm ἐν τῷ σκεύει ὡς ὀθόνη μεγάλη τέσσαρσιν ἀρχαῖς δεδεμένῳ. Id eſt. In vaſe (quod erat) velut linteum magnum, quatuor initiis vinctum: vidit τὰ τετράποδα τῆς γῆς, καὶ τὰ θηρία, καὶ τὰ ἑρπετά, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ. Id eſt. Quadrupedes terrae, & feras, & ſerpentes & volucres coeli. Nam quadrupedes terrae, & ferae & ſerpentes, erant כל חיתו שדי *Chol chatto ſadai*, omnia animantia terreſtria. Omnes videlicet populi, linguae, gentes & nationes partim excultae, partim barbarae. Quae vnà cum Angelis, ſignificatis per volucres, debebant, & debent ingredi in regnum Dei: ſignificatum per vas, velut linteum magnum, quatuor initiorum. Quia totius mundi ſimul iunctis omnibus regnis: regnum Dei maius eſt. Et in ipſum Dei regnum, aditus eſt vndique: id eſt, ex omnibus mundi partibus, ſignificatis, per quatuor initia, quae vinciũt mundum; quae ſunt, quatuor cardines orbis terrarum. Niſi mauis, amice Lector, intelligere: mentionem non feciſſe Regium Prophetam de animalibus aëreis, neque aquatilibus: quoniam haec quidem àuaros, illa autem ſuperbos, myſticè in ſacra pagina ſignificant: quorum neutri, nequaquam partem habent, in regno Dei. Bene ergo ſanè Propheta.

Bibent omnes populi, fontium aquam: id eſt, doctrinam viuam, non deficientem, ſed perennem. Quae in conuallibus fluit: id eſt, quae exit ex ore Apoſtolorum, & praedicatorum humilium, inter montes, quia ex duobus teſtamentis emanat.

Bibent omnes gentes, fontium aquas: id eſt, dona gratiarum. Quae in conuallibus fluunt: id eſt, quae humilibus dantur. Inter montes: id eſt, in contemplatione rerum coeleſtium, & diuinarum. Vel purè & ſimpliciter.

Bibent omnes nationes, fontium Baptiſmatis aquam: nec non & aquam & ſanguinem quae è vulneribus Chriſti fluunt. Quae conualles irrigant: id eſt, quae per omnes partes, maxima largitate funduntur humilibus. Inter montes: id eſt, inter ſuperbos tyrannos; ſicut in Eccleſiae primordiis.

Quapropter initium Cantici, quod eſt ישקני *Iſcàceni*, de quo agimus; quod iam nos ſuprà vertimus. Oſculabitur me, planè etiam verti poteſt. Bibet me. Et: Potum dabit mihi: πίεταί με. Καὶ τὸ στόμα δώσει μοι. Id eſt.

Bibet me Amor meus; quemadmodum potatur vinum, vel alia dulcis potio. Quia meam formam induens, meo ſe amiciet amiculo Deus. Et Deus & homo, hominem me labris ſuget & ore. Hauriens lac è mammis matris, & eam, & maritum, patrem putatiuum ſuauians, conſanguineóſque, atque fratres & amicos.

Potum dabit mihi amor meus; ſicut qui pocula miniſtrat, & cyathos

cyathos. Quia Deus homo factus, pro me paſſus, ſuum calicem mihi praebebit. Iubés me,& potare ſuum ſanguinem,in quo,per concomitantiam,caro eius & oſſa ſunt,& anima & diuinitas : & pro ipſo Deo, me pati,vt pro me homine,ipſe paſſus.

Haec itaque ſciens Sponſa,nihil vnquam magis concupiuit:quàm vt ſecunda perſona in diuinis,quae vſque à priſcis temporibus,ſecum ſponſalia contraxerat (ſicut in prima parte praeſentis Annotationis dicebamus) per caſtiſſimas nuptias, humanum ſpiritum duceret, & humanitatem attraheret,biberétque. Simúlque Diuinitatem,ac Spiritum Sanctum, hauriendum & potandum,ſibi Sponſae praeberet.

Quod quidem perfectum eſt : cùm per hypoſtaticam vnionem, diuinae cum humana natura,Deus homo factus eſt.

Tunc enim,connubio ſtabili,cum Deo, iuncta Sponſa, per adhaeſionem diuinitatis,ad humanum os : omnium ſuauiſſimo ſuauio, ſuauians Deum hominem,ſpiritum hominis duxit, & humanitatem bibit:ex puriſſimis, & in puriſſimis viſceribus Virginis,corpus carnémque accipiens:& animam rationalem à ſanctiſſima Triade, in caſtiſſimo vtero formatam. Tunc enim, natura Diuina,cum humana natura copulata, & coagmentata ,forma Deus & habitu inuentus, vt homo, praebuit Eccleſiae Spiritum ſanctum : quo & aqua ab ipſo homine & Deo,in Iordane,per contactum ſui corporis, ſanctificata,lauatus homo,denuò naſceretur ad ſalutem.

Tunc enim ſpecie humana Deus indutus,prodiens in forma ſerui, ſeruili veſtitus amictu : Diuinitatem in ſuo corpore, carne videlicet & ſanguine latentem, potandam edendámque Eccleſiae ſuae Sponſae dedit,ad ſui memoriam ſempiternis ſeculorum aetatibus,& immortalitatem conſequendam.

Et tunc enim,creatura,Deus factus,ipſe creator, paſſúſque & mortuus, vt non homo moreretur : poſt reſurrectionem, flauit Spiritum ſanctum Apoſtolis,qui erant Eccleſia ſua Sponſa: tribuens illa ſufflatione poteſtatem Eccleſiae (vt ille dixit,qui verax eſt) remittendi peccata & retinendi.

Nam quoniam Sponſa,hoc modo,coeleſte regnum,ſe ſciebat adepturam : & coeleſte regnum , pluſquam mundi huius pretioſiſſima quaeque faciebat : necnon & oſcula Sponſi,plurimi faciebat,per quae ad coeleſte regnum peruenitur. Hac ergo , hac enimverò iuſtiſſima cauſa,diutinae ſitis,coeleſte regnum adipiſcendi : & illud quidem non temporale,& periturum,cuius cauſa conſequendi,ius violandum homines cenſent : ſed perpetuum & ſempiternum regnum , quod non per violationem iuris,ſed per ſeruationem iuris adipiſcitur : rantopere Sponſa ſuauiorum Sponſi flagrabat. Et iure quidem. Si enim propter illecebras : ſi ob eas, quas diximus conſuetudines : ſi ob gratiam, vel amicitiam conciliandam : & ſi denique,ob humanos ſolùm ho-

nores,qui qualeſcunque tandem ſunt, viles leuéſque ſunt, & ad tempus,& vt caeterae res humanae,fragiles caducaéque, oſcula ſemper expetita fuerunt : vt rerum geſtarum monimenta,& vetuſtatis exempla teſtantur. Quantò magis Oſcula Sponſi,hominis ſimul Deíque, qui Diuinos eoſdémque perpetuos ac ſempiternos honores, Regna & Imperia Sponſae erat delaturus : quique ſe ipſum, hoſtiam placabilem Deo oblaturus erat,vt naufragam humanam naturam redimeret,& angelicam repararet : ſummè à Sponſa concupiſcenda erant, carminibus celebranda, literiſque mandanda? Poſtquam non ſignis, aut coniecturis,Sponſa compererat, ſed certiſſimis pactionibus, & icto cum Deo foedere ſanciuerat : adfore tempus, vt Deo nuberet, quam pridem ſibi Deus deſponderat. Vt coitione Diuinae cum humana natura, ſalutare remedium,homini extorri pararetur in coelum.

*

TVC

TVCCII TVCCII
PATRITII LVCENSIS
I. V. D. AC PROTONOT. APOST.

ANNOTATIONES
Super
CANTICO CANTICORVM SALOMONIS.

Ad Sanctiſs. D. N. Paulum V. Dei Vicarium.

Annotatio ***OSCVLIS.***

ARGVMENTVM.

Primo verſu Cantici, vbi in Latinis editionibus, legitur ſingulariter. Oſculo oris ſui, pluraliter, Oſculis, legendum, oſtenditur. Et alius locus Cantici, 8. 1. de Oſculis, explicatur. Ac tum praeterea, enumeratis quàm pluribus Oſculis, quibus Meßiam ſuum Sponſum Eccleſia oſculata eſt, & Eccleſiam ſuam Sponſam Meſſias: quamobrem tantopere Eccleſia Chriſtum Sponſum oſculari optaret, oſculeturque, rationes inducuntur.

ANNOTATIO SECVNDA.

PRAEMISSVM PRIMVM.

נשיקות

NESCICOTH. Pro varia, à Latinis editionibus, verſione, in quibus nomen נשיקות *Neſcicoth*, ſingulariter Oſculo, eſt conuerſum: duo praemitto. Primum, quod aliis linguis contingit: reperiri quaedam nomina, quorum, vel ſingulares, vel plurales flexiones, vel non ſunt in vſu, vel aliud, alio numero ſignificant. Vt exempli cauſa, apud Latinos, Opes, & Diuitiae. Quorum alterum niſi numero plurali inuenias. Quamobrem Saluſt. De Coniurat. Catil. Nam diuitiarum & formae gloria fluxa atque fragilis eſt: virtus clara aeternáque habetur. Et Cic. 1. Offic. Nihil enim eſt tam anguſti animi, támque parui, quàm amare diuitias. Alterum vtroque numero, ſed tamen diſpari ſignificatione. Sicut idem Orator declarauit in Epiſtola ad Attic. ſcribens. Caeſar iam Opes meas: non autem Opem expectat. Intelligens per Opes, Caeſarem bonis eius, fortuníſque incubare: non autem praeſtolari eius auxilium, vel adiumentum: quod Opem ſignificat. apud Comicum clamat Glycerium.

Iuno Lucina fer opem, ſerua me obſecro.

Pro quo Eccleſia Latina, quotidie initio horarum, vtitur nomine Adiutorio, in recitatione diuinorum: Graeca verò *βοήθεια*, cùm primum verſum ſeptuageſimi Pſalmi pſallunt: in quo praeſidium, auxiliúmque petit à Deo. Neque equidem pro eius aliquo officio erga Deum: ſed pro ſingulari Chriſti Domini paſſionis merito, quod omnibus, omnium hominum, Sanctorúmque meritis vndique collectis, ſimúlque iunctis, tantum antecellit, quantum finito infinitas excellit. Quemadmodum notatur in Pſalmi titulo, verbo Hebraeo להזכיר *lehazchir*: quod Latinè vertitur. Ad memorandum. Videlicet ad reducendum in memoriam, quantum Meſſias pro hominis ſalute paſſus eſt, ſatisfaciens pro peccatis. Quamuis Pſalmus etiam de Martyribus, in eorum perſecutionibus & tormentis, quaeſtionibus & mortibus, contra Tyrannos, intelligi poſſit. Et de Chriſto, opem à Deo, ſibi porrigi petente, in ſua paſſione, contra Iudaeos.

Ὁ Θεὸς εἰς τὴν βοήθειάν μου πρόσχες.

Deus in adiutorium meum intende.

Vt ſcilicet tu Deus opem feras, poſtquam homines ferre non intendunt. Vt concordemus hunc Pſalmum, cum ſuperiori 69. 21. Vbi idem Regius Propheta, in perſona Chriſti, canit: quemadmodum ex Hebraeo iamdudum nos vertimus.

Et expectaui ſi quiſpiam commoueretur (*vt opitularetur mihi inſonti*) & non fuit.

Et conſolatores (*expectaui*) & non inueni.

Quod ipſum & Iſaias prophetauerat cap.63.5. vt ex Hebraeo aliquot iam annis vertimus.

Et aſpexi,& non fuit (*aliquis*) auxiliator.

Et obſtupui (*eos aſpiciens*) & non fuit (*me*) ſuſtentans.

Quamobrem Pſal.112. In quo Propheta commemoratione praemiorum,non ſolùm aeternae vitae,ſed praeſentis etiam, mentes fidelium reuocat ad miſericordiam, ſanctúmque Dei timorem. verſ.3. vbi textus Hebraeus habet.

הון ועשר בביתו׃

Hon vanhoſcer bebetho.

Nos Latinè iamdudum vertimus.

Opes & diuitiae in domo eius.

Videlicet,timentis Deum. Quamuis ambo illa nomina, in Hebraeo carmine,ſint numeri ſingularis. Graecè autem, quoniam vtriuſque quidem,apud Graecos,tam ſingularem,quàm pluralem, nacti numerum ſumus, vertimus.

Οὐσία καὶ πλοῦτος ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ.

Sunt autem Opes & Diuitiae in domo timentis Deum, non eius generis,cuiuſmodi locupletum mundi ſunt & diuitum.Quibus non ſolùm lautè coniuges & liberos,familiámque equóſque & canes nutriuntur,copiáſque & exercitus alunt:maximae fortunae, ampliſſimae pecuniae, praedia vrbana & ruſtica,fundi,& poſſeſſiones, frugúmque vberras & copia, atque omnium rerum abundantia & affluentia. Verum enimuero, fides,qua viuunt:ſpes qua non confunduntur:& charitas qua Deum & proximum amantes, amorem ſuum benefactis declarant. Ac tum praeterea afflictationes, infirmitates, perſecutiones, opprobria,conuicia,accuſationes,carceres, vincula,cruciatus, ſupplicia, paſſionéſque mortéſque prò Deo oppetitae, precioſae in conſpectu Dei, pluſquam gemmae & margaritae. Et ſuper haec omnia, ipſe Dei timor,quem qui habent, etiam ſi mendiciſſimi ſint, ſunt diuites. Et ratio eſt, quoniam bonum faciunt. Eccleſ.15.1. & peccatum non faciunt: cuius ſupplicium mors eſt. Quamobrem Pſalmographus Pſalm.4.5.

רגזו ואל תחטאו

Rigghezu veal thechetau

אמרו בלבבכם

Imru bilbabchem

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

על משכובכם ודמו׃

Nhal miſchauchem, vedommu.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Tremite & non peccabitis:
Dicite in cordibus veſtris
In cubiculis veſtris, & ſilete.

τρέμετε καὶ οὐχ ἁμαρτήσετε:
εἴπατε ἐν καρδίαις ὑμῶν,
ἐν κοιτώνοις ὑμῶν καὶ σιωπᾶτε.

Hoc eſt: O vos viri, qui terras incolitis, ponite ſemper vobis ante oculos, peccati turpitudinem & obſcoenitatem: quae tanta eſt, quòd Deum ad iracundiam prouocat, atque ad vindictam laceſſat.

Verſate iugiter omni cura & cogitatione, quantum ſit dedecus, quanta foeditas, quantáque labes, eius maieſtatem offendere, qui cum non eſſetis, eſſe vos fecit.

Cogitate accuratè, quàm deformis erit poena damni, amiſſa viſione Dei, ſummi Dei: in quo eſt plenitudo omnium bonorum, quae Deus hominibus non peccantibus, praeparauit.

Agitate mente dies noctéſque, omnium grauiſſimum & ſeueriſſimum Dei iudicium, in ingratos, ſuperbos, crudeles, & rebelles: ac generatim in maleficos, ſceleratóſque homines.

Referte animum, omni momento temporis, ad atrocem poenam ſenſus, quam ipſorum culpa, damnati ſuſtinent: cùm omnes ſenſus ſummis ſuppliciis, cruciatibúſque, eíſque ſempiternis excruciantur. Haec enim animaduertentes, pauentes, trementéſque, non peccabitis. Quemadmodum pueri non peccant, cum per medium ludum, ludi, ipſe, literarij magiſter, obambulat: ſcuticam manu tenens, promptus magis ad verbera, quam ad verba.

Tremere enim, ſicut fit obiectu terribilium, quod Graij τρέμειν dicunt, ſignificat verbum רגז *raghaz*: à quo רגזו *rigghezu*. Non autem ὀργίζεσθαι, id eſt, iraſci: in quo ineſt ὄρεξις τιμωρίας, vt Philoſophus inquit, vltionis appetitus. Quod lingua ſancta exprimit per verbum, חרה *charah*. Quemadmodum Pſal. 18. 8. vbi vnico verſu, vtroque verbo, & iraſci, & tremere Pſalmographus vſus eſt: cum prophetaret de amore mundi, qui per Meſſiae praedicationem deſtruendus erat. Ibi.

ומוסדי הרים ירגזו
Vmoſde harim irghazu,
ויתגעשו כי חרה לו׃
Vaithgghanhaſciu, chi charah lo.

Id eſt,

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Et fundamenta montium tremuerunt,
Et commota ſunt, quia illi iratus.
καὶ τὰ θεμέλια ὀρέων ἐτρόμησαν,
καὶ ἐσαλεύθησαν, ὅτι ὠργίσθη αὐτῇ.

Hoc eſt : Non ſolùm montes , ſed eorum fundamenta agitata pulſu externo,tremuerunt,& mota ſunt praeter naturam. Nam vt pars terrae,quae in medio mundi,in aqua collocata quieſcit,non mouentur. Licèt quidam coelum ſtare, terram autem moueri,opinati ſint. Verè namque terram immobilem, ſemper manere : vt quae ſummè grauis, ad centrum,id eſt, punctum tendit:coelum verò duobus motibus cieri conſtat. Altero coeli vltimi , ſuper duas axis extremitates , polos ſcilicet arcticum & antarcticum, ab Oriente, in Occidentem. Altero autem planetarum contrario,circum axes ſuos.Praeter motum trepidationis , qui fit ab Auſtro ad Boream : & à Borea , ad Auſtrum,non perfecta circùmuolutione, ſed per acceſſum & receſſum.

Erant autem fundamenta montium , mundi res , quae non niſi montes aureos pollicentur:cùm tamen caducae & ad tempus, ex ſe, ſua natura exeſae corruant. In quibus homines fixerant , & locauerant ſuam ſpem. Quod Sponſus Dominus noſter diſſipauit. Cùm deſtructis mundi fundamentis,fundamenta fidei iecit.

Quia iratus illi. Hoc eſt , mundo , qui terra dicitur : de qua ſuprà. Quoniam blanditiis mundus , praeſentium voluptatum , hominem deliniuerat,atque corruperat,vendens fumos.

Quamobrem meritò fumo peribit,qui fumos vendit.

Eorum autem, quae ſequuntur.

Dicite in cordibus veſtris,in cubiculis veſtris.

Dogma Domini noſtri eſt , de modo orandi , ad eundem fermè modum Matth.6. Ibi 6. Tu autem ὅταν προσεύχῃ, quando oras, intra in cubiculum tuum,& clauſo oſtio,ora patrem tuum.

Et verbum דמו *dommu* , quod hactenus in Latinis vulgatis editionibus,verſum eſt. Compungimini: Tacere,vel ſilere vertendum,non habet dubitationem. Prout Pſal.30.13.

Vt cantet tibi gloria mea,& non compungar.

Vertendus locus eſt.

Propterea canet tibi honor, & non ידם *iddom* tacebit.

Prout etiam, Pſalm.35.16.

Diſſipati ſunt, nec compuncti.

Vertendus locus eſt.

Diuiſi ſunt,& non דמו *damù*, tacuerunt.

Iudaei videlicet,cùm ſciſma erat inter eos de Chriſto.Vide Ioan.9. 16. Quemadmodum lxxij. tranſtulerunt , omnibus tribus locis, vertentes

tentes per καλανύγω, quod tacere & quieſcere ſignificat: ſicut Hebraeum verbum דמם *damam:*quamuis etiam compungere:vt qui de Graeco conuerterunt,reddidere. Et ſuffragatur D.Hieronymus, qui in ſuo Pſalterio,quod ad petitionem Sophronij,de Hebraeo conuertit,eiſdem tribus locis, per tacere tranſtulit. Cùm tamen bis antea,ad petitionem primùm Paulae & Euſtachij,& tum poſtea Papae Damaſi, omnibus tribus locis,vertendo de Graecis exemplaribus lxxij. reddidiſſet per verbum compungo.

Silete igitur.Hoc eſt,& tum ſilete, poſt factam poſtulationem,non ducentes longiorem orationem:ſicut gentium Oratores faciunt. Reſpondet ibi Matth.6.9. *Orantes autem nolite multùm loqui.* Quippe quòd apud gentium Rhetores, breuitas in vniuerſa eloquentia laudem non habeat. Vt Orator inquit de Cl.Quin potius oratorem deceat,latè exprimere, atque copioſè eloqui. Sicut idem Orator ait, de Part. & de Orat.

Et ratio eſt,quoniam ſiue iudicialis, ſiue deliberatiua,ſiue demonſtratiua ſit cauſa, plenè & cumulatè,quid ſit id,de quo agitur,ad quos dicit,orator docere debet. Quod profectò Deum orans, neceſſe non habet: cùm ſciat Deus, quid opus ſit, antequam petatur. Matth.6.8. Quare Dominus noſter diuinam illam omnium orationum ſanctarum, ſanctiorem orationem orare docuit: quae ab ipſomet autore Dominica appellatur. Anguſtam orationem illam quidem & conciſam,ſed adeò plenam ſacramentorum, vt nil omnino addi, nil prorſus deſiderari queat.

Poſtquam vnica oratio, paucis periodis, iiſque contractis & breuibus, ſeptem petitiones continet: quarum tres priores Dei maieſtatem complectuntur, reliquae verò quatuor orantis neceſſitatem includunt.

Sed ad Pſal.112. vnde digreſſi ſumus,redeuntes, dicimus, nomen הון *hon,* non gloriam, vertendum: vt hactenus Graeci verterunt, & Latinae editiones habent. Quod enim Graeci δόξαν & Latini gloriam dicunt:lingua Sancta per הדר *hadar*, & כבוד *chauod*, nomina exprimit. De quibus Pſal.96. Vbi Pſalmographus inuitat omnes populos, ad concinendum inter ſe, Meſſiae praeſtantiam, & miranda opera: tum iudicialem & regalem poteſtatem: ac denique ad ipſum Deum, piè ſanctéque colendum. Verſ.3. ad 9. Magis autem per nomen תפארת *thiphereth.* De quo Pſal.149.In quo ſelectorum ex omnibus, laetitiam & gaudium, quibus in Meſſiae aduentu exultabunt, & triumphabunt de reprobis praeſagus Propheta canebat verſ.4.

יפאר ענבים בישועה׃

Iephaer nhanauim biſciunhah.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Glorioſos

Glorioſos reddet humiles in ſalute.

δοξολογήσει ἐν τῇ σωτηρίᾳ τοὺς ταπεινούς.

Quod intellige in Eccleſia triumphanti, in ſuperna Hieruſalem. Vbi fideles animae, quae in hac militanti Eccleſia, anguſtae & humiles fuerunt, ponentes omnes cogitationes ſuas in rebus contemptis & abiectis, ſpernendo repudiandóque dignitates, gradus, amplitudines, omnéſque mundanos honores, breues illos profectò: tunc quidem beatae in coelo, neque vltra ancipites de ſalute, coeleſtes diuinóſque honores conſecutae, eoſdémque perennes: quod ex omnibus praemiis virtutis, ampliſſimum praemium eſt, in gloria erunt, quam maxima capere poterunt.

Nam nomina הדר *hadar*, & כבוד *chabod*, decorem potius & honorem ſignificant: quae Graeci τιμὴν & ἀριστείαν, nominant.

Praemissvm Secvndvm.

Secvndò praemitto quòd ſic apud Hebraeos pariter, pleraque nomina accidit inueniri, quorum ſingularis tantùm numerus, vt propria omnia, praeter caetera: & tum praeterea pleraque, quorum pluralis duntaxat obſeruatus eſt in vſu, ac tractatione ſcribendi. Quemadmodum nomen חיים *chaym*, quod vitam ſignificat: quod ſemper Hebraeis eſt numeri multitudinis. Sicut Pſalm. 88.4. In quo Propheta Meſſiam inducit, orantem Patrem: vt eum à cruciatibus tormentíſque eriperet, quae pro humano genere perferebat.

וחיי לשאול הגעו׃

Vechaÿaj liſciol higghinhu.

Id eſt, ad verbum de Hebraeo exprimendo.

Et vitae meae inferno appropinquauerunt.

Contra ac Graecis ζωὴ & βίος, & vita Latinis: qui non niſi ſingulariter flectunt. Vnde apud Comicum libertus Sotia, ad Simonem ſenem, de filio Pamphilo, qui Glycerium amicam prohibuerat, ne ſe, in ignem, doloris impatiens, coniiceret.

Nam ſi illum obiurges, vitae qui auxilium tulit:
Quid facies illi, qui dederit damnum, aut malum.

Sic Poëta de Turno, ab Aenea in praelio occiſo.

Vitáque cum gemitu fugit indignata ſub vmbras.

Sic princeps Medicorum Hippocrates, ſuos propemodum diuinos Aphoriſmos, quibus breuiſſimis verbis rem medicam complexus eſt, orditur. ὁ βίος βραχύς. Vita breuis. Sic Plato in Phoedro, παῦλαν ἔχειν ζωῆς. Vitae finem habere. Et Plut. ζωὴν ἔχειν ἡμερησίαν. Vnius diei vitam habere, quod Ariſtoph. dixit, βίον ἔχοντες ὀλίγον. Paruam vitam habentes.

Quare omnes,qui hactenus Pſalmos tranſtulerunt,verſum Pſalmi ſupra citati conuerterunt.

Καὶ ἡ ζωή μου τῷ ᾅδῃ ἤγγισε.

Et vita mea inferno appropinquauit.

Et nos ſuperioribus annis vertimus.

Et vita mea ad infernum appulit.

Καὶ ἐν ᾅδου βίος μου παρενέλαβεν.

Appellere namque ad locum,id eſt peruenire,ſignificat נגע *naghanh.* Sicut Ierem.4.10. Non autem appropinquare,quod lingua Sancta dicitur קרב *carab.* Sicut Pſal.55.19. & 22.& paſſim, Hoc eſt. Adeò vndique Pater aeterne (Meſſias loquitur) ánima mea compatiens corpori,repleta eſt dolore. Adeò innumeris malis circundata eſt : non culpae,quia nihil mali feci,nec inuentus eſt in me dolus : ſed poenae, quam ſuſtineo , ferens peccata mundi. Adeò aculeis contumeliarum Iudaei me lacerant, atque atrocibus ſuppliciis me cruciant : vt in nihilo diſſimilis ſim illis, qui ad infernum damnati, ſua flagitia luunt: vbi omnes ſenſus ſimul in perpetuum cruciantur.

Et ſicut Coeli nomen , quod Hebraicè ſemper pluraliter & ſcribitur,& profertur שמים *ſciamaim :* propter eius multiplices ſphaeras & orbes. Et ſi tamen, ſi ſingulariter Graecè & Latinè,quis caneret,purè tamen & emendatè funderet.Quemadmodum nos fecimus cùm Pſalmum vndeuigeſimum verteremus. In quo non ſolùm abſolutionem, perfectionémque legis Meſſiae, eiúſque immortales fructus : verùm etiam,eiuſdem,orbis omnium terrarum peragrationem Propheta deſcribit:cuius Hebraeis eſt initium.

השמים מספרים כבוד אל׃

Haſciamaim meſapperim chenod. el.

Singulariter vtraque lingua reddentes.

Coelum narrat honorem Dei.

Τιμὴν τοῦ Θεοῦ ὁ οὐρανὸς διηγεῖται.

Hoc eſt אש *eſc*, & מים *maim* : id eſt ignis & aqua , duo elementa ex quibus Hebraicè Coelum traxit nomen השמים *Haſciamaim* : vt hìc, poſita litera ה *he*, vice א *aleph*, per antitheſim. De quo in Inſtit. Hebraic.Pagninus libro 1. cap.26. Et nónnunquam שמים *ſciamaim*, ablata per aphaereſim litera א *aleph*, narrant honorem Dei. Videlicet Viri Sancti,qui ſunt aquae, in quibus deſcendit pluuia doctrinae: qui in eorum cogitatione poſita, de coeleſtibus diuiníſque rebus in infinitos diſpertiunt : praedicando, docendo, ſcribendo,inſtituendo, & ad omne officij munus inſtruendo, quod ad Dei cultum pertinet, ſalutémque animarum. Sicut Apoſtoli , & in eorum locum ſuffecti Sanctiſſimi Epiſcopi,Doctoréſque & Interpretes Scripturarum Sanctarum,& Praedicatores verbi Dei.

Et Viri

Et Viri Sancti,qui ſunt ignis, quia magno amore inflammati Dei, & proximi,ardentes pro mundi ſalute ad Deum orationes fundunt:vt ſcelere violatũ,precibus placent,& leniant.Sicut Martyres noui teſtamenti, qui ad Domini imitationẽ, pro ſuis perſecutoribus & interfectoribus deprecantur.Ac quemadmodum Moyſes priſcis temporibus. Qui incẽſus amore Dei & populi,Deum exorauit, vt populo חטאתם *chatatam*, peccatum eorum ignoſceret : & ſi minus, deleret eum de libro. Exod.32.32.

Quod intellige de libro breuis praeſentis vitae: non autem de libro futurae vitae aeternae,qui eſt liber praedeſtinationis, in quo ſcriptus non deletur. Danielis 12.1. Ibi. Saluabitur omnis populus tuus

הנמצא כתוב בספר *hanimtſa chathub baſſefer,*

Repertus ſcriptus in libro.

ὁ εὑρεθεὶς γεγραμμένος ἐν τῷ βίβλῳ. Ac ſi diceret Moyſes ad Deum. Quaeſo Domine ſi populo ſcelus non ignoſcis, ad mei, tui ſerui deprecationem : ſi non parcis eis, ad mei, Ducis poſtulationem, מחני *mecheni*,dele me, מספרך *miſſifrecha*,de libro tuo:id eſt,de mundo priuando praeſenti vita. Expedit enim mihi magis quàm viuere, emori: vt non acerbiſſimè affligar, videns vltionem tuam, cùm laceſſitus tu iuſtus Deus contra fas, per fas, populum improbum vlciſceris.

Namque mori potiùs,quàm ſe afflictari Sancti viri cupierunt : populum ſibi commiſſum profligari, caedíque cernendo. Sicut D. Auguſtinus Hipponenſis Epiſcopus,& ſummus Eccleſiae Doctor. Qui Vandalis Hipponam obſidentibus, praeuidens Sanctus vir (vt mihi videre videor) ſtragem horribilem, caedémque, quam barbari,capta tum poſteà ciuitate,ediderunt : Deum exorauit, vt ſe ex illa miſeria liberaret,emittendo de cuſtodia corporis.

Omnes namque Coeli fuerunt,& ſunt, quia dictis & factis & ſcriptis,narrauerunt,& narrant honorem Dei : & Deus in illis ſuis Sanctis honoratus eſt,& honoratur.

Si quidem omnes Graeci & Latini Scriptores hoc Coeli nomine, numero ſingulari vtuntur: totam illam mundi fabricam,per illud intelligentes,quae eſt ſuper quatuor elementa. In quo cum Philoſopho conueniunt : qui vnum tantùm ponit coelum. De coelo libro primo, cap.8. Et non ſolùm tantùm vnum, ſed etiam plures eſſe coelos, impoſſibile eſſe demonſtrat cap.9. Vnde Poëta de Sole & Luna.

Vos ô clariſſima mundi
Lumina labentem coelo quae ducitis annum.

Et egregius Homerus cùm Thetidem in coelum aſcendere facit, Iouem rogatum pro filio,Iliad. α.

Ἠέριη δ' ἀνέβη μέγαν οὐρανὸν οὔλυμπόν τε.

Id eſt,quemadmodum nos vertimus.

Scandit magnum coelum matutina & olympum.

Singulas enim ſphaeras,quas coelos quidam vocant,globos & orbes Orator appellat : Philoſophus verò κύκλυς, id eſt,circulos.

Tametſi & Graeca & Latina Eccleſia, in diuinis laudibus, quas ab Hebraeis accepimus,aliquando pluris numero, aliquando ſingulari, coelum canat. Sicut Pſalm.citato 115.3.& 6.

Deus autem noſter in coelo,

Ὁ δὲ Θεὸς ἡμῶν ἐν τῷ ὀυρανῷ.

Coelum coeli Domino,

Terram autem dedit filijs hominum.

Ὁ ὀυρανὸς τοῦ ὀυρανοῦ τῷ Κυρίῳ,

Τὴν δὲ γῆν ἔδωκε τοῖς ὑιοῖς τῶν ἀνθρώπων.

Quamuis vbique in textu Hebraeo, ſit numeri pluralis. Deus autem noſter בשמים *baſciamaim*. Id eſt,in coelis.

השמים שמים

Haſciamaim ſciamaim,

Coeli coeli Domini,

Terram autem dedit filijs hominum.

Eſt autem elegans epanados , cum decore eiuſdem dictionis facta repetitio. Hoc eſt. Etſi vbique ſit Dominus,coelum coelum tamen ſpecialiter ſibi reſeruauit : vbi magis refulget, & vbi cum Angelis reliquíſque coelitibus familiaris eſt. Terram autem hominibus incolendam tradidit. Vel myſticè.

Coelum coeli Domino. Id eſt Apoſtoli, Pontifices,Epiſcopi,Cardinales,caeteríque Praeſules,qui in ſublimioribus Eccleſiae gradibus, ſunt locati : qui ſunt coelum, propter coeleſtem vitam, quam agunt, abnuentes impietatem,& deſideria ſecularia. Qui ſunt coelum, quia ab ipſo Deo, de coelo, ros diuinae doctrinae, illis infunditur : vt ipſi dent caeteris. Qui ſunt coelum, quia diuinitùs magis Deum laudant & benedicunt,Deíque ſalutem annunciant, Deo dicati & conſecrati ſunt. Terram autem,id eſt corpus Dei & hominis, hominibus dedit, Id eſt Eccleſiae,vt afflictam eam & abiectam per peccatum ad priſtinam dignitatem reuocaret,& excitaret à morte. Hominibus dedit : Id eſt in manus peccatorum,vt eum in Crucem tollerent, & vnus homo moreretur pro populo,& non omnes perirent gentes.Hominibus dedit : Id eſt bonis & malis , in cibum & potum, diſpari licèt ſorte ; his ad interitum aeternum,illis autem ad vitam aeternam.

His

His praemiſſis dicimus, quod nomen Hebraeum exprimens ſuauium, quod eſt ipſe ſuauiandi actus, qui amplexum conſequitur: quem Latini à patuitate oris, quae ex labiorum porrectione, in ſuauio fit, Oſculum appellant, non eſt eiuſmodi. Sed vtrunque quidem Hebraeis, ſicut & Latinis & Graecis, numerum habet. Sicut id ſciri, facillimè poteſt, ex iis, qui Hebraicas literas callent. Tameſi ſingularem numerum non habemus, in libris, quos Eccleſia ſuſcipit. Licèt enim, in veteris teſtamenti, Latinis editionibus, lib. Geneſ. cap. 27. 26. vbi Iſahac narratur hiſtoria: cùm ſenio confectus, excaecatúſque, Eſau, vt ei benediceret, natu maiorem vocauit: ſed vno partu, ſecundus editus gnatus benedictionem, matris clepſit, technis, quò ad literam, quò verò ad ſpiritum, Spiritus Sancti opera: legatur.

Accede ad mê, & da mihi oſculum fili mi?

In Hebraeis tamen codicibus, non per nomen, ſed per verbum, illud eſt dictum conceptum: ad hunc modum.

גשה נא ושקה לי בני:

Gheſciah na, vſcecah li beni.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Accede nunc, méque oſculare fili mi?

Ἔγγισον νῦν καὶ κύσον μὲ ὦ τέκνον μοῦ;

Cùm enim diuino flamine incitatus Patriarcha, vnionem futuram, diuinitatis & humanitatis, per vnigeni filij Dei, ex ſtirpe ſecundi, incarnationem, praeſentiret: odore ſuauitatis, quam ex fraterno veſtitu, quo Iacob Chriſti exemplar, tectus erat, afflabat.

Non vnum, vt pater, Oſculum filiationis popoſcit.

Non vnum propinquitatis, cuiuſmodi Romae & in Latio, mulieribus quondam abſtemiis cognati ferre ſolebant.

Non vnum officij Oſculum, vt cùm peregrè proficiſcens, aduenienſve, ſalutat, oſculatúrque.

Non vnum notam facinoris, ſceleriſve ſignum, cuius generis proditoris fuit.

Non vnum denique, nomine Eccleſiae, etiam tunc, per verba de futuro; Sponſae amantiſſimae, à filio Meſſiae Sponſi figura, verbo ושקה *vſcecah*, id eſt. Oſculare: verùm plurima, & multiplicia Oſcula, Patriarcha ſibi dari petiuit.

Quemadmodum etiam Sponſa Eccleſia, ante Sponſi aduentum, Sponſum ſuauiandi ardens ſtudio, atque amore: non vno duntaxat Oſculo, ſed pluribus & multiplicibus Oſculis diſſuauiari cupiebat. Sicut eam noſter Salomon, modulatè canentem inducit. par. 8. 1.

אמצאך בחוץ אשקך:

Amiſaccha bachuts aſciacecha.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Foris reperiam te, oſculabor te.

ἔξω εὑρήσω σε, φιλήσω σε.

Hoc eſt: Veniet tempus, cùm tu Meſſias meus Sponſus, qui (ſicut omnes bene cognitum habemus, & fideliter firmitérque credimus) licèt vbique ſis, ſpecialiter tamen, intus in coelo es Deus: vbi eſt domus tua aeterna, in qua cum Patre & Spiritu ſancto habitas. Pſal.2.4. & Pſal.11.4. Veniet (inquam) tempus, cùm tu eandem tuam domum, aeternam, non relinquens, ſed dirumpens: vt te oro, & obſecro per Prophetas. Iſa.64.1. & Pſal. 144.5. Foris extra coelum hominibus Deus inuiſibilis egredieris. Et tuo diuino ore, ore cum humano coniuncto, primo expectatiſſimo Oſculo, me oſculaberis: per hypoſtaticam vnionem, te amiciendo natura humana, diuina retenta. Factúſque hominibus, homo viſibilis, chariſſimus cunctae terrae, & deſideratiſſimus venies. Et tunc ego tua Sponſa, te de coelo, è ſinu Patris, deſcenſum in aluum Virginis, natúmque reperiam foris. Id eſt, in terra, vbi diceris foris eſſe: quia non intus in coelo, in domo tua eris homo. Niſi peracta peregrinatione, cùm expletis omnibus, quae ſcripta ſunt de te, in Pſalmis & Prophetis, poſt reſurrectionem tuam, me vidente, coelum homo Deúſque ſcandes. Quamuis cum in terra homo eris, ſiue in aluo, ſiue natus, & Deus in domo tua in coelo, & foris in terra, & in infernis partibus, & vbique Deus eris, eſſentia praeſentia, & potentia. Quemadmodum aeuo ſempiterno fuiſti, eríſque ſempiterno aeuo. Quandoquidem tu Deus infinitus imples omnia: coelum & terram, & abyſſos: & abyſſos & terram, & coelum ſuperas infinitate tua.

Iam verò poſtquam te Meſſiam Deum, foris inuenero hominem factum ſuauiabor & oſculabor: in aluo continendo, ſanguine virgineo nutriendo, ſine dolore pariendo, rorem vitalem praebendo, milléque modis ſeruiendo, tangendóque & attrectando. Quod hactenus facere nequiui, nec queo nunc: quamuis non longè ſis, ab vnoquoque noſtrûm. Act.17. Quoniam Spiritus cùm ſis Deus. Ioan.4.24. nequaquam te tangere quimus. Quia, vt inquit Philoſophus, De hiſtor.animal. lib.1.cap.4. ἡ μὲν οὖν ἁφὴ ἐν ὁμοιομερεῖ ἐγγίνεται μέρει, οἷον ἐν σαρκὶ, ἢ τοιούτων τινί. Id eſt: Tactus fit in parte (corporis) ſimilari: vt in carne, vel alia eiuſdem generis. Tu autem Deus Spiritus, carnem & oſſa non habes, vt habebis factus homo. Luc.24.30.

Sed non ſolùm ego Sponſa tua, vt tute tibi ſpopondiſti: eadémque ſoror, per naturam humanam, quam indues: matérque, propterea quòd te in aluo continebo: te hominem ſimul Deúmque, Dei ſatu ortum, oſculabor millies. ר

I. Infan

I. Infantem te filium Sanctiſſimae & auguſtiſſimae Virginis, iuſti viri, regiae ſtirpis, coniugis, partu editum, media nocte, in paſtorum ſtabulo, pannis inuoluendo, faſciis deuinciendo, in praeſepio locando, ínque ſinu lactando fouendóque. ┐

II. Recentem natum te Deum verbum Chriſtum Dominum, inueniendo in ſtabulo, cum aſina, curuáque boue, cúmque matre & nutritio, per Paſtores vigilantes ſuper gregem ſuum, tranſeuntes vſque Bethlehem, feſtinantes videre, & cognoſcere de te puero. ┐

III. Legiſlatorem te Deum Meſſiam, lege ſolutum, ſed tamen ſub lege factum, die octauo à tuo natali, circuncidendo: & proprium nomen imponendo, quo priùs ab Angelo nominari voles, quàm te mater concipiat: dando hoſtiam pro te, ſecundùm legem Moyſi ┐

IIII. Paruulum te ortum Regem Iudaeorum, haeredémque gentium, poſſeſſorémque terrarũ, cùm inuiſam per Chaldaeos, ſtimulata à noua ſtella, ab Orientis ora: atque proſtrata adorabo, myſtica dona ferens: Thus, aurum, myrrham, Regíque, hominíque, Deóque. ┐

V. Deducendo in Aegyptum, ab Angelo in ſomniis monita, bimum te concubia nocte, Principem terrae Regum: Regem formidans impium, à quo nex machinabitur, metu amittendi regni. Et reducendo in Paleſtinam, Tyranno morte deleto, ab Angelo denuo monita. ┐

VI. Imbuendo ineunte aetate, ſermone quotidiano, parentum praeceptis, & admonitionibus, atque ad eorum conſuetudinem morémque inficiendo. Et erudiendo ad maiorum inſtitura, te Dei Patris ſapientiam, & omnium doctrinarum fontem & originem. ┐

VII. Gnatum meum, mea vita chariorem mihi, qui omnia animantia, mundúmque ipſum alis, amicis, atque educas, educando in gremio, amiciendo, atque alendo, de parentum mercedulis, quas de opera & labore manuum ſuarum accipient: ac de aliena miſericordia. ┐

VIII. Seruiendo & miniſtrando tibi adulto, atque grandi natu, quando id aetatis eris, cùm munia tibi à Patre impoſita praeſtabis: per Virgines, coniugatos, iuſtos & peccatores, & per omnis generis homines, quotquot è tenebris ad lucem vocati erunt. ┐

IX. Ad nuptias te vocando, conuiuiáque & coenas Et tum retrò te accubante, pedes tuos rigando fletu, & tergendo capillis, & vnguento vngendo, non ceſſando oſculari, vt peccata dones. Et tum vnguenti libra aſpergendo caput tuum, in ſepulturae ſignum. ┐

X. Et cùm tibi denique euangelizanti regnum Dei, & ſacramenta nouae legis ſtatuenti, & miracula facienti, atque pro nobis patienti, nullum à me pietatis officium erga te deerit, quod opera, conſilio, & labore, hominem, homini Deo praeſtare voles. ┐

Verùm etiam, poſtquam ex hoc mundo in coelum demigraueris: relicto

relicto mihi Sponſae tuae, te met ipſo autore & vena omnis gratiae, eſſentialiter, in venerabili ſacramento altaris: vt mecum ſemper ſis, quemadmodum Sponſum decet: non ceſſabo dies noctéſque te oſculari.

I. Peragrando omnes regiones, omnéſque nationes, partéſque terrarum: docendò praedicandóque Euangelium omni creaturae. ℟

II. Ordinando per omnia loca Epiſcopos, id eſt, Paſtores, Rectoréſque animarum: viros vitae ſanctimonia & doctrina inſignes. ℟

III. Septena ſolemnia ſacramenta, non plura neque pauciora conficiendo, frequentando, conſeruandóque apud me in Eccleſiis. ℟

IIII. Baptizando aqua naturali, omnes credentes, in nomine Patris & Filij, atque Spiritus ſancti: ad abluendas animas à peccatis. ℟

V. Confirmando baptizatos, per impoſitionem manuum Epiſcoporum, ad robur gratiae, atque audaciùs confitendum nomen tuum. ℟

VI. Abſoluendo per Sacerdotes, ſubditos ſua peccata confitentes: cum dolore atque propoſito ſatisfaciendi, nec cadendi vltrà. ℟

VII. Conferendo ordines, partim ſacramentales, etiam per Abbates: partim verò, verè atque propriè ſacramenta, per Epiſcopos. ℟

VIII. Coniungendo per Parochos, mares & foeminas, ſacramento matrimonij: & ad officium prolis, & ad remedium fornicationis. ℟

IX. Praebendo fidelibus, per Sacerdotes, ſub ſpecie panis & vini, carnem, ſanguinem, animam & deitatem tuam, in cibum, & potum. ℟

X. Atque poenitentibus, aegris morbo graui, & ſenio morientibus, ſacramentum Extremae vnctionis, per Presbyteros exhibendo. ℟

XI. Confitendo te coram hominibus, tua opera reuelando: & etiam pſallendo nomini tuo: id eſt, ad honorem tui nominis operando. ℟

XII. Teſtificando te eſſe Chriſtum, filium Dei viui: & pro hac teſtificatione ſanè voluntariè, vitam cum ſanguine perfundendo. ℟

XIII. Seruando Decalogũ, caeteráque vtriuſque paginae mandata, neceſſaria ad ſalutem: atque conſilia, quae ad perfectionem. ℟

XIIII. Et tum fideles obligando, ad auditionẽ Miſſae: ad ieiunium, ad decimas, ad confeſſionem & communionem ſtatis temporibus. ℟

XV. Seruiendo tibi, poſt obitum fratrum, latenter aliquot ſeculis: moerens & ſacrificans in latebris, priuatíſque domibus. ℟

XVI. Et tum poſtea, templa tibi, & ſanctiſſimae Trinitati, & Spiritui ſancto, atque Deiparae matri, tuíſque Sanctis faciendo. ℟

XVII. Fana Delubra, falſis, mortuíſque Diis, à gentibus ſimulachra

chra colentibus conſtructa,nomini tuo,atque Sanctorum dicando. ק

XVIII. Aedes,Theatra,Thermas,Balneas,publica aedificia,infinitis ſumptibus, vſibus humanis architectata,tibi conſecrando. ק

XIX. Columnas Pyramides Obeliſcos,in primiſque noſtrae ſalutis ſignum collocando:in quo tu pendens,mundo ſalutem afferes. ק

XX. Aras marmoreas, Chriſmatis vnctione,atque benedictione Sacerdotali,ſacratas,ſimul cum Martyrum reliquiis erigendo. ק

XXI. Effigiem tui,& Matris, nec non Apoſtolorum , ad monimentum poſteritati prodendum, à perfectis pictoribus pingi curando. ק

XXII. Statuas, Coloſſos,imagines,fictiles, coelatas, ſcalptas, è ſaxo,ex ebore,& ex aere,tui Matriſque,& Martyrum ſtatuendo. ק

XXIII. Periſtromatis, peripetaſmatis,Aulaeis,Attalicis,ſtraguliſque magnificis,templorum parietes,& pauimenta ornando. ק

XXIIII. Lampades,Candelabra, Acerras , Crateras , Pateras, Cyathos,& omnis generis,vaſa aenea, aurea,argentea, & ex gemmis donando. ק

XXV. Cereos,Thura,Thymiamata,varióſque odores incendendo: & aeternum ignem in lampadibus, ante aſpectum tuum cuſtodiendo. ק

XXVI. Veſtes bombycinas, purpureas, violaceas, herbeas, albáſque atráſque offerendo:quibus induti Sacerdotes,ſacra faciant. ק

XXVII. Miſſae ſacrum, tuae vitae , & paſſionis memoriam, in poculis argenteis, panníſque,& Pallis lineis ſacratis,conficiendo. ק

XXVIII. Coenobia viris & mulieribus extruendo , in quibus, arctioribus regulis,in caſtitate,inopia,& obedientia, vitam degant. ק

XXIX. Orando in diem ſepties,eiſdem horis , quibus amaras poenas , pro me in tua paſſione pati voles : ab amici oſculo , ad humationem. ק

XXX. Solemnes cerimonias,quibus Summi Pontifices,& Epiſcopi,caeteríque religioſi, tua ſacra conficere debeant,edicendo. ק

XXXI. Carmina Prophetarum, cum tuis Euangeliis, Apoſtolicíſque ſcriptis , hymníſque , & orationibus , quas pangam , tibi canendo. ק

XXXII. Supplex ſaepiſſimè ante te ſtans, & manus tendens: precibúſque & lachrymis , pro viuis & mortuis, miſericordiam petens. ק

XXXIII. Matrem tuam Deiparam Virginem, & choros Angelorum,ac Sanctos omnes,qui tecum in coelo regnabunt , pro nobis orare, rogando. ק

XXXIV. Ac Sanctos, qui erunt in terra , pro me orare obſecrando : vt eorum precibus propenſior benignitas tua ſit, erga calamitoſos. ק

XXXV. Viduas, pupillos,& cunctos afflictos viſitando: & omnibus iniuriam patientibus,in eorum neceſſitatibus opitulando. ק

XXXVI. Atque tùm omnibus virtutibus, & operibus miſericordiae, me exercendo: & omni officio ſimúlque obſeruantia te colendo. ק

XXXVII. Decreta, Statuta,atque Canonicas ſanctiones edendo:quibus litigatorum noxius appetitus,ſub iuris regulis limitetur. ק

XXXVIII. Ac generalia Concilia, in Spiritu ſancto congregando, ad tollendos abuſus, & extirpandas haereſes, & emendandos mores. ק

XXXIX. Theſaurum infinitum ſupererogationis meritorum tuorum, nec non Sanctorum, donando: ad indulgendam poenam temporalem. ק

XL. Atque ſumma ope nitendo, quo omnes vias perſequar, quibus fideles populi, tecum tandem in coelo aeuo ſempiterno fruantur. ק

Haec namque ſunt Oſcula, quibus Sponſum Sponſa oſculata eſt: dum ſecum in terris Sponſus egit. Et cùm poſt eius aſcenſum in coelum,in ſyluis,nemoribus,ſpeluncis,latebris,ſpecubus & catacombis, moerore,lachrymíſque confecta degebat. Ob tyrannorum enim verò crudelitatem, qui, vt ferae & immanes belluae, atrocioribus, quàm vnquam, anteà excogitatis ſuppliciis,eius ſanguine expleri non poterant. Et quibus poſthaec,iam tot ſeculis,Sponſi munere, Imperatoribus,aliíſque Regibus terrae,à feritate & agreſti immanitate,ad fidem adductis,Sponſum Sponſa ſuauiata eſt. Poſtquam à ſolitudinibus eremis,deſertíſque locis, ad vrbes,ciuitates,oppida,caſtella, & ad multitudinem denique hominum coetúſque recedere licuit: atque in propatulo,palàm, publicè,paſſim vulgóque,& vndique, & vbique locorum ac gentium,omni ſtudio & officio colere Sponſum, precari,venerarique. Sicut temporibus noſtris, Indorum etiam Occidentalium, regionibus multis, ad fidem aggregatis, periucundè ſuauiſſiméque Sponſum Eccleſia ſuauiatur. Suauiabitúrque Sponſo fauente, magis in dies,magíſque,maiori,cùm voluptate,tùm ſuauitate,omnibus reliquis Indis, Turcíſque etiam, omnibúſque barbaris nationibus, in vnam Eccleſiam contractis. Cùm diuino Numine,iam tót aetatibus à Regio Propheta,toties repetitum,impletum praeſagium erit. Pſ.67.

יודוך עמים אלהים

Ioducha nhammim Elohim

יודוך עמים כלם:

Ioducha nhammim chullam:

Ἐξομολογήσονταί σοι λαοὶ ὁ Θεὸς,

Ἐξομολογήσονταί σοὶ πάντες οἱ λαοί.

Confitebuntur tibi populi Deus,

Confitebuntur tibi populi omnes.

Vel. *Confitebuntur te.* Vt nos aliàs verteramus. Vtrunque enim caſum ſignificat ך *caph* finalis, formatiua pronominis ſecundae perſonae, affixa verbo יודו *Iodu.* Vt ſit ſenſus. Omnes populi יודוך *Ioducha,* Confitebuntur te Ieſum Chriſtum, filium Dei eſſe, & Deum: natum ex Virgine grauida è Spiritu Sancto. Et Deum Patrem, qui te genuit, & in mundum mittet. Et Deum Paracletum, qui ab vtroque procedit. Licèt tamen non tres Deos: ſed vnum tantùm Deum, in trinitate perſonarum. Confitebuntur ergo omnes populi: id eſt homines creati, ſeruati, redemptíque: te Redemptorem, Seruatorem, Creatorem, hominémque Deúmque Meſſiam. Et ſic te confitentes, confitebuntur tibi, poenitentes: ſcilicet, accuſantes ſua peccata, ad captandam miſericordiam Atque tibi, cui ſoli, laus debetur, magnas laudes tribuent; in hymnis & canticis, ſacrificiíſque tuis, eorúmque orationibus: piè vouentes, votáque ſanctè reddentes. Et haec quidem erunt, cùm tuum praedicationis mandatum exhauriens Eccleſia, & perſequens diligenter praedicare Euangelium omni creaturae: omnes gentes ex belluis, in homines ſe conuertent. Et linquentes Idola, Deos mortuos qualeſlibet, quamuis heroas, qui homines fuerunt, vt caeteri mortales; te Deum viuum colent. Sed ad Oſcula. Hic eſt enim mos amantium: vt infinita ſemper Oſcula dent, ſumant, & concupiſcant. Sicut carmine hendecaſyllabo, Catullus efflagitabat à Lesbia.

Da mihi baſia mille, deinde centum.

Ac quemadmodum noſter Rex & idem Propheta Salomon, ipſo exordio Cantici, quod totum amatorium eſt, eandem Sponſam, Patriarchae, Regiíque Prophetae, caeterorúmque Prophetarum praedictionibus, imbutam: ob ſummum, fixum, ſtabiléque futurum bonum, laetitia exultantem, copioſè & abundanter canentem inducit.

ישקני מנשקות פיהו:

Iſciaceni minneſcicoth pihu.

Oſculabitur me Oſculis oris ſui.

Φιλησάτω με ἀπὸ φιλημάτων στόματος αὐτοῦ.

Neque verò, ob procompertam rei notitiam tantùm: quàm ob magnitudinem, multitudinémque ſuauiorum.

Quae profectò in textu Cantici Hebraeo, de quo in hac Annotatione diſputatio nobis inſtituta eſt: ſunt numeri pluratiui, מנשיקות *minneſcicoth.* Sicut etiam Graecè LXXII. Hebraei verterunt ἀπὸ φιλημάτων. Ac quemadmodum S. Ambroſius legit, ſuper Pſ. 119. ſer. primo

 & de

& de Iſahac. cap. 3. Et rectè quidem. Quod enim vertendum ſit, Oſculis, ita res eſt ſine difficultate, vt credere adduci nequeam, quod aliqui ſcripſerunt: Origenem aliàs legiſſe, Oſculo, aliàs Oſculis. Id enim magis incuria librariorum accidiſſe crediderim. Cùm non minùs Hebraicam linguam, quàm patriam, teneret Origenes. Quaeſtio enim ex textu Hebraeo, facilè ſoluta manet. In quo res eſt clara: cùm (vt dixi) ſcriptum ſit. נשיקות *Neſcicoth*, pluraliter: non autem ſingulariter. נשיקה *Neſcicah*. Non ſecus ac, ſi de aliquo verbo, alicuius Graeci Scriptoris, quaeſtio eſſet: an plurale eſſet, vel ſingulare. Vt exempli gratia Iliadis initium, ſi quis Latinè ad verbum de Graeco conuerteret.

Iras cane Dea Pelidae Achillis,

Pernicioſas. Cùm conuerſum reperiatur.

Iram cane Dea Pelidae Achillis,

Pernicioſam.

Nam ex Homeri lectura protinus appareret, ſingulariter vertendum. Iram pernicioſam: non autem. Iras pernicioſas. Quia Graecè in omnibus Homeri codicibus, quotquot extant, habetur.

Μῆνιν ἄειδε θεὰ πηληϊάδεω ἀχιλῆος,

Οὐλομένην. Non autem. Μήνιδας ὐλομένας.

Quomodo etiam primus verſus longiuſculus redundaret. Et ſanè נשיקות *Neſcicoth*, perbellè cum ſententia quadrat. Non enim vnigenitus Dei filius Chriſtus Dominus, coeleſtis Sponſus, Sponſam ſuam Eccleſiam, vnico duntaxat Oſculo, oſculatus eſt. Quando venit plenitudo temporis, cum de coelo, in terram deſcendit, ad ſaluandum genus humanum: delendo, quod aduerſus mundum erat, Chirographum decreti, per quod omnes homines, infernis principatibus & poteſtatibus ſubditi erant. Verùm pluribus & innumerabilibus Oſculis eſt oſculatus.

I. Per ſpiritum Gabrielem, Archangelum à Deo miſſum, Virginis conſenſu habito, quam ab aeterno elegerat, in eius corpus caſtiſſimum, Sanctiſſimámque animam infuſus, de coelo delapſus, vnicus Dei filius, incarnatus de Spiritu Sancto, homo factus. ך

II. De ciuitate Nazareth, in qua conceptus fuit, in Iuda ciuitatem, ad domum Zachariae, faciens ire matrem: ibíque commorari ad trimeſtre tempus. Vbi Regina mundi, cognatam ſalutante, ſemeſtris tunc Ioannes, in Elizabeth aluo, exultans gaudio geſtit. ך

III. Suſcepta forma ſerui, ſpes omnium, ſalúſque gentium, expletis ad pariendum menſibus, ex matris aluo egrediens, clauſtris virginalibus clauſis, machinator princépſque mundi, in paſtorum ſtabulo, naſcens homo miſer, miſer homo vt iam non eſſet. ך

IIII. Continuò vt ortus, nocte illa fauſta mundo, excubantibus

Paſto

Paſtoribus, pro gregibus vigilias, ſe videndum infantem praebens: Per Angelum,gaudium magnum,illis nunciando,quod erit omni populo. Quia natus Seruator mundi,qui eſt Chriſtus Dominus.

V. Magos ab Oriente, coeleſtium peritos, primitias Eccleſiae gentium,recenti ſtella duce,trahendo,ad ſe adorandum,ferendúmque munera.Vt ſe Regem natum Iudaeorum caecitati Hieroſolymis nunciarent: ac gentibus ſpes eſſet,colendi verum Deum.

VI. Furente Rege contrà, acerrimo motu inuidiae, acerbóque odio;atque vibrante ſicas,ad ſuſpectum Regem,bimum iugulandum. necem tunc deuitans, terrores dum impendent, periculum homo fugiens, Aegyptum luſtrare pergit,vſque quo tyrannus pereat.

VII. Ephebus cùm adhuc eſſet, bis ſenum annorum, aſcendens cum parentibus,Hieroſolymam ad diem feſtum, in templo cum Doctoribus, iuſſa Patris exequens, de ſeriis rebus diſſerit. Cunctis audientibus,ſtupentibus prudentiam,& quae reſponſa dabat.

IIX. A Ioãne praecurſore,annos triginta natus,baptizatus in Iordane: mox vt de aqua exiuit,eo orante, coelum eſt apertum. Vnde corporea forma, Spiritus Sanctus ſuper eum, deſcendit vt Columba: & vox audita eſt. Tu es filius meus dilectus, ἐν ᾧ εὐδόκησα.

IX. In deſertum locum à Spiritu Sancto impulſus, illic cum feris fuit quadraginta diebus,& quadraginta noctibus,continuis nil edens. Quare poſt ieiunium,vbi eſurientem,ter diabolus tentauit,ad tempus diſceſſit diabolus,& angeli ſeruiebant.

X. Poſt truſum Ioannem in carcerem, ab Herode, qui poſt ceruicibus caput abſcidit: veniens in Galilaeam, praedicans Euangelium regni Dei, dicebat. Quia tempus eſt completum, & regnum Dei appropinquauit: poenitentiam agite,& credite Euangelio.

XI. Legendo die ſabbathi, in ſynagoga Nazareth,librum Iſaiae, à miniſtro, de manu traditum: ſedens,ſe eſſe,dixit, Meſſiam expectatum,de quo Propheta ait. Omnibus teſtimonium dantibus, vnáque mirantibus gratiam orationis,quae fluebat ex ore illius.

XII. Scribis & Phariſaeis,rogantibus de Diſcipulis,cur non ieiunarent:ſicut qui Ioannis & Phariſaeorum. Reſponſum dedit eis. Non ieiunare filios,cum illis, dum eſt Sponſus. Tum autem ieiunaturos, cùm Sponſus auferetur. Sic Sponſum ſe declarans.

Sed omnia Chriſti Domini Oſcula, quibus Sponſam Eccleſiam oſculatus eſt, quis numerando recenſere queat? Cùm praeter ea,quae commemorauimus, & domicilium, quod nobiſcum habuit: omnis eius euangelizatio, omnis praedicatio, omniáque ſigna, quae ſcripta ſunt, & quae non ſunt ſcripta per ſingula, Oſcula fuerint. Ac tum praetereà celeberrimae omnium & laetiſſimae redemptionis, atque glorificationis actiones,cum operatione miraculorum,& latione ſolemnium Sacramentorum: quae ab ipſo Sponſo,dum legem Euan-

gelicam ferret, ſancita & inſtituta, in eius paſſione & morte, firmata, obſignata & perfecta fuère, Oſcula fuerint. Et illa Oſcula fuerint, quibus iam diu, ob, Adae protoplaſtae, à Deo factam pollicitationem: & ictum, cum Noë, foedus, pactionémque cum Abraha iuratam Iſahac Patriarcha, in perſona Eccleſiae, à filio Iacob, Meſſiae figura, in figura oſculari voluit. Geneſ. 27.26. verbo.

וִשְׁקָה לִּי בְּנִי׃
Vſcecah li beni.
Oſculare me fili mi?

Quaſi diceret Patriarcha. Quaeſo te Meſſias, quem iamdudum expectamus, ſcinde coelum, & in terram, in vterum Virginis deſcende. Factúſque paſſibilis, placa tua deuotione, Diuinum numen: quod non niſi tuo ſupplicio expiari poteſt.

Atque haec eadem met erant Oſcula, quibus ob multiplicia Prophetarum oracula, Sponſa edocta, ſe aſſeueranter admodùm ſuauiandam canebat.

ישקני מנשיקות פיהו
Iſciaceni minneſcicoth pihu.
Oſculabitur me Oſculis oris ſui.
Φιλήσει με ἀπὸ φιλημάτων στόματος αὐτοῦ.

SED iam quaeſo, quemadmodum in prima fecimus Annotatione, vt cauſas exquireremus: quamobrem Sponſa tantopere à Sponſo, oſculari flagraret: ſic in hac ſecunda, quae eam ſequitur, cauſas exquiramus: quamobrem Sponſa, Sponſum oſculari optet, oſculetúrque. Et ſanè quidem tres praecipuae cauſae, ſe ſe offerunt: quamobrem Sponſum oſculari Sponſa aueret, aueat, oſculetúrque.

Quarum altera eſt, vt infamiam ingratitudinis fugiat. Cùm oſculata viciſſim oſcula det: ſigna, per quae, reciprocum, erga Sponſum, ſuum amorem, quiuis facile cernat. Vt quae, amata redamet: & quantum in ſe eſt, Sponſo in amore reſpondeat: atque par pari referat, quod Sponſo in primis placet, chatúmque eſt.

Altera, quoniam inſtar Sponſi: qui eam oſculando humanum ſpiritum ducit, & humorem attrahit: fitque homo, ex Deo, remanens Deus: Sponſum mutuò oſculando, iucundiſſimum omnium fructum capit: vt potè, quae diuinum ſpiritum ducit, & humorem attrahit, vnde vitam aeternam conſequitur: fitque Deus ex homine, remanens homo.

Tertia, ne Sponſo anſam det ad iraſcendum. Scit enim Sponſa, tam

tamdiu ſe Deo placituram, quamdiu Sponſum ſuum coluerit: in eum credendo, illique praebendo, quae pro ſeruitiis debet, cum timore. Haec enim ſunt Oſcula, quibus Sponſum Sponſa oſculatur: quibus omiſſis actum eſt.

Quamobrem Pſalmographus Pſal.2. in quo de Iudaeorum conſpiratione agit, contra filium Dei: déque eiuſdem generatione, regno, & adoratione: de hac poſtrema parte, inter caetera canit, verſ. penult.

נשקו בר פן יאנף ותאבדו דרך

Naſcecu bar, pen ieenaph, vethouedu derech.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

φιλεῖτε τὸν υἱὸν, ἵνα μὴ ὀργισθῇ,

καὶ ἀπολεῖσθε ἐν τῇ ὁδῷ.

Oſculamini filium, vt non iraſcatur, Et pereatis in via:

Hoc eſt: Oſculamini paruulum, qui natus eſt nobis: Oſculamini filium, qui datus eſt nobis. Iſa.9. Neque enimuerò humano more: ſicut mundanae matres filios oſculantur in cunis. Non enim, ſecundùm literam, quae occidit: ſed ſecũdùm ſpiritum qui viuificat: myſtico quodam modo, Prophetae carmina accipienda ſunt: quae Spiritu ſancto dictante fudit. Vt ſcilicet, oſculetur, aſſentando blandiendo obſequendo: Regémque Deúmque mortalémque credendo: legem & Euangelium, eiúſque volũtatem faciendo ſeruandóque, atque munera animarum offerendo. His enim, magis ille in ſinu gaudet: quàm omnibus oris oſculis: omnibus bullis, coraliis, caeteriſque donis ex auro & argento, lapidibúſve pretioſis: quibuſuíſve crepitaculis crediiſque: quibus lactentes pueri in matrum gremiis laetantur. Eſt enim hic filius ille met: cui eod. Pſal: verſ.7. dicitur à patre

בני אתה אני היום ילדתיך

Beni atthah, ani haïom ielidetthicha

Filius meus es tu, ego hodie genui te.

Eſt enim hic filius ille met: qui à Regio Prophetà eod. Pſal. verſ.2. appellatur משיח *Meſciach* Meſſias: Id eſt, vnctus Latinè, Graecè autem χριστὸς Chriſtus. Propterea quod ab aeterno, vnctus fuit à Patre, Rex terreſtris coeleſtiſque Hieruſalem: haeres poſſeſſórque gentium, ac finium terrae: atque dominus vniuerſorum. Pſal. eod.8. & Hebr.1.

Qui quidem Meſſias Eccleſiae Amor eſt ſicut in proxima Annotatione agemus: & idem Sponſus, Luc.5.34. qui innumeris oſculis (vt ſuprà dicebamus) hominum genus oſculatus eſt: oſculatúrque iugiter ſuis donis gratiiſque. Vt & mutuò ipſe oſculetur Sponſus: ſuſceptione ſeptenum ſacramentorum: dilectione eius & proximi: cultu latriae, ſacrificiis oblationibus: oratione omnibus momentis ſine intermiſſione:

termiſſione: non ſolùm diebus, ſed etiam noctibus: peccatorum veniam poſtulando, ac deinceps abſtinendo. Ipſe enim habet poteſtatem dimittendi peccata. Luc.5. Matth.9. Ipſéque eſt via, de qua Regius Propheta in Pſalmo. Quam qui ſequuntur non ambulant in tenebris: ſed habent lumen vitae.

Neque etiam pereunt, qui eius viam eunt: ſicut qui mundi viam gradiuntur. Contra quos filium non amplexantes, oſculantéſque: id eſt, honore congruo minimè ſuſcipientes: ſed potius reprobantes: ſicut Iudaei fecerunt, & in dies gentes faciunt & increduli: iure excandeſcit filius, totáque errantes via pereunt.

Quare ipſe filius, cum aetatem inter homines degeret, eam à Sponſa viam prohibuit. εἰς ὁδὸν ἐθνῶν μὴ ἀπέλθητε. In viam gentium ne abieritis. Matth.10.5.

Et meritò. Mundus enim, eiúſque blandimenta, eiuſmodi ſunt: quòd vt auium dulcedo, ducunt ad auium.

TVCCII

TVCCII TVCCII
PATRITII LVCENSIS
I. V. C. AC PROTONOT. APOST.

ANNOTATIONES
Super
ÇANTICO CANTICORVM SALOMONIS.

Ad Sanctiſs. D. N. Paulum V. Dei Vicarium.

Annotatio AMOR.

ARGVMENTVM.

Loci quadraginta ſeptem Cantici Canticorum, in quibus Salomon vndequadragies vſus eſt vnico nomine Amor, Hebraicè דוד dod: *& octies nomine Vbera, Hebraicè* שדים ſciadaim, *vnica hac Annotatione Amor, ſingulatim, iuxta eorum ſeriem dilucidantur. Et quidem, Primae partis nominis* דוד dod, *loci quinque. Et nominis* שדים ſciadaim, *locus vnus.*

Qui in Latinis editionibus habentur.

1. דוד כי תובים דדיך מיין:
Chi thouim dodecha mÿaÿn.
Quia meliora ſunt Vbera tua vino.

2. דוד נזכירה דדיך מיין:
Nazchirah dodecha mÿaÿn.
Memores vberum tuorum ſuper vinum.

3. דוד צרור המור דודי לי:
Tſaror hammor dodi li.
Faſcicalus myrrhae dilectus meus mihi.

1. שד בין שדי ילין:
Ben ſciadai ialin.
Inter hubera mea commorabitur.

4. דוד הכפר דודי לי:
Haccopher dodi li.
Botrus Cypri, dilectus meus mihi.

5. דוד הִנך יָפה דודי:
Hinecha iafà dodi.
Ecce tu pulcher es, dilecte mi.

Secundae partis nominis דוד *dod*, loci ſex.

Qui in Latinis editionibus habentur.

6. דוד כן דודי בין הבנים:
Chen dodi ben habbanim
Sic dilectus meus inter filios.

7. דוד קול דודי הנה זה בא:
Col dodi, hinneh Ze bà.
Vox dilecti mei, ecce iſte venit.

8. דוד דומה דודי לצבי:
Domeh dodi litſui.
Similis eſt dilectus meus Capreae.

9. דוד ענה דודי ואמר לי:
Nhanah dodi, vaomar li.
Et dilectus meus loquitur mihi.

10. דוד דודי לי ואני לו:
Dodi li, veani lo.
Dilectus meus mihi, & ego illi.

11. דוד דומה דודי לצבי:
Domeh dodi liiſui.
Similis eſto dilecte mi Capreae.

Quartae partis nominis שדים *ſciadaim*, locus vnus. Et nominis דוד *dod*, loci duo.

Qui in Latinis editionibus habentur.

1. שד שני שדיך כשני עפרים:
Scene ſciadaich chiſne nhafarim.
Duo hubera tua, ſicut duo hinnuli.

12. דוד מה יפו דודיך אחתי:
Mah iafu dodecha achothi.
Quàm pulchrae ſunt mammae tuae.

13. דוד מה טבו דדיך מיין:
Mah tobu dodecha mÿaÿn.
Pulchriora ſunt hubera tuo vino.

Quintae partis nominis דוד *dod*, loci ſexdecim.

Qui in Latinis editionibus habentur:

14. דוד יבא דודי לגנו:
Iauo dodi leghanno.
Veniet dilectus meus in hortum ſuum.

15. דוד שתו ושכרו דודים:
Scithu veſciacheru dodim.
Bibite & inebriamini chariſſimi.

16. דוד קול דודי דופק׃
Col dodi rofec.
Vox dilecti mei pulſantis.

17. דוד דודי שלח ידו מן החור׃
Dodi ſcialach iado min hachor.
Dilectus meus miſit manum ſuam per foramen.

18. דוד קמתי אני לפתח לדודי׃
Camthi ani liſthoach ledodi.
Surrexi vt aperirem dilecto meo.

19. דוד פתחתי אני לדודי׃
Pathachthi ani ledodi.
Peſſulum oſtij mei, aperui dilecto meo.

20. דוד ודודי חמק עבר׃
Vedodi chomec nhauar.
At ille declinauerat, atque tranſierat.

21. דוד אם תמצאו את דודי׃
Im thimtſeu & dodi.
Si inueneritis dilectum meum.

23. דוד מה דודך מדוד׃
Mah dodech middod.
Qualis eſt dilectus tuus, ex dilecto.

25. דוד מה דודך מדוד׃
Mah dodech middod.
Qualis eſt dilectus tuus, ex dilecto.

26. דוד דודי צח ואדום׃
Dodi tſach, veadom.
Dilectus meus candidus & rubicundus.

27. דוד זה דודי וזה רעי׃
Ze dodi, veze renhi.
Talis eſt dilectus meus, & ipſe eſt amicus meus.

28. דוד אנה הלך דודך׃
Annah halach dodaich.
Quo abijt dilectus tuus.

29. דוד אנה פנה דודך׃
Annah panah dodaich.
Quo declinauit dilectus tuus.

Sextae partis nominis דוד *dod*, loci tres.

Qui in Latinis editionibus habentur:

30. דוד דודי ירד לגנו׃
Dodi iarad leghanno.
Dilectus meus deſcendit in hortum ſuum.

32. דוד אני לדודי ודודי לי׃
Ani ledodi, vedodi li.
Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi.

Septimae partis loci nominis שדים *ſciadaim*, tres.
Et nominis דוד *dod*, loci quinque.

Qui in Latinis editionibus habentur.

3. שד שני שדיך כשני, עפרים׃
Scene ſciadaich chiſne nhafarim.
Duo hubera tua, ſicut duò hinnuli.

4. שד ושדיך לאשכלות׃
Veſciadaich liſccoloth.
Et hubera tua botris.

5. שד ויהיו נא שדיך׃
Veiheu na ſciadaich.
Et erunt hubera tua.

33. דוד הולך לדודי למשרים׃
Holech ledodi lemeſciarim.
Dignum dilecto meo, ad potandum.

34. דוד אני לדודי ועלי תשוקתו׃
Ani ledodi, venhalai theſciucatho.
Ego dilecto meo, & ad me conuerſio eius.

35. דוד לכה דודי נצא השדה:

Lechah dodi natſe haſſciadeh.
Veni dilecte mi egrediamur in agrum.

36. דוד שם אתן את דודי לך:

Sciam etthen eth dodai lach.
Ibi dabo tibi hubera mea.

37. דוד דודי צפנתי לך:

Dodi tſafanthi lach.
Dilecte mi ſeruaui tibi.

Octauae partis loci nominis שדים *ſciadaim*, tres.
Et nominis דוד *dod*, loci duo.

Qui in Latinis editionibus habentur.

6. שד יונק שדי אמי:

Ionac ſcede immi.
Sugentem hubera matris meae.

38. דוד מתרפקת על דודה:

Mithrafeceth nhal dodah
Innixa ſuper dilectum ſuum.

7. שד ושדים אין לה:

Veſciadaim en lah.
Et hubera non habet.

8. שד ושדי כמגדלות:

Veſciadai chammighdaloth.
Et hubera mea ſicut turris.

39. דוד ברח דודי:

Berach dodi.
Fuge dilecte mi.

ANNO

ANNOTATIO TERTIA.

CVM multi loci idonei de quibus quaeratur, noſtríſque obſeruationibus diſſeratur, Canticum Canticorum Salomonis legentibus nobis, & omni açie ingenij contemplantibus, oſtendant ſe & occurrant: tum charum imprimis & dulce omnium nomen, in cuius tranſlatione, & Graecè & Latinè vertentes, admodùm variarunt: dignum mihi viſum eſt Annotationibus noſtris. Et eſt nomen דוד *dod*, quod cùm vndequadragies in Cantico reperiatur: bis parte prima, bis itidem quarta parte, ac ſemel parte ſeptima, per vbera redditum eſt: ac perquàm ſanè variè caeteris locis. Pro cuius faciliori intelligentia, quinque primùm digna animaduerſione praetermittenda cenſuimus.

PRAEMIS

PRAEMISSVM PRIMVM.

PRIMVM, quod Scriptura ſacra, in lingua ſancta (vt etiam in aliis Annotationibus diſcutiemus) eodem verſu, res diuerſis vocabulis, quae tamen vni definitioni deſignationíque ſubdantur: poëtico quodam modo & numero nuncupare conſueuit. Cùm multiuoca habeat, quae συνώνυμα Graeci; נרדפים *Nirdafim* Hebraei appellant. Hoc eſt, ac ſi ſequentia Latinè dixeris: ne aures, quarum eſt ſenſus faſtidioſiſſimus offendantur. Sicut latè tum in Canticis, tum in ſoluta oratione pateſcit.

Sicut lib. Geneſ. cap. 19. Vbi de Lot Moyſes narrat, cùm vt infandam Sodomorum luxuriam placaret: qui ad eius aedes intempeſta nocte populariter concurſarant: binas virgines filias ſtuprandas obtulit, ne Angeli violarentur, quos hoſpitio acceperat inuitarátque. Nam cùm de domo ante ianuam Lot exiiſſe ſcripſiſſet, ad ciuium improbitatem coërcendum: & vt minoris peccati oblatione, maius reprimeret, iniuriámque coeleſtibus nunciis, quantum in ſe erat, fieri vetaret. Tum verò neceſſe haberet, ad rem, quemadmodum geſta erat, diſtributè exponendum, actutum Lot ianuam clauſiſſe exprimere: quod ſceleratorum ciuium, ſcelus deteſtabile formidaret: non eodem vocabulo, ſecundò, ſed alio ſynonymo Moyſes vſus eſt: ne eiuſdem verbi ſubita repetitione aures faſtidiret: Sic etenim loco citato.

ויצא אלהם לוט הפתחה

Vayetſeh elehem lot happethechah.

והדלת סגר אחריו׃

Vehadalleth ſagar acharau.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Et exiuit ad eos Lot ad oſtium,

Foréſque poſt ſe clauſit.

Καὶ ἐξῆλθε πρὸς αὐτοὺς ὁ λὼτ τὴν πρὸς πύλην,

Καὶ τὴν θύραν ὄπισω αὐτοῦ προσέωξεν.

Et ſicut Pſal. 91. in quo Verbi promitur ſumptio humanitatis. In quo Propheta, inſtinctu diuino afflatus, euoluendo ſpem Meſſiae, diuerſis verbis, eodem verſu, per ταυτολογίαν, enunciatam ſpem ſignificantibus repetit. 2.

אמר ליהוה מחסי ומצודתי

Omar laihouah machſi, vmtſudathi,

אלהי אבטח בו׃

Elohai eutach bo.

Id eſt ſicut Graecè & Latinè vertimus.

Dixit ad Dominum, ſpes mea & arx mea,

Deus meus, illi confidam.

Εἶπε πρὸς Κύριον, ἐλπὶς μου καὶ ἀκρόπολις μου,

Ὁ Θεὸς μου θαῤῥήσω ἐπ᾽ ἐκεῖνον.

Propheta refert Meſſiae dictum, in quo ter Meſſiae ſpei repetitio eſt: ob compertã enimuerò, miniméque dubiam expectationem liberationis, de conuiciis, aculeíſque cõtumeliarum, atque inſidiis Iudaeorum.

Et paulò inferiùs verſu quinto.

צנה וסחרה אמתו׃

Tſinnah veſocherah amittho.

Vbi nomina צנה *tſinnah*, & סחרה *ſocherah*, ambo genus armorum, quo pugnantes corpus protegunt: ſcutum, clypeum, parmam Latini vocant, ſignificant. Quemadmodum ſi dixeris, vt iam ſuperioribus annis nos vertimus,

Ὅπλον καὶ ἀσπὶς ἡ ἀλήθεια αὐτοῦ.

Scutum & parma veritas eius.

Propheta Chriſtum affatur. Quoniam ſicut homines cùm ad manus & ad pugnam veniunt, clypeis ſcutíſque ſe protegunt: ita Deus proteget te Chriſtum ſuum, filium ſuum & hominem à conuentu maleuolorum, iniquorúmque Iudaeorum. Vt protectus eſt.

Tametſi Graecè hactenùs vertentes, omni Hebraeorum verborum delectu & diſcrimine remoto, eorum ſtilo, omnia miſcuerint,

Sed meliùs profectò hic ornatus poëticus habetur Pſal. 7. ver. antepenult. Vbi Regius Propheta Iudaici populi peruicaciam & obſtinationem praeſagiens: qui Meſſiam variis criminibus erat poſtulaturus: vt demum ſibi ipſi exitium, pertinacem populum, perniciémque paraturum oſtenderet, eius ruinam lamentabili verſu, ſic miſeratus deplorat.

בור כרה ויחפרהו

Bor charah vayachpereu,

ויפל בשחת יפעל׃

Vaÿppol beſciachath ippenhal.

Vbi verba כרה *charah*. & כפר *chaphar*, ambo fodere ſignificant. Sicut eſt locus Geneſ.cap.26. Quando Iſaac ſerui puteos foderunt in Gerara. Vbi promiſcuè Moyſes vtriſque verbis vtitur.

Et nomina בור *bor*, & שחת *ſciachath*. ambo foueam: quamuis praetereà etiam ciſternam & ſepulchrum Pſal.28.in princ.& Pſal.30. 10. & Pſal.143.8.& lacum & carcerem, Geneſ.40.15. myſticè autem peccatum & infernum, in quo damnati: vt in hoc Pſalm.7. & Pſalm. 48. 10.

Quem verſum nos ad Hebraei carminis imitationem, diuerſis verbis, & nominibus Latinis Graeciſque idem ſignificantibus (vt aſſolemus) iamdudum vertimus.

Τάφρον ἔσκαψεν, καὶ ὤρυξεν αὐτὸν,
Καὶ ἔπεσε εἰς βόθρον ὃν ἐποίησε.
Foſſam cauauit, atque fodit eam,
Et incidit in foueam, quam fecit.

Hoc eſt: Iudaei fraudulenti & mendaces, qui per ſummam fraudem & malitiam conſilium facientes, tendentéſque inſidias Chriſto Domino, acerbiſſimum omnium interitum machinati ſunt: foueam tunc quidem illi contra ſe effoderunt, plagáſque ipſi contra ſe texuerunt. Poſtquàm autem eundem Meſſiam vinculis verberibúſque affectum, atque omni ſupplicio excruciatũ, in Crucem ſuſtulerunt necauerúntque: tunc profectò ſe in ſuaſmet plagas coniecerunt, atque in propriam foueam ceciderunt, quam cauarant. Digni quidem illi, qui in propoſito ſuſceptóque conſilio permanſerunt, neque ſeipſos emendare & corrigere voluerunt, voluntario eorum facinori veniam poſtulando, poenitentiámque agendo; qui aeuo perpetuo damni ſenſúſque poenas graues iuſtáſque perſoluant.

Sic & non aliter omnis peccator foſſam ſibi cauat fodítque: cùm ſenſum motúmque naturalem ſequens, multis blandimentis quae nobis ipſa natura genuit, ac praetereà corruptelarum illecebris irretiri ſe patiens, voluntatem oppidò habet, faciendi quod iuſtitia vetat, atque contra legem facit. Cadit aùtem in cauatam foſſam, cùm nunquam modum finémque peccandi faciens, mala malis addendo, in dies ſingulos errata multiplicat, auget cumuláttque: nec aliquando reſipiſcens ex hac vita migrat poenas ſempiternas ſubiturus.

Et hoc modo & more à Salomone factum eſſe in Cantico Canticorum, palàm eſt in eius lectione: ſi quis attentè legat. Quemadmodum exempli cauſa in fine.

חברים מקשבים

Chauarim

Chauarim macſciauim.

השמיעני קולך

Haſcminheni colech.

Socij auſcultant,

Fac me audire vocem tuam.

Ἑταῖροι ἀκρόωνται,

Ἀκούσον με τὴν φωνήν σου.

De quo in fine praeſentis Annotationis agemus, loco vltimo: qui erit vndequadrageſimus nominis דוד *dod.*

Caeterum in eodem Cantico, pro eadem ſignificatione, lingua Hebraea variare non ſolet. Sicut Graeci pariter & Latini Poëtae & Oratores faciunt, ad oſtentandum verborum copiam. Idque in eiſdem Canticis, manifeſtè deprehenſum apparet, linguam Sanctam calentibus. Patet id eodem Pſal.91. in quo diuinus Vates ter eodem verbo חסה *chaſah.* vſus eſt, ad explicandam ſpem Meſſiae, verſ.2.4.& 9. Conſtat id ipſum Pſal.115. in quo Propheta fidelis populi, qui Dei veri cognitionem accepit, cuius natio Iudaica figura erat, ſpem canens: quater vno verbo בטח *batach*, quatuor continuatis verſibus, à nono, ad duodecimum frequentauit. Idipſum etiam clarum redditur Pſ.130. qui eſt ſextus poenitentialiũ. In quo bis, ſolo verbo יחל *iachal.* quod cum חסה *chaſah*, & בטח *batach*, conſignificans eſt, in eundẽ ſenſum Pſalmographus Propheta adhibuit, verſ.5.& 7. Quibus tribus Canticibus, 91. 115.& 130. ne ſingulos Pſalmos enumerem, in quibus is eſt canendi modus (quandoquidem cum aliis quae dicenda ſunt, iam ſatis huius Annotationis magnitudo creſcet) quibus tribus variis, propriis tamen, ac vſitatis verbis, boni expectationem (haec enim ſub hoc verbo ſperandi ſubiecta notio eſt) Propheta eloquutus eſt: cum totidem paribus Graecè vertentes reſpondere debuiſſent, vnico verbo ἐλπίζω, tranſtulerunt. Cùm tamen per alia verba πέποιθω & θαῤῥέω: quae aequè ac ἐλπίζω, ſperare, fidere, ſpem & fiduciam habere ſignificant, vertere potuiſſent: Cùm vſitata & trita etiam tunc Graecis ſcriptoribus eſſent, non incognita. Sicut vel Homeri autoritate manifeſtum eſt, qui multis annis fuit, ante Vrbem conditam. Qui quidem Homerus illis verbis vſus eſt. Velut, exempli cauſa, in ea concione, quam Achilles aduocauit, cùm peſte laborarent Achiui. Cum enim Calchas vates ſuam ſententiam dicere recuſaret: niſi illi Achilles auxilium laturum iuraſſet & ſpopondiſſet, aduerſus Agamemnonem, qui ſua oratione irritandus erat. Quoniam Chryſeida quidem reddere noluerat Agamemnon, donáque ſplendida accipere. Iurans per Apollinem Achilles, ſolutè & liberè dicere Calchantem iuſſit, quae ſentiret. Vbi Poëta ſic Achillem loquentem inducit. Iliad. α.

Θαρσήσας μάλα εἰπὲ θεοπρόπιον ὅ τι οἶσθα

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Confiſus multùm quae noſti oracula fare.

Et infrà, cùm Poëta, quid Calchas ſit vaticinatus refert.

Καὶ τότε δὴ θάρσησε, καὶ ηὔδα μάντις ἀμύμων.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Et tunc confidit vates haec orè loquutus.

Et ſicut, cùm Rex Agamemnon Menelaum fratrem ſolatur, de vulnere à Pandaro, Palladis conſilio accepto: contra foedus inter Troianos Argiuóſque ictum. Oſtendens quod vbi Coelites non ſtatim maleficia vindicant: tarditatem ſupplicij grauitate compenſant. Ac propterea non impunè putandum laturos Troianos: qui contra quàm fas erat, iuſiurandum violarant. Sic enim Agamemnon. Iliad. δ.

Οὐ μέν πως ἅλιον πέλει ὅρκιον, αἷμά τε ἀρνῶν,
Σπονδαί τ' ἄκρητοι, καὶ δεξιαὶ ἧς ἐπέπιθμεν.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus:

Non erit agnorum ſanguis iurandáque vana,
Non libamina, nec dextrae queis fidimus vllae.

Et infrà, cum Menelao à Machaone curato, commmiſſáque pugna à Troianis cum Achiuis: Neſtorem Poëta memorat ſuos concitantem, & quid inito praelio facto opus ſit inſtruentem. Vbi inter caetera ſic eum loquentem inducit.

Μὴ δέ τις ἱπποσύνῃ τε, καὶ ἠνορέηφι πεποιθὼς,
Οἶος πρόσθ' ἄλλων μεμάτω Τρώεσσι μάχεσθαι.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Sed nec equo fretus, nec fiſus viribus vllus,
Ante alios ſit, cum Troianis pugnare paratus.

Sed & hoc verbo πέποιθε etiam nunc memini Heſiodum vſum, Homeri contemporaneum: cum mulieribus non fidendum cecinit.

Ὅς δὲ γυναικὶ πέποιθε, πέποιθ' ὅ γε φιλήτῃσι.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Qui tibi foemina fidit, fidit furibus ille.

Siue vt Valla licentiùs reddidit.

Heu quàm damnoſum eſt mulieri fidere cuiquam.

Sed

Sed haec miſſa faciamus, cùm non ſolùm praedicta tria verba חסה *chaſah*, בטח *batach*, & יחל *iachal*, vno verbo ἐλπίζω tranſtulerint: ſed etiam verbum חשק *chaſciac*, eod. Pſalm. 91. 14.

כי בי חשק

Chi vi chaſciac.

Ὅτι ἐπ' ἐμὲ ἤλπισε.

Quoniam in me ſperauit.

Cùm tamen ἄνδανον, ἀρέσκειαν, vel ἐπιθυμίαν, vel κόλλησιν: placitum ſcilicet, blanditiam, concupiſcentiam, vel adhaeſionem, & id genus affectionum, potiùs ſignificet חשק *chaſciah*, quàm ſpem, vel fiduciam.

Quemadmodum in noſtris nos Pſalmis vertimus.

Ὅτι ἐπ' ἐμὲ ἐκολλήθη.

Quoniam ad me adhaeſit.

Per κολλάομαι: quod Latinis eſt adhaerere & agglutinare. Vt ſit ſenſus.

כי בי חשק

Chi vi chaſciac.

Quoniam firmus & fidelis amicus, contra perditos homines, à me conſtantiſſimè ſtetit: meas partes ſequutus eſt, mea praecepta tenuit, meáque mandata diligenter exhauſit. Et ego ſanè ex morbis, ex periculis, ex inſidiis, éxque improbis iudicibus euadere faciam eum & emergere: atque honoris gradu ſuperiorem ſtatuam. Ac praetereà praemia ille quidem caetera accipiet, quae in Pſalmo ſequuntur. Sed de his ſatis. Nam & de חשק *chaſciac* inferiùs hac eadem Annotatione agemus, ſuper verſu ſeptimae partis.

אני לדודי ועלי חשקתו׃

Ani ledodi, venhalai cheſciucatho.

Qui erit locus trigeſimus quartus.

PRAEMISSVM SECVNDVM.

SECVNDVM, quod nomen דדיך *dodecha*, & nomen דודי *dodai*, non ſignificat Vbera mea, nec Vbera tua: ſicut Latinae omnes editiones habent, & omnes Graecorum Codices: in quibus omnibus דדיך *dodecha*, μαςοί σου redditum eſt, & דודי *dodai* μαςοί μου.

כי טובים דדיך מיין

Chi tobim dodecha mÿayn.

נזכירה דדיך מיין

Nazchira dodecha mÿayn.

מה יפו דדיך אחותי

Mah iafu dodecha achothi.

כלה מה טבו דדיך מיין

Challa mah touu dodecha mÿayn.

שם אתן את דודי לך

Sciam etthen & dodai lach.

Quia meliora ſunt vbera tua vino. par. 1.
Memores vberum tuorum ſuper vinum. par. 1.
Quam pulchrae ſunt mammae tuae ſoror mea. par. 4.
Sponſa pulchriora ſunt vbera tua vino. par. 4.
Ibi dabo tibi vbera mea. par. 7.
Ὅτι ἀγαθοὶ μαςοί σου ὑπὲρ οἶνον.
Ἀγαπήσομεν μαςοὺς σου ὑπὲρ οἶνον.
Τί ἐκαλλιώθησαν μαςοὶ σου ἀδελφή μου.
Νύμφη τί ἐκαλλιώθησαν μαςοὶ σου ἀπὸ οἴνου.
Ἐκεῖ δώσω τοὺς μαςούς μου σοί.

Sed ſignificat Amores tuos, & Amores meos, à דוד *dod* nomine, quod Amorem ſignificat: ab inuſitato verbo, vt pleraque alia, apud Hebraeos Graecos & Latinos priſca & vetuſta, & ab vſu ſermonis intermiſſa, deducto. Loci ſunt apud Ezechielem, cap. 23. quos nemo hactenus notauit. Vbi Deus ſub figura duarum ſororum, quae meretricios amores fecerint: grauiter cũ Propheta queritur de ſuo populo electo: quòd innumerabilium beneficiorum oblitus, gentium idolis adhaeſerit.

adhaeſerit. Poſt mortem enim Regis Dauid, vnicum regnum,in duo ſciſſum eſt. Ac Ieroboam Rex Iſrael, fecit vitulos aureos, à populo coli: regnúmque Iuda, ad cultum ſimulachrorum ſe conuertit. Haec enim duo regna, ex vno: duae ſorores ſunt, vna matre prognatae. Quae in adoleſcentia ſua: ipſo videlicet exordio, diuiſionis regni, in duo: ſcortatae ſunt in Aegypto. Quoniam quidem Aegyptiorum Deos beſtiarum ſigna, ex auro & argento conflata: vel è ſaxo ſculpta, aut ebore dolata, veneratae ſunt. Thymiama & vnguentum: quod ſibi Deus ſpecialiter fieri iuſſerat, illis offerendo, adolendóque. Ibi igitur de duobus primum ſcortis ſororibus ſimul loquens Propheta ſcripſit, verſ. 2.

ותזנינה במצרים

Vatthiznenah bemitſraim.

בנעוריהן זנו

Binnhurehen zanu.

שמה מעכו שדיהן

Sciammah monhachu ſcedehen.

ושם עשו דדי בתוליהן

Veſciam nhaſu dadde bethulehen.

Id eſt, vt nos Graecè & Latinè vertimus.

Καὶ ἐταίρησαν ἐν αἰγύπτῳ.
ἐν νεότητι αὐτῶν ἐταίρησαν.
ἐκεῖ συνέτριψαν τοὺς μαστοὺς αὐτῶν.
καὶ ἐκεῖ ἐποίησαν ἔρωτας αἱ παρθένοι ἐκεῖναι.

Et meretricatae ſunt in Aegypto.
In iuuentute ſua meretricatae ſunt.
Ibi contriuerunt Vbera ſua.
Et ibi fecerunt amores virgines illae.

Hoc eſt: Contriuerunt mammas ſuas, dum in quadriuiis & angiportis Aegyptios gluberent & Chaldaeos: qui in ſinu, & gremio earum delectationis gratia, per iocum ludebant: cum noctes diéſque ſtupris conſumerent, faciendo impudicos amores. Cuiuſmodi hendecaſyllabis Catullus Lesbiae canebat.

Viuamus mea Lesbia, atque amemus,
Rumoréſque ſenum ſeueriorum,
Omnes vnius aeſtimemus aſſis.

Et infra de maiore natu loquens: quae pudicitiam, apud Aegyptios proſtituerat.

והמה עשו דדי בתוליה

Vehemma nhaſu dadde bethuleah.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

καὶ αὐτοὶ ἐκράτησαν τῶν ἐρώτων ταύτης παρθενίας.

Et ipſi (Aegyptij) *potiti ſunt amoribus virginis illius.*

Vel. Virginitatis eius:quae nempe virgo erat,antequam proſtaret.

Et infra de minore ſorore : quae Chaldaeorum amore arſit, eorum pictis imaginibus viſis. verſ.17.

ויבאו אליה בני בבל למשכב דדים

Vaïjauu eleah bene babel lemiſcab dodim.

καὶ ἦλθοσαν πρὸς αὐτὴν Βαβυλώνιοι εἰς κοίτην τῶν ἐρώτων.

Et intrauerunt ad eam Babylonÿ,in lecto amorum.

Et infra 22. vbi Deus minori, poenae denunciatione minatur.

ותפקדי את זמת נעוריך

Vatthiſcedi & Zimmath nenhuraich.

בעשות במצרים דדיך

Banhaſoth bemitſraim dodaich.

למען שדי נעוריך

Lemanhan ſcede nenhuraich.

καὶ ἐγὼ ἐπισκέψομαι τὴν ἀνισιουργίαν νεότητός σου,
διὰ ἔρωτας τοὺς ποιήσας ἐν αἰγύπτῳ.
διὰ τοὺς μαστοὺς, τῆς νεότητός σου.

Quemadmodum nos Graecè vertimus.Latinè autem.

Et ego viſitabo ſcelus adoleſcentiae tuae,
Ob amores tuos in Aegypto factos.
Propter Vbera adoleſcentiae tuae.

Hoc eſt:Et egò quidem te, pro iſtis factis ſcelus vlciſcar. Excitando contra te illam barbariem Aegyptiorum & Syriorum;quam tu (me vero Deo relicto,qui feci coelum & terram) aemulari potius & imitari voluiſti. Quare denaſabunt te,& aures tuas praecident, tuóſque gladio iugulabunt : eríſque opprobrio omnibus nationibus, quia dereliquiſti Deum creatorem tuum.

Quae omnia de populo electò figuratè dicta:ad fidelem quamque animam referri poſſunt. Quae Meſſiae Amori iuncta per fidem & ſacramenta : poſtquam per peccatum procul ab eo receſſit : moechatur. Quamobrem iuſto Dei iudicio,nefariis eius ſceleribus patefactis: non reſipiſcens,Deum vtique vltorem habet.

Sed &

Sed & ab eodem verbo, à quo dictum nomen דוד *dod* emanat:& ידיד *iedid*,etiam deductum cenſetur:quod ſignificat Amantem. Quod habetur apud Ierem. cap.11.15. vbi textus Hebraeus in hunc modum habet.

מה לידידי בבתי עשותה

Mah lididi beuethi nhaſothah.

המזמתה הרבים

Hamezimmathah harabbim.

ובשר קדש יעברו מעליך

Vbeſar codeſc ianhaueru manhalecha.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

τί ἐραςῆ μȣ ἐν τῷ οἴκῳ μȣ ἐποίησας;
μῶν βδελύγματα πολλὰ σȣ,
ἢ σάρξ ἁγία ἀφλέψσιν ἀπὸ σȣ παραβασίας σȣ?

Quid Amanti meo in domo mea feciſti?
Num abominationes tuae multae,
Vel caro ſancta arcebunt à te praeuaricationes tuas?

Hoc eſt: Quid eſt cauſae,cur adeò atrox, adeò nefarium, adeò ſceleſtum ſcelus patraſti:vt contra Chriſtum meum coniurares: vt autorem vitae negares:ſanctúmque & iuſtum,homine nequam,atque improbo ei praepoſito,interimeres? Num maleficia tua,tantam molem mali à ceruicibus tuis depellent? Non ita, non profectò. Sed caro ſancta vnici filij mei,veri agni,qui pro te volens mihi immolatus eſt: ſi eam dignè comederis, te purgabit à flagitiis tuis. Haec eſt enim, tum ſententiae,tum verborum interpretatio. Non autem vt in Graecis habetur codicibus.

τί ἡ ἠγαπημένη ἐν τῷ οἴκῳ μȣ ἐποίησε βδέλυγμα.

Quid dilecta mea in domo mea, fecit abominationem?

Nam dictio מה *mah*, non eſt aduerbium, ſed nomen. Et verbum עשותה *nhaſothah*, Chaldaicè, eſt ſecunda perſona, non tertia. Sicut Geneſ.4. Cum Deus à Chaino de fratricidio exquirit. מה עשיתה *meh nhaſithah*. *Τί ἐποίησας*; Quid feciſti? Et nomen לידידי *lididi*, non poteſt eſſe caſus rectus: propter ל *lamed*. Praeterquam quod,non de Sponſa ibi ſermonem habet Propheta:quam dilectam per ſuum nomen אהבה *ahauah*, foemineum,vocat Spiritus ſanctus per os Salomonis,vltra decies in Cantico: nunquam autem per nomen ידיד *iedid*, quod maſculeum eſt. Non de populo Iſraëlitico loquitur: quem non dilectum, ſed electum, grauem, & beatum appellare ſolet in Pſalmis.

Sed de Meſſia Dei dilecto loquitur Propheta, Amantem appellans. Hunc enim populus electus, omni barbarie crudelior, in domo Dei,in Sancta ciuitate,tormentis, cruciatibúſque affectum, crudeliſſima morte mactare debebat. Quemadmodum inferius enucleatur eis verbis. Et ego quaſi agnus manſuetus,qui portatur ad victimam. Et inferius. Eradem⁹ eum de terra viuentium. Quae omnia Meſſiae conueniunt.

Sed & in Pſalmis etiam, idem nomen ידיד *iedid*, reperiri contingit. Sicut Pſal.127. ad medium. Vbi de vrbe ſpirituali,Meſſiae,agens Propheta: nec prius enimuero, quàm eius morte, aedificandam canens: hoc ipſo nomine Meſſiam nuncupauit.

כן יתן לידידו שנא

Chen itthen lidido ſcena.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

ὕτως τῷ ἐρασῇ ἀυτῦ δώσει τὸν ὕπνον.

Sic Amanti ſuo ſomnum dabit.

Non autem Amantibus,vel Dilectis: vt qui Graecè hactenus tranſtulerunt, pluris numero, τοῖς ἀγαπητοῖς. Non enim pluraliter לידידיו *lididothau*, ſed ſingulariter לידידו *lidido*, canit Propheta, de Chriſto filio Dei viui. De quo, in humanis agente,in Iordane primum: deinde in monte, vox de coelo intonuit.

ὗτός ἐςιν ὁ ὑὸς μȣ̃ ὁ ἀγαπητός.

Hic eſt filius meus dilectus. Matth.3.Luc.9.& 2.Pet.1.

Quippe eius morte,quam ſomnum vocat(ſicut idem Dominus Ioan. 11. Λάζαρος ὁ φίλος ἡμῶν κεκοίμηται. Lazarus amicus noſter dormit) ciuitas (vt dixi) aedificanda erat. Et ſanè per quam diuinitus. Omnis enim virtus ſacramentorum,atque adeo omnis fructus redemptionis & paſſionis Meſſiae,ab eius morte perfectionem & abſolutionem accepit. Et Pſal.60. & Pſal.108. qui ex eiuſdem ſexageſimi & ſeptimi ſupra quinquageſimum eſt compactus carminibus: ante auroram experrectus Propheta: cùm Chriſti Domini reſurrectionem ſummè peteret & enixè contenderet: eodem nomine ſanctos parentes perhibet: quos Chriſtus in coelum, vt ſecum aetatem agerent, erat vindicaturus.

למען יחלצון ידידיך

Lemanhan iechaletſun iedidecha.

השיעה ימינך ועננֵי

Hoſcinhah ieminecha vanhaneni.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

ὅπως

ὅπως ἂν ῥυσθῶσιν οἱ ἐρασταὶ σοῦ,
σῶσον δεξιᾷ σοῦ, καὶ μὲ ἐξάκουσον.

Vt liberentur Amantes tui,
Salua dextera tua, & exaudi me.

Hoc eſt: Mitte quem pollicitus es filium tuum, qui eſt dextera tua & brachium tuum: vt ſaluos facias, quos ab aeterno praeelegiſti ante mundi conſtitutionem, conſortes tuae gloriae. Ij etenim Amantes tui ſunt: qui te diligunt, colunt & obſeruant, tuáque mandata cuſtodiunt. Et Pſal. 45. in quo tractatur myſterium Amorum ſummi Patris erga filium, & Sponſi erga Sponſam, & Sponſae erga Sponſum: titulum habet שיר ידידות *Scir iedidot.* Videlicet vt nos Graecè vertimus, ἔπος τῶν ἐρώτων. Latinè autem. Carmen Amantium. Canit enim in eo Propheta Amores inter Regem & Reginam: inter Meſſiam & Eccleſiam. Vnde communiter vocatur, ἐπιθαλάμιον, id eſt, Carmen nuptiale.

Sed & apud Iſai. locus eſt, cap. 5. in princ. Vbi Amorem & Amantem ſuis propriis nominibus דוד *dod*, & ידיד *iedid*, Propheta appellat. Licet hactenus longè ſecus conuerſus reperiatur. Vbi ſub figura vineae, ſicut ſaepe in vtraque pagina, euertere minatur Dominus non facientes iudicium.

אשירה נא לידידי

Aſcira na lididi.

שירת דודי לכרמו

Scirath dodi lecharmo.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

ᾄσω νῦν τῷ ἐραστῇ μοῦ,
ᾆσμα μοῦ ἔρωτος, ἀμπελῶνος αὐτοῦ.

Cantabo nunc Amanti meo,
Canticum mei Amoris, vinae ſuae.

Hoc eſt: Propheta in ſua perſona loquitur. Cantabo nunc Amanti meo: Meſſiae venturo, quem amo. Canticum mei Amoris: eiuſdem Meſſiae, qui eſt Amor Sponſae, Eccleſiae videlicet. Vineae ſuae: quam plantauit ipſe Meſſias Deus: populum ſcilicet electum, quem eduxit de Aegypto, vt ritè coram eo ambularet. Quod cum contra factum ſit: in captiuitatem ductus, omnia mala ſuſtinuit, de quibus in textu.

PRAEMISSVM TERTIVM.

TERTIVM, quod ſicut Latini multiuoca habent, idem ſignificantia, Amor, Charitas, Dilectio, Amicitia. Diligere, Charum habere, Amare; & alia eiuſdem modi. Sublata differentia, inter Amare, & Diligere, quae non ſemper fuit obſeruata: ſi grauiſſimis Latinis ſcriptoribus, autoritas tribuenda ſit. Et ſicut Graeci pariter eadem ſynonima habent, ἔρως, ἀγάπη, καὶ φιλη, καὶ φιλότης, frequens Homero, ἀπὸ τοῦ φιλέω, ἀγαπάω, ἐράω. Ita ſimiliter veteribus illis, admodum antiquis Hebraeis, vnicum verbum, nominum דוד *dod*, & ידיד *iedid*, quod inſolens & inuſitatum (vt ſuprà in ſecundo Praemiſſo dicebamus) poſt illis fuit: ſynonimum fuiſſe, cum verbo אהב *ahab*, perſpectum eſt in eorum lingua. Antiquatum autem verbum, deſito eius vſu, nominibus retentis, conſuetudine & exercitatione loquendi ſcribendíque, non eſt nouum. Quando & Latinis, de verbis, à quibus Charitas & Temetum, & mille aliis verbis, quae in vſu non ſunt, idem propemodum vſu venit. Et Graecis idem accidiſſe, nemo vel mediocriter eorum in linguis verſatus ignorat. Quamobrem factum eſt, vt pro eo, quod Graeci ἐρᾶν, ἀγάπειν, dicunt & φιλεῖν: Latini autem amare, diligere, charum habere, & huiuſmodi: in Hebraeis ſcriptis, ſaepiùs verbum אהב *ahab*, reperiri contingat: & aliquando, ſed perrarò רחם *racham*. Sicut in hoc maximè patet Cantico Salomonis. In quo prima parte, ter eodem verbo אהב *ahab*, Salomon vſus eſt, tribus verſibus: de quibus in Annotatione Paſtrix dicturi ſumus. Et quater parte tertia, eodem ſemper verſu repetito. Cùm Sponſam inducit per noctem legis veteris, quaerentem Sponſum, nec inuenire valentem, niſi longo poſt tempore. Cùm vt de Virgine naſceretur, incredibilis eius, in genus humanum, amor coëgit.

שאהבה נפשי׃
Sceahauah naſſci
Ὃν φιλεῖ ἡ ψυχή μου
Quem amat anima mea.

Et ſicut Pſal. 119. qui viginti duobus octonariis conſtat, iuxta Hebraicarum literarum numerum. In eo enim, in quo moralis doctrina multa collecta eſt, quae in aliis pleriſque Pſalmis, ſparſa & vagè diſiecta reperitur: duodecies eo verbo, Pſalmographus vſus eſt. & ſicut Deut. 6. 5. ואהבת *Veahautha.*

Diliges

Diliges Dominum Deum tuum toto corde tuo, & tota anima tua,atque tota vehementia tua.

Ac quemadmodum Pſalm.116.ſecundùm Hebraeorum partitionem, & 114.ſecundùm Graecos & Latinos. In quo Propheta in perſona (vt aſſolet) Eccleſiae,cum Meſſiam praeſtolabatur: quam mirum in modum,eius aduentum, ſecurum haberet oſtendit. Cùm ante acceptam gratiam,pro iam accepta referendáque amaret.

אהבתי כי ישמע יהוה את קולי תחנוני׃

Ahauthi chi iſmanh Iehouah eth coli thachannunai.

Id eſt,quemadmodum nos vertimus.

Amaui quoniam exaudiet Dominus vocem deprecationum mearum.

Ἐφίλησα, ὅτι εἰσάκουσε κύριος τὴν φωνὴν τῆς δεήσεώς μου.

Hoc eſt. (Eccleſia fatur) Quoniam pactionibus,oraculíſque,compertum,iam dudum habui,quod exaudiet Dominus preces meas, quibus gratiam deprecor. Hoc enim ſignificat nomen תחנוני *Tachannúnai*, gratiae ſcilicet deprecatio: à verbo חנן *Chanan*,quod eſt gratificari:à quo חנני *Chonneni*,frequens in Pſalmis,de quo pauiò infrà.Quoniam igitur iam pridem certum habui, planéque cognoui,quod mihi Deus gratificabitur,mittens filium ſuum,Sponſum meum,in mundum: idcircò pro tanti beneficij ſalutis meae memoria אהבתי *Ahauti*, Amaui,atque Amaui cano. Vt quando ad referendam gratiam ſatisfacere nequeo,ad praedicandam certè,& habendam ſatis ſim factura.

Verbum namque רחם *racham*,à quo Pſalmum decimum octauum omnium poſtremum Regius Propheta orſus eſt: qui in vulgatis Latinis codicibus,incipit.

Diligam te Domine fortitudo mea.

De quo habetur 2.Reg.23. In quo omnes gentes ditioni Meſſiae addendas, nouiſſimè, ſpiritu Prophetico vaticinatus eſt: non tam ſimpliciter amare,vel diligere ſignificat; quam ſecundum quid:cum quadam videlicet anxietate, alicuius miſericordia teneri, ob res eius aduerſas: quod Graeci ἰλέηθι, dicunt,Latini autem miſerere. Quemadmodum apud Virgilium paſtor Corydon dolebat, quòd ſui non miſereſceret,quem amabat.

Nil noſtri miſerere,mori me denique cogis.

Sicut patet Pſalm.51. in pⁿc. Vbi Propheta & pro ſe, & tota Eccleſia,& quolibet poenitente,liberari,à Deo petit,à culpa & poena.

חנני אלהים כחסדך

Chonneni elohim chechaſdecha

כרב רחמיך מחה פשעי:

Cherob rachamecha mecheh peſcianhai.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Gratificare mihi Deus ſecundùm beneficentiam tuam,

Secundùm multitudinem miſerationum tuarum, expunge praeuaricationes meas.

Χάριζέ μοὶ ὁ Θεὸς κατὰ τὴν εὐεργεσίαν σου,

Κατὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐλεῶν σου ἐξάλειψον τὰς παραβασίας μου.

Gratificari enim (vt ſuprà dicebamus) ſignificat verbum חנן *Chanan.* Vnde חן *chen,* & חום *chinnam*, gratis & gratia. De quorum altero habetur Pſalm. 45. 3.

הוצק חן בשפתותיך:

Hutſac chen beſifthothecha.

Diffuſa eſt gratia in labÿs tuis.

Vel potiùs, quemadmodum nos vertimus.

ἐνεπάγησα χάρις ἐν ταῖς χείλεσι σου.

Infixa eſt gratia in labÿs tuis.

Quod ſignificat הוצק *hutſac.* Nam de Chriſto Domino loquitur Propheta, de quo ſcriptum eſt. Quod Iudaei mirabantur, in verbo gratiae, quae procedebat de ore illius. Luc. 4. 12. Et quoniam in poteſtate erat ſermo ipſius. Luc. 4. 32. Mirabantur autem ob ignorantiam, à qua admiratio procedit: quia neſciebant, ipſum eſſe Chriſtum. Quod Chriſticolae non mirantur: ſcientes, & firmiter credentes Dominum noſtrum Ieſum, Chriſtum fuiſſe patribus promiſſum, non ſimpliciter hominem, verùm hominem, Deúmque ſimul, qui dat omnibus vitam & omnia. Quod perfidi Iudaei agnoſcere nolentes, Meſſiam fateri noluerunt: cùm nihilominus pauore perculſi faterentur. Quia in poteſtate & virtute imperaret immundis ſpiritibus, & exirent. Luc. 4. 36. Et quia nunquam ſic locutus eſt homo, ſicut hic homo. Ioan. 7. 46. De altero autem dicitur Pſalmo trigeſimo quinto verſ. ſeptimo.

חנם *Chinnam.*

Gratis abſconderunt mihi rete ſuum,

חנם *Chinnam.*

Gratis

Gratis foderunt foueam animae meae.

Chriſtus loquitur. Quoniam gratis,id eſt, ſine cauſa, vt me interficerent,fraudulenter conſilia inierunt,tendentes rete ſuum. Suum, quia in peccato ſuo illaqueati ſunt. De quo in alia egimus Annotatione.

Et beneficentiam ſignificat חסד *chaſed*, & pietatem erga propinquos. Quales homines Deo ſunt: tum propter paternitatem, vt qui genuit: tum propter fraternitatem,cùm Deus homo factus eſt. Vnde Hebraeis Ciconia חסידה *chaſidah*, vocatur: id eſt Pia, vel Benefica,ob pietatem enimuerò & beneficentiam in parentes.De qua Ariſt. de Hiſt.animal.lib.9.cap.13.

Miſerationem autem,propriè & miſericordiam ſignificat רחם *racham*. Sicut Pſal.103.13.

כרחם *Cherachem.*

Sicut miſeretur pater filiorum,

רחם *Racham.*

Miſertus eſt Dominus timentium eum.

Et ſicut eod.Pſal.103.8. Vbi Propheta.

רחום וחנון יהוה

Rachum vechannun Iehouah,

ארך אפים ורב חסד:

Erech appaim, verab chaſed.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

οἰκτίρμων καὶ χαριτόων ὁ κύριος,

βραδὺς εἰς ὀργὴν καὶ πολυδωρητικὰ.

Eſt miſericors & gratificans Dominus,

Tardus ad iram,atque beneficentia multus.

Quia videlicet hominum Deum miſeret, qui ſuam miſericordiam non requirunt & ſupplicum, qui illam efflagitant. Quamobrem omnibus tribuens,ſingulis miſericordiam impertiens, gratuitò omnibus gratificatur. De reliquis aliàs egimus.

Sic Pſalm.145.8. niſi quod חנון *channun* praecedit רחום *rachum*: gratificatio praecedit miſericordiam, ordine praepoſtero. Priùs etenim alterius aerumnae,vel eſuriei quem miſeret: ac tum poſteà gratificatur. Sed hoc ideò Propheta, vt oſtendat,non eſſe in Deo, quo ad ipſum Deum, prioritatem,vel poſterioritatem harum paſſionum. Pro vt nec etiam huiuſmodi paſſiones dicuntur eſſe in Deo,per proprietatem: ſed tantùm per ſimilitudinem. Vt Diuus Hieronymus inquit in Amos prophet.relatus in cap.odi.24.q.1.Sed quod in Deo ſemper eſt,

& grati

& gratificatio & miſeratio:& miſeratio & gratificatio. Vt quod Deus ſemper eſt paratus & miſereri & gratificari : & gratificari & miſereri. Quemadmodum vox ſignificat, qua Deum Sanctum Hebraea lingua appellat, quae eſt קדוש *cados*, quae interpretatur,paratus,vel praeparatus. Sed ad Pſalm.51.

Gratificare mihi Deus,ſecundùm beneficentiam tuam.

Secundùm multitudinem miſerationum tuarum, expunge praeuaricationes meas.

Exordium commune deprecationum,capite damnatorum : in quibus ignoſcendi poſtulatio continetur. Solent enim rerum capitalium condemnati,antequam morte mulctentur : cui eſt merum imperium, ſupplices libellos offerre. In quibus, ad captandam beneuolentiam, eum,qui habet gladij poteſtatem, ad animaduertendum in facinoroſos homines,vocant pium, clementem, benignum, vel aliis honorificis nominibus. Simúlque delictorum quibus rei peracti ſunt, culpabiles ſe fatentes, gratiam poſcunt. Quae omnia bene ſane Propheta, nefariorum ſcelerum condemnatus, obſeruat. Nam in primis offert libellum ſupplicem;qui eſt Pſalmus. Secundo,Deo offert : ibi אלהים *elohim*,penes quem non ſolùm eſt vitae, corporis, necíſque poteſtas, verùm animae etiam.Tertiò captat beneuolentiam,appellando Deum beneficum,à beneficiorũ collocatione,quae iugiter in omnes res,quas creat, confert ipſe creator : praebendo vegetare, ſentire, ratiocinaríque,praeter ſupernaturalia. Ibi כחסדך *chechaſdecha :* ſecundùm beneficentiam tuam. Nec non vocando miſericordem : vt qui ob amorem,dilectiónémque erga hominem,ex hominum calamitate dolens, poenitentibus & humiliter petentibus parcit. Ibi כרב רחמיך *Cherob rachamecha :* ſecundùm multam miſericordiam tuam. Quarto non inficiatur crimina,quorum reus erat, ſed peccaſſe confitetur, imbecillitate & fragilitate humani generis. Ibi פשעי *peſcianhai*,praeuaricationes meas,vel tranſgreſſiones meas,qui ex certa malitia peccaui.Quinto & vltimo condonari ſibi peccata rogat. Ibi מחה *mecheh*, dele,vel expunge,ne quid debeam : ſicut nomen debitoris de codice expungitur,vbi perſoluit : ad hunc fermè modum orans.

Etſi ego infoelix homo,in fide, quam tibi dedi, ſanctéque promiſi, cùm de paſtore ouium.Paſtorem populorum,Regem videlicet Iſraël, me conſtituiſti,& vnxiſti per Samuelem Prophetam,nequaquam permanſi : vt cuſtodirem praecepta tua. Tu enim leges ſanxiſti.

Non furtum facies. Non moechaberis Non occides.Et ego captiuari me paſſus à lege peccati,quae eſt in membris meis, & ſeduci à concupiſcentia carnis : in te ſolum peccaui, contra tuas leges faciens: ouem furando,adulterium committendo,virúmque innoxium interficiendo. Tu tamen,ob tuam beneficentiam, qua infinitè liberalis es, & munificus : atque ob tuam dilectionem, qua miſeret te noſtrarum

miſeria

miſeriarum, à peccato prouenientium; da veniam miſero, habéque excuſatum, propter pronitatem naturae ad malum: mihíque ignoſcens, ſcelerum poenas praetermitte, quas iuſtè merui, culpámque cancella, cuius ſum reus. Quamobrem de Oratore, Exorator eſt factus.

Et ſicut eod. Pſal. 18. vbi idem Regius Propheta orditur.

ארחמך יהוה

Archamecha Iehouah.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Miſereſcam tui Domine.

Ἐλεήσω σε Κύριε.

Vel commiſereſcam, ex dolore quem capies, ob exceſſum amoris tui, erga hominem: quoniam non omnes ſalui fient. Quoniam licèt mearum peregrinationū, laborum, vigiliarū, ieiuniorum, praedicationum, miraculorum, ſacramentorum, ſanguiniſque totiúſque denique meae paſſionis, mortis & reſurrectionis, immenſa, atque infinita magnitudo ſit meritorum, adeò vt innumerabiles mundos ſaluare poſſet, ſi innumerabiles mundi eſſent, quemadmodū Democritus & Anaximander philoſophi rebantur: veruntamen plerique damnabuntur: propterea quod, poſthabita via tua, ardua enimuerò & arcta, ſed tamen munda & pulchra, aliam viam ſpacioſam, & latam quidem, verùm lubricam & tenebricoſam ſequi maluerint. Etenim Pſalmus eſt de Chriſto Domino, ipſéque Meſſias Patri canit.

Miſereſcam tui Domine. Immò potiùs.

Commiſereſcam tecum Domine.

Cùm ego ſim in te, & tu in me: & condolebo, quod ad amorem pertinet.

Sed ad ſynonima redeuntes, vnde digreſſi ſumus, dicimus, etiam vtriuſque verbi nomina דוד ידיד *dod, iedid*, & אהב *oheb*, ſynonima eſſe, compertum eſſe ex locis, quos iam ſuprà citauimus, Pſalmorum, & Ezechielis in ſecundo Praemiſſo: iuncto textu Prouerb. 7. de quo infrà L. XV. Tametſi Spiritus ſanctus, in ſacris literis, dictis nominibus ſynonimis דוד ידיד *dod, iedid*, & אהב *oheb*, non indifferentèr, ſed diſcriminatim vtatur. Quandoquidem per nomen אהב *oheb*, quod φίλον, id eſt amicum, cum caeteris, qui ante tranſtulerunt, nos vertimus; Sanctos, Deóque charos, intelligit. Ac praetereà Eccleſiam ſuam Sponſam mutato nomine אהב *oheb*, maſculino, in foemininum אהבה *Ahauah*: quod Amicam, καὶ φίλην, quemadmodum modò dicebamus, ſignificat, & Dilectam. Et tum etiam dicto nomine אהבה *Ahauah*, pro amicitia vtitur, & dilectione, & beneuolentia, quam quis

erga alium habet. De quo in Annotatione Paſtrix,& in Annotatione Phiala, dicturi ſumus. Altero vero, ex duobus nominibus, ידיד *iedid*, quod ἐραςὴν & Amicum nos vertimus: Meſſiam appellat, eiúſque Sanctos. Quemadmodum ſuprà in ſecundo Praemiſſo dicebamus. Altero autem דוד *Dod*, quod ἔρωτα & Amorem reddimus: & Meſſiam Sponſum, Sanctóſque: & tum praetereà diuinos humanóſque Amores, nuncupare ſolet. Sicut in diſcurſu praeſentis Annotationis patebit. Quod profectò minimè mirum videri debet, poſtquam non diſſimilis mos, & modus apud Graecos eſt. Siquidem cum ſynonimis verbis ἐράω, καὶ φιλέω, pro laſciuè amare, indifferenter Graeci vtantur: nomine tamen φιλότης, pro ipſa fruitione amoris, & amoris mulcimentis, vtuntur. Ac nomine ἔρως, Deum Amorem nuncupant, quem alio nomine ἵμερον, iidem Graeci, Latini autem Cupidinem appellant: caecum, nudum, pinnatum, pharetratúmque. Siue illum Cupidinem, Venus, vel Diana genuit: ſiue terra, vel nox peperit, ſicut à vi & effectu, Poëtae prodiderunt. Vnde apud Anacreontem, cuius (vt Orator aiebat) tota poëſis amatoria eſt.

Χαλεπὸν τὸ μὴ φιλῆσαι,
Χαλεπὸν δὲ καὶ φιλῆσαι,
Χαλεπώτερον δὲ πάντων
Ἀποτυγχάνειν φιλοῦντα. Id eſt.

Et non amare durum eſt,
Et eſt amare durum,
Duriſſima omnium res,
Amare, nec potiri.

Et apud Homerum, cùm Iunonem inducit, blanditiis & aſſentationibus, ceſtum petentem à Venere Iliad. ξ.

δός νῦν μοὶ φιλότητα καὶ ἵμερον, ᾧτε σὺ πάντας
δαμνᾷ ἀθανάτους ἠ̓δὲ θνητοὺς ἀνθρώπους.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Da mihi amorem, formoſique Cupidinis arma,
Queis inuicta domas cunctos homineſque Deóſque.

Et infrà, cùm Iouem inducit lenocinatum mulctúmque opera ceſti, flagrantem amore Iunonis coniugis, Regníque ſociae, quae balteum in ſinu geſtabat abſconditum: eius complexus poſcentem, ſuóſque recenſentem amores. Iliad. ξ.

νῶϊ δ' ἄγ' ἐν φιλότητι τραπείομεν εὐνηθέντε

οὐ γάρ πώ ποτέ μ' ὧδε θεᾶς ἔρος οὐδὲ γυναικὸς
θυμὸν ἐνὶ στήθεσσι περὶ προχυθεὶς ἐδάμασσε,
οὐδ' ὁπότ' ἠρασάμην Ἰξιονίης ἀλόχοιο.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Sed nos quaeſo cubantes delectemur amore
Namque Deae nec amor tantus, nec foeminae caepit
Aut profuſus amor domuit mea pectora nunquam,
Nec tantùm peramaui vxorem Ixionis olim.

Et infrà poſt pleroſque amores enumeratos.

ὡς σέο νῦν ἔραμαι καί με γλυκὺς ἵμερος αἱρεῖ.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Vt te nunc amo, edáxque tenet mea corda Cupido.

PRAEMISSVM QVARTVM.

QVARTVM, quod quemadmodum lingua Sancta ſynonumis non caret: ita etiam & multo plura quàm multiuoca (vt caeterae linguae omnes) aequiuoca habet: diuerſarum ſcilicet rerum communes appellationes. Cuius rei id cauſae eſt, quoniam plura ſunt negotia, quàm vocabula. Sicut Vlpianus adnotauit. l. natura. ff. de praeſcript. verb. Quamobrem, quod in aliis linguis contingit, quae etiam Sancta vberiores ſunt: vt vix, aut omnino vocabulum reperias, quod res non plures differentes declaret, atque id tamen aliquapiam cauſa: vt exempli cauſa, Graecis verba φίλημι, & φιλέω, & ab eis deducta: conſueſcere amare oſculari (vt ab amoribus non diſcedamus, de quibus inſtituta Annotatio eſt) quoniam à conſuetudine amores, ab amoribus oriuntur ſuauia: id in Hebraeo vſitatum ac tritum. Quemadmodum in ipſo Hebraeorum oſculandi verbo contingit: à quo Regius Propheta Salomon Canticum eſt exorſus.

Quod non ſolùm ſuauiari ſignificat: ſed ob conuenientiam etiam, potum dare, armatum eſſe, & ardere: quae cum amoribus ſympathiam, & cum ſuauiis habent. Quae & ſuauiſſimus paſtus potúſque animorum amantium ſunt: tum arma & ignis, ob vulnera & plagas, quibus amantes ſaucij dicuntur. Sicut apud Poëtam de Regina Phoeniſſa:

At Regina graui iamdudum ſaucia cura,
Vulnus alit venis: & caeco carpitur igni.

Et ſicut infra in Cantico parte quarta. Vbi Meſſias ſaucium, vel potius excordatum ſe à Sponſae oculis profitetur: ob eius enimuero vigilantiam, & virtutes eximias quamplurimas, quae Sponſae oculi ſunt in amore duces.

לבנתני אחתי
Libbanthani achothi.
כלה לבנתני:
Challa libbanthani.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Transfodiſti cor meum ſoror mea,
Sponſa transfodiſti cor meum.

ὤρυξας

ὤρυξας τὴν καρδίαν μου ἀδελφή μου,
ὤρυξας νύμφη τὴν καρδίαν μου.

De quo loco infra agemus in Annotatione Cincinni. f.

Sed ad Hebraeum verbum נשק *naſciac* redeamus: quod alia praeter ſuauiari ſignificet. Textus eſt Pſal.78.

In quo quantum ad ſpiritualem intelligentiam, Meſſias Sponſus, Eccleſiae ſuae Sponſae loquitur, conſulitque, vt animum diligenter aduertat ad legem:quoniam ſanè ipſum legem impleuiſſe patebit,in omnibus quae de eo ſcripta erant. Licet quo ad literam, ad memoriam poſteritatis, Pſalmographus opera Dei proſequatur. In eo igitur Pſalmo,Iudaeos defeciſſe à Deo,neque ſtetiſſe promiſſis,quae fecerant:oſtendere volens Propheta canit.

בני אפרים נשקי

Benè effraim noſce.

רומי קשת

Rome caſceth.

הפכו ביום קרב

Hafechu beiom cerab.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Filij Effraim armati,
Sagittantes arcu,
Rebellauerunt in die belli.

υἱοὶ ἐφραὶμ ἐνοπλισάμενοι,
ὀϊστεύοντες τῷ τόξῳ,
ἀφέστησαν ἐν ἡμέρᾳ πολέμου.

Non autem, intendentes, vel ἐντείνοντες.

Hoc eſt: Iudaei,quos Deus ex miſeriis & aerumnis & ergaſtulo Aegyptiorum,atque adeo ex omni impetu tot hoſtium, ac tantorum bellorum ore & faucibus eripuit, atque ſeruauit: quamobrem eius praecepta & iuſſa perſequi polliciti fuerant: non quidem ea cuſtodierunt. Sed illi enimuero, perinde Deum dereliquerunt,ſicut leuiſſimus arcitenens & ſagittarius: qui poſtquam arcum tetendit, parauítque ſagittam ad iaculandum, flagitioſè ac turpiter ſuos deſerens, ad hoſtes transfugit. Quod ipſum quidem vtique,de quouis Chriſticola intelligi debet: qui per lauacrum regenerationis, de poteſtate daemonũ & morte ereptus:Sponſique imperatoris, eiuſdémque autoris,& amatoris humanae ſalutis, miles effectus:gladio fidei ſuccinctus,ſacramentíſque armatus, paratúſque ad pugnandum cum anti-

quo ſerpente:inconſulto trahi ſe ſinens à voluptatibus mundi, vſque eò inconſideratiſſima & dementiſſima temeritate deſipit & delirat: vt Deum factorem ſuum & ſeruatorem relinquat, ac peccato adhaereſcat,& daemoni,inimicis atque hoſtibus humani generis.

Et infrà. Vbi aliquot mirabilia Propheta recenſet, quae beneficij gratiaéque loco, in illum populum Deus contulerat, trabali figenda clauo. Ibi 15.

יבקע צרים במדבר

Iauaccanh tſurim bammidbbar.

וישק בתהומות רבה׃

Vaÿaſcece bitthehomoth rabbah.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Petras diſcidit in agro deſerto,
Dedítque potum magnis voraginibus.

ἔσχισεν ἐν τῇ ἐρήμῳ τὰς πέτρας,
καὶ ἐπότισεν, ὡς ἐν ἀβύσσοις πολλοῖς.

Vt enim Moyſes petram virga percuſſit, adeò immenſae aquarum gurgites eruperunt: vt non fontem ſcatere, ſed amnem fluere, ſed pontum vi ventorum agitatum, extra ripas dilabi videretur. Hoc eſt enim voraginibus vel abyſſis potare.

Et infrà, cùm idem populus mala mente,malóque animo tentans Deum, in eum etiam dicteria diceret. Deúſque vindex procraſtinaret vlciſci. Ibi 21.

לכן שמע יהוה ויתעבר

Lachen ſciamanh iehoua vaithnhabbar.

ואש נשקה ביעקב׃

Veeſc niſceca beianhacob.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Propterea audiuit Dominus & diſtulit,
Et ignis arſit in Iacob.

διὰ τοῦτο ἤκουσε κύριος, καὶ ὑπερέθετο.
καὶ πῦρ ἀνήφθη ἐν τῷ ἰακώβ.

Non enim ſemper illico poſt peccata Deus flagellat: ſed cunctatur ſaepenumero, ſi fortè ſuis diuinis ſtimulis concitari ſe paſſus peccator:tantum doloris cruciatúſque capiat erratorum, vt futura cauere proponens, praeterita pertaeſus fletu diluat. Quod quemadmodum tantopere Deo placet,vt vel ob id,delictorum obliuiſcatur:ſic è contrario,

trario, adeò in vitiis perſeuerantes odit, vt eos ferre non valens, igni comburat. Sicut hîc cum ob eius obſtinati populi pertinaciam, extrema caſtrorum cremauit. Et habetur Num.11.

Sed ne de Pſalmis tantùm exempla depromamus. Textus eſt Geneſ.29.11. Quando Iacob proficiſcitur ad domum auunculi Laban, & amoto puteali, lapide videlicet quo puteus claudebatur.

וישק את צאן לבן אחי אמו : וישק יעקב לרחל

Vaÿſcac eth tſon laben achi immò : vaÿaſcac ianhacob lerachel.

Potum dedit gregi Laban fratris matris ſuae, & Rachelem oſculatus eſt.

καὶ ἐπότιζε τὰ πρόβατα λάβαν τοῦ μητρώου αὐτοῦ, καὶ κύσεν ἰακὼβ τὴν ῥαχὴλ.

Textus eſt Geneſ.41.40. Quando Ioſeph praeficitur vniuerſo Aegypto. Ibi.

אתה תהיה על ביתי ועל פיך ישק כל עמי :

Attah thiheich nhal bethi, venhal picah iſcac chol nhammi.
Id eſt:

Et tu eris ſuper domum meam, & ad tuum imperium armabitur omnis populus.

Vel. *Omnis populus arma ſumet.* Sicut nos Graecè vertimus.

σὺ ἔσῃ ἐπὶ τῷ οἴκῳ μου, καὶ ἐπὶ τῷ στόματι σου πᾶς ὁ λαὸς τὰ σκεύη τὰ πολεμικὰ λήψεται.

Textus eſt 1.Paralip.12.2. Vbi recenſentur auxilia, quae Dauid Regi Saulem fugienti ſuppetias venerunt. Ibi 2.

נשקי קשת מימינים :

Noſcece ceſceth maiaminim.

Armati arcu dextera.

ἐνοπλισάμενοι τόξῳ ἐκ δεξιῶν.

In quibus omnibus locis Paralip. Geneſ. & Pſal. armare, potum dare, ardere, & oſculari eſt idem verbum נשק *Naſciac.*

Quocirca cum inter homines, homo Sponſus aetatem degeret: rogantibus diſcipulis, qui cibos de Samaria emerant, vt eſſe vellet: reſpondit.

ἐγὼ βρῶσιν ἔχω φαγεῖν, ἣν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε. Ioan.4.

Ego cibum habeo edere, quem vos ignoratis.

Erat autem cibus & potus, oſcula, quibus Sponſae ardore flagrans, ſaucius excordatúſque, eam in dies oſculabatur: cum miraculis diuiníſque operibus & doctrina, & Euangelicae legis latione: tum lachrimis

mis & cruciatibus, & omnis generis terribilium paſſionibus, de quibus Pſal.88. ac morte denique omnium acerbiſſima, Sponſae verò fortunatiſſima: qua innumeris plagis propediem neceſſario plectendus erat. Vt complerentur de eo ſcripta diuinitus & in Pſalmis, & Prophetis,& apud Zachar.cap.13.6.

מה המכות האלה בין ידיך

Mah hammachoth haelleh ben iadecha.

ואמר אשר הכיתי בית מאהבי:

Vaomar aſcer hucchethi beth meahauai.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Quid ſunt iſta vulnera, in manibus tuis,
Et dicet. His vulneratus ſum à domo diligentium me.

τί αἱ ὠτήσεις αὐταὶ ἐν ταῖς χερσὶν σοῦ,
καὶ ἐρεῖ. ταύταις ὤτα μὲ οἶκος τῶν ἀγαπαόντων μὲ.

Quae Sponſi ſuauia, nec non & alia ſuauia,quibus Sponſam ſuauiatus eſt: non niſi ab eius amore erga Sponſam: qui à coniunctiſſima conſuetudine eiuſdem Sponſi,cum ea,vſque à priſcis Eccleſiae originibus eſt genitus, profecta ſunt.

Sic igitur, quemadmodum in ſupradictis verbis φίλημι & φιλέω, & נשק *Naſciac*, in nomine דוד *dod*, de quo in praeſentiarum agimus, vſu venit: quod vltra Amores, Amitam, & Patruum ſignificat, atque Patrui vxorem. Quos tum ob alloquendi comitatem, affabilitatémque in fratrũ filios:tum quod amoris viciſſitudinem,in eoſdem filios fratrum oſtendant extrinſecus,magis filij,ac parentes amant.

Siquidem parentes, grauitas cum ſeueritate coniuncta: ac quae maxime partes eorum officij ſunt, filios erudiendi emendandi corrigendi,atque caedendi. Prouerb.13.23.& Eccleſiaſt.30. in princ.vultu & oculis & fronte,amores in filios ſimulare ſolertius cogunt. Et de Patruo quidem,textus eſt lib.Iud. cap.10. Vbi narratur qualiter poſt mortem Abimelech, iudex in Iſrael, in eius locum, patruelis illius Thola ſuffectus eſt.

בן דודו

ben dodò (vt ibi ſcriptum eſt)

Filius Patrui ſui.

ὑὸς τοῦ θείου αὐτοῦ.

Vel quod mihi magis placet, πατρώου αὐτοῦ, vel πατραδέλφου.
Nam θεῖος, promiſcuè patruum & auunculum ſignificat.

De Patrua autem, textus eſt. Leuit. 18. 14. in lege vetiti coitus. Ibi, in vulgari Latina editione.

Turpitudinem patrui tui non reuelabis, nec accedes ad vxorem eius.

Nam דדתך הוא

Dodatecha hi.

Patrua tua eſt.

γυνὴ γὰρ πατραδέλφυ σῦ ἐςιν.

Vt nos vertimus. Non autem συγγενὴς, vt in Graecis habetur Codicibus. Videlicet, conſanguinea, vel cognata, quod nomen latiſſimè manat.

Et de Amita textus eſt. Exod. 6. Vbi Moyſes Leui pronepos, eiuſdem ſui proaui prolem numerans. Leui (inquit) tres filios ſuſcepit. Gerſon, Cehat, & Merani. Cehat autem ſecundo genitus Amram procreauit. Amram autem duxit vxorem.

יוכבד דדתו

Iochebed dodato. Id eſt:

Iochebed amitam ſuam.

πατραδέλφην αὐτῦ.

Quae ex Amram eius viro Aaron & Moyſem peperit.

Quare quemadmodum dicimus nomen דוד *dod*, Amorem & Amitam & Patruum, eiúſque vxorem ſignificare: ſicut rationibus & linguae autoritate comprobatum eſt: ſic vbera, vel mammas, ſignificare negamus: cauſis & rationibus ſuprà deductis, & inferius per totam Annotationem examinandis.

PRAEMISSVM QVINTVM.

Q VINTVM, quod dictum nomen דודיך *dodecha*, vnum & idem atque illud eſt: quod prima, ſecunda, quinta, ſexta, ſeptima & octaua parte habetur: & conſobrinus, fratruelis, fraternus, à Latinis verſum eſt: & à Graecis ἀδελφὸς, frater ſcilicet, ſemel: vt plurimum verò ἀδελφιδὸς, nepos ſcilicet ex fratre vel ſorore, ab aliquibus: ab aliis verò ἑταῖρος: à Symmacho autem, qui propriùs caeteris, ad veram nominis ſignificationem acceſſit, ἀγαπητὸς, redditum eſt: à quo & in Latinis editionibus Dilectus exponitur: vno quintae partis verſu excepto, vbi, cariſſimi redditum fuit. Nec obſtat, quod vbi exponitur Dilectus, ſit ſcriptum cum litera ו *vau*: & quod prima, & quarta parte, vbi expoſitum eſt, hubera tua, & μαςοί σου, ſit ſine ו *vau*. Quia hoc nihil refert: cùm nemo inficias eat, vtrunque ab eadem radice deſcendere. Praeter quam quod parte ſeptima, vbi etiam redditum eſt, hubera mea, eſt cum ו *vau*: & tamen Graecè μαςοὶ μου, reperitur interpretatum. Cùm vbique amores ſignificet, vel amores meos, vel tuos: ſecundum quod eſt cum affixo, vel ſine affixo.

Vt nos vertimus, ne dum in Cantico; ſed in locis etiam ſuprà allegatis ex capite vigeſimo tertio Ezechielis, in ſecundo Praemiſſo. Vbi hactenùs, in verſionibus Graecis: locus עשו דדי *Nhaſu dadde*: quem nos vertimus. Fecerunt amores. Vel. Potiti ſunt amoribus, verſus eſt, διεπαρθενεύθησαν, id eſt, ſtuprauerunt. Quod verum eſt, quò ad ſenſum. Nam amores puellarum, quae in ganeis & lupanaribus, proh infandum! pudore poſito, ſuorum corporum copiam faciunt: nihil aliud profectò ſunt, quàm mera ſtupra.

Et locus, למשכב דדים *lemiſcab dodim*, quem nos vertimus. In lectum amorum, verſus eſt. εἰς κοίτην καταλυόντων. In lectum diſſolutionum. Quod veriſſimum eſt, quò ad ſenſum. Nam amor humanus, quo mari foemina.

ᾧ θυμῷ εἴξασα μιγῇ φιλότητι, καὶ εὐνῇ

Quae ſibi parens viuit amore & mixta cubili.

Vt Poëta canebat. Nihil aliud profectò eſt, quàm diſſolutio quaedam morti ſimilis: qua omnis ferè ſenſus extinguitur. Quemadmodum Cicero demonſtrauit: cùm in exilio, tori genialis conſuetudine carens, ad Terentiam ſcripſit. Ego verò te quàm primum, mea vita, cupio videre, & in tuo complexu emori. l. 14. 355.

Sed

Sed officium vertentium erat : verba conuertere : non ſententiam interpretari. Vnum eſt, דודים *dodim*,& דודי *dadde*,numeri multitudinis caſus eſſe,ſine affixis nominis דוד *dod* : atque ἔρωτας, id eſt, Amores ſignificare. דודי *dodai* autem ἔρωτες μου Amores mei : & דודיך *dodecha*, ἔρωτες σου, Amores tui. Quae omnia nomina compoſita ſunt per affixum ab eodem nomine דוד *dod:* quo Amor Hebraeorum lingua ſancta nuncupatur.

Quo idem Rex,idémque Propheta autoris Cantici parens דוד *David*, mutatione punctorum, (ſic enim Hebraei vocales perhibent) eſt nominatus. Et iure quidem דוד *Dauid*,id eſt,Amor. Neque enim alio nomine quàm Amoris, talem tantúmque Regem appellari decebat : qui Meſſiae Regis, eiuſdémque Amoris, & Sponſi Eccleſiae pater fuit,ſecundùm carnem : ſicut ſacrae cartae nos edocent.

Vnde Angelus ad virginem. Luc.2. δώσει αὐτῷ Κύριος ὁ Θεὸς τὸν θρόνον δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. *Dabit illi Dominus Deus ſedem Dauid patris eius*:Quare cùm Ieroſolymam in pompa Amor ingrederetur,equitans ſuper aſinam:comitantium hominum frequentia,ſalutem poſtulantes clamabant.

הושע נא בן דוד

Hoſcianh na ben Dauid.

Salua nunc fili Dauid.

σῶσον νῦν ὁ ὑιὸς τοῦ δαβὶδ.

Hoc eſt.O toties Patribus in Scripturis promiſſus,Saluator mūdi:qui iam tandem,ſpecies Dauid,digna imperio; expectatus adueniſti Meſſias. Quemadmodum eidem noſtro Regi,olim Deus,in Pſalmis pollicitus eſt : quando iurans veriſſimum iuſiurandum intonuit. Pſal.132.

מפרי בטנך אשית לחסא לך

Mipperi vitnecha aſcith lechiſſe lach.

ἐκ καρποῦ τῆς κοιλίας σου θήσομαι ἐπὶ τοῦ θρόνου σου.

De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam.

Hoc eſt. De genere & ſtirpe & proſapia tua naſcetur Meſſias, qui regat populum meum.

Serua obſecramus, hanc te magnam comitantem caterúam : quae te Rege Dauid prognatum,Deum agnoſcit. Serua obſecramus,populum tuum electum:qui te Dauid ſobolem, Deum iamdudum Redemptorem praeſtolatur. Pſal.130. Seruáque etiam obſecramus, gentes inanes,barbaráſque nationes. Etenim nationes etiam, ac gentes omnes,tui Dei,ex ſtirpe Dauid,cultores te confitebuntur.Pſal.66.

Hoc igitur nomine דוד *Dauid*, Meſſiae pater, eſt nuncupatus : ad ſimilitudinem Dei Patris aeterni Regis, primae perſonae in diuinis.

Qui quoniam, eundem Meſſiam ab aeterno genuit ſibi conſubſtantialem: quoniam ſimul cum eo, & Spiritu ſancto, hominem fecit, ad imaginem & ſimilitudinem ſuam: quoniámque omnia tandem creauit ex nihilo, אב *Ab*, Hebraicè, id eſt pater, nuncupatur. Sed eo nomine אב *Ab*, quod voluntatem & deſiderium Latinè conuertitur. Quae ſympathiam, id eſt, conſenſum concentúmque & cognationem cum Amore habent.

Et iure quidem (inquam) דוד *Dauid*, id eſt, Amor, Rex Dauid appellandus erat: vt conſequens nomen, homini Regi eſſet, qui ob humanum amorem, quo vicina egregia forma captus fuit, Deo peccauit. 2.Reg.11. Ac ob diuinum, quo tantopere flagrauit amorem, tantùm Deo placuit; vt de eo Deus aliàs dixerit. Quod cuſtodierit mandata ſua, & ſecutus ſit eum in toto corde ſuo. 3.Reg.14. Et aliàs dixerit. Inueni virum ſecundùm cor meum. 4.Reg.13. & Act.13. Quid multa? Simile profectò quiddam de Rege Dauid dici mihi poſſe videtur: quod apud tragicum Sophoclem Aiax deflet, cùm ſua facta deplorat.

> *αἰ, αἰ, τίς ἂν ποτ' ᾤεθ' ὧδ' ἐπώνυμον*
> *τὸν μὲν ξυνοίσειν ὄνομα τοῖς ἐμοῖς κακοῖς.*
> *νῦν γὰρ πάρεσι καὶ δὶς αἰάζειν ἐμοὶ*
> *καὶ τρὶς τοιούτοις σὺν κακοῖς ἐντυγχάνω.*

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

> *Hei mihi conueniens noſtris quis fortè putaſſet*
> *Nomen ineſſe malis, ô quàm conforme dolori.*
> *Hei mihi, nunc etenim par eſt, bis térque dolere*
> *Tot tantíſque malis dantur mea tempora circum.*

Vt enim Aiax, ab *αἰάζειν*, hoc eſt lamentando, dictus, multùm diúque lamentabatur: Ita Rex Dauid, à דוד *dod*, hoc eſt Amore dictus, facilis in Amorem fuerit. Niſi quod inſtar nominum, malè Aiaci: foeliciter autem Regi Dauid cecidit. Qui non fortuitò, ſed Spiritus ſancti opera conſulta, Dauid eſt nominatus.

Idcircò, quoniam non pater ſolùm, ſed typus etiam erat Meſſiae veri Dauid, veriſſimi Amoris: qui ſuper omnes homines, homo Deúſque, & diuino ardet & humano Amore ſimul: captus pulchritudine בת שבע *bath ſciauanh*: quae interpretatur, Filia ſeptem. Quae eſt natura humana, propter quam Deus ſex diebus operatus eſt: & ſeptimo requieuit. Hanc enim mysticus Rex Dauid, vſque eò amauit: vt qui peccatum non fecit. 1.Pet.2. nec peccare poſſet, eius peccatum tulit. Sicut praecurſor Ioannes dixit. *ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου.* Ecce agnus Dei, qui tollit peccatum mundi. Ioan.1. Quemadmodum idem Dauid Regius Propheta multò antè praedixerat. Pſal.32.6. poenitentialium 2.

ואחת

ואתה נשאת עון חטאתי׃

Veatthah naſatha nhauon chatathi

Id eſt, quemadmodum nos vertimus:

καὶ σὺ ἐβάσασας τὴν ἀνομίαν τῆς ἁμαρτίας μου.

Et tu portaſti iniquitatem peccati mei,

Cùm tuliſti ſuper patibulum Crucis, vbi deleſti: expiando morte & paſſione tua.

Praeclara tautologia. Cùm enim ſatis fuiſſet. Tu portaſti iniquitatem meam: vel peccatum meum: ambo coniunxit. Sic Iſa. cap. 53. 4.

אבן חליינו הוא נשא

Auen chalaÿenu hu naſa

ומכאבינו סבלם׃

Vmacchouenu ſeualam.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

ἀληθῶς τὰς πλήγας ἡμῶν αὐτὸς ἐβάσασε,

καὶ τὰ τραύματα τῶν ἡμῶν ἤνεγκε.

Verè plagas noſtras ipſe portauit,

Et vulnera noſtra tulit.

Quoniam quidem cùm ſcelerum noſtrorum grauiſſimas poenas pendere deberemus: ac pro noſtris flagitiis, ſempiterna ſuſtinere ſupplicia: vnus Meſſias decora & grata victima & hoſtia immaculata, Deo Patri, pro nobis immolari, mactarique voluit. Vt omnium noſtrum ſupplicia, poenáſque toleraret: ac mortem noſtram ſua morte diſſiparet.

Enimuerò (inquam) non alio potiùs nomine Regem Dauid, veri Regis Meſſiae typum nominari, par erat: quàm hoc adeò magno & pulcherrimo nomine דוד *Dauid*, quod Amorem ſignat, atque tribus literis conſtat: prima & vltima ד *daleth*, quae portam ſignificat: media autem ו *vau*, quae vncinum denotat, atque praeſefert. Si quidem naturae humanae per verum Amorem, veriſſimum Dauid, binae portae apertae ſunt. Altera creationis, & redemptionis altera. Vncinus verò arbor eſt, in quo Amor ob eximium in genus humanum Amorem pependit.

Crux ſcilicet ex quatuor lignis compacta. Iuxta verſum quem pogl. clem. 1. de ſum. trin. & fid. cathol. in ver. Cruci.

Ligna Crucis palma, cedrus cupreſſus oliua.

Neque verò hoc cuiquam nouum, aut inuſitatum videri debet: cùm

 peculiare

peculiare id fuerit illis,qui Meſſiae figura erant:nominibus nominari, quae conuenientiã quandã haberẽt cũ rebus, quae in ipſis eſſent,quibus nomina eſſent impoſita:ac praetereà etiam cũ vẽturo Meſſia. Velut exẽpli cauſa,Protoplaſtus terrenus Adam : ita dictus à rubra argilla, ex qua factus eſt. Tum quoniam ipſe erubeſcendus poſt peccatum erat,cognito quòd nudus eſſet:vt qui ob ſuam inobedientiam,ſe ſuóſque omnes poſteros ; ſpoliauerit omnibus bonis. Tum etiam, quoniam coeleſtis Adam, cuius ille figuram gerebat:totus proprio ſanguine rubendus eſſet. Vt mundi peccata vt coccinum, quaſi nix dealbarentur : & rubra quaſi vermiculus, velut lana alba eſſent.

*

LOCVS PRIMVS.

His praemiſſis dicimus quòd quemadmodum caeteri Prophetae Pſalmographi in ſuis Cantibus facere conſueuerunt : ſic & non aliter Regem Salomonem in Cantico Canticorum factitauiſſe. Vt pote, qui octies, octonis verſibus Mammas, vno, eodémque proprio & germano Hebraeorum nomine שדים *ſciadaim*, nuncupauerit : atque vndequadragies, verſibus ſex ſenis דוד *dod*, ſolo & vnico Hebraeorum linguae, nomine, cùm ſanctos Dei Amores in genus humanum, ac Sponſae in Deum : tum poëtico more Meſſiam, Dei Amantes Amicos & Electos nominauerit. Sicut in proceſſu praeſentis Annotationis patebit : in qua ex ordine de ſingulis, vtriuſque nominis locis, vt ſe habent in Cantico dicturi ſumus.

Exordium à ſecundo verſu primae partis capientes, qui in Cantico, ita ſe habet.

כי טובים דדיך מיין׃

Chi tobim dodecha mijayn.

In quo dicti primo verſu, rationis redditio eſt : cum luculenta apoſtrophe ad Sponſum. Cum enim à ſponſi oſculis, ad filias Ieruſalem, concinno admodum & pereleganti pleonaſmo, canens Sponſa, orſa eſſet.

ישקני מנשיקות פיהו׃

Iſciaceni minneſcicoth pihu.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Φιλήσει με ἀπὸ φιλημάτων τοῦ στόματος αὐτοῦ.

Oſculabitur me oſculis oris ſui.

Per ea, quae in primis duabus Annotationibus diſſeruimus : quibus Oſculabitur & Oſculis, nomina indidimus.

Hoc eſt. Deſcendet, filiae Ieruſalem, de Coelo, vt ſpopondit, ad ſtatum tempus, Amor meus, in hanc mediam mundi ſedem, ſolidam & globoſam terram : factúſque homo coelata forma Dei, vſque eò, mecum in terris deget, quouſque iter ſuae peregrinationis conficiat : atque omnia compleat, quae de eo ſcripta ſunt. Haec enim ſumma Oſculorum erat.

Ad Sponſum tum quidem, vt res & tempus poſtulabat, os ocu-

lóſque

lóſque conuerſa: ſequentibus cauſam promit ſuauiorum: aduentus eius videlicet, totiúſque redemptionis humani generis: Amores, quos ſuprà memorauimus, ex Pſalmo filiorum Chorae quadrageſimo quinto canens.

כי טובים דדיך מיין׃

Chi tobim dodecha myiayn.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

ὅτι ἡδίονες ἔρωτές σου οἴνου,

Nam vino Amores tui ſuauiores.

Quamuis enim טובים *tobim*, & ἀγαθοὶ, & meliores, vt Latinorum editiones habent, ac Graecorum Codices, ſignificans ſit: quatuor tamen cauſae, quas ſubiiciam: quamobrem, ſuauiores Latinè redderem, Graecè autem ἡδίονες, me impulerunt. Quarum eſt

Prima. Quoniam hoc Hebraicè אוב *tob*, ſignificat, vltra bonitatem. Vnde Pſal. 34.

טעמו וראו כי טוב יהוה

Tanhamu vreu chi tob iehouah.

Nos aliàs Graecè & Latinè vertimus.

Ratiocinamini & videte quoniam ſuauis eſt Deus.

συλλογίσατε καὶ ἴδετε ὅτι ἡδὺς ὁ Θεός.

Neque verò ſolùm humanitate ſuauis & oratione, ſed vndique ſuauis. Atque adeò ſuauis, vt non, vt caetera ſuauia, quae eadem ab aſſueſcentibus & crebrò vtentibus ſuauia minùs ſentiuntur: ſed qui ab aſſueſcentibus, & crebrò vtentibus, conditior, dulcior, iucundior, ſuauiórque ſentiatur in dies. Adeò quidem, vt pro eius eximia ſuauitate omnes eum amare debemus.

Pro vt etiam ita vertimus initiis Pſalmorum 106. & 107. vbi Graeci χρηστὸς tranſtulerunt: & aliis Pſalmis.

Secunda. Quoniam dulcedinis qualitatem, ſuauitas, vim & effectum laetificandi, hilarandíque ſignificat: quae in vino agnoſcimus. Sicut infrà hoc eodem primo loco videbimus: cùm cauſas deducemus, quamobrem Sponſi Amores cum vino Sponſa comparauerit.

Tertia. Quoniam proprium vini, ſuaue eſt epitheton. Vnde Ariſtoteles, cùm Rhodium vinum, & Lesbium deguſtaſſet: vtrunque (inquit) oppidò bonum, ἀλλὰ ἡδίων ὁ λέσβιος. Sed Lesbium eſt ſuauius. Theophraſtum illa voce ex Inſula Lesbo, ſibi ſucceſſorem deligens, & Menedemo Rhodio praeferens.

Quarta. Quoniam per omnia, ſuauitas cum vnguento quadrat: quod

quod odorum variorum permiſtione conficitur: valetudinis,delitiarum,amorúmque gratia. De quo in ſequenti verſu Sponſa canit.

לריח שמניך טובים׃

Lereach ſcemanecha tobim.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

εὐωδεῖ τοῖς μύροις σοῦ ἡδίοσι.

Fragranti vnguentis tuis ſuauioribus.

Hoc eſt. Summa & acerrima ſuauitate conditis. Qualia Romae locupletes,à longinquis partibus apportata, magnis ſumptibus comparabant. De quibus apud Plaut.in Moſtell.Grunio.

Non omnes poſſunt olere vnguenta exotica.

Et qualibus Maria Magdalena, non pedes tantùm coenantis Sponſi vngere, Luc.7.ſed caput etiam perfundere conſueſcebat.

ἡ δὲ οἰκία ἐπληρώθη ἐκ τῆς ὀσμοῖς τοῦ μύρου.

Et domus repleta eſt odore vnguenti. Ioan.12.

Indignantibus etiam diſcipulis propter myſterij humationis ignorationem, in magna iactura (vt illis videbatur) μύρου βαρυτίμου, precioſi vnguenti vnius alabaſtri. Matth.26. Quod ἐπάνω τριακοσίων δηναρίων, amplius trecentis veniſſet denariis. Marc.14. Qui triginta aureos noſtros valent. Huiuſmodi enim,quo coeleſtis Sponſus vngeretur idoneum:cuique eius nomen conferret Sponſa digniſſimum.

שמן תורק שמך׃

Scemen thurac ſcemecha.

Vnguentum effuſum nomen tuum.

μύρον ἐκχυθὲν τὸ ὄνομα σοῦ.

Vel potiùs quod mihi magis placet.

Fragranti vnguentis tuis ſuauioribus.

Hoc eſt: Ex tuis aromatibus, diuini verbi,animae rationalis, carníſque, compoſitis. Huiuſmodi enim vnguentum effuſum, eſt nomen Sponſi;quod quaſcunque orbis terrarum gentiúmque oras, penetrauit vt balſamum,attraxit vt nardus,atque vt Myrrha ſanauit.

Comparat autem Regum Regis Amores, Propheta cum vino, vt mihi enimuero videre videor:vt tantam eorum magnitudinem eſſe, oſtendat, vt nihil ſupra. Si quidem exculentis omnibus poculentíſque ſuauiſſimum eſſe vinum, ex eo facilè intellectum eſt: quoniam

maiori ſuauitate ſenſum perfundit,ac mulcet. Quamobrem eius voluptatis illecebris irretiti captique homines:ſic totos dies potant, vt perſonent omnia vocibus ebriorum.Sed nec ob eam cauſam tantùm, quàm ob mentis alienationem,quàm exceſſus amoris amantibus: vt multum, idémque meracius ſumptum vinum, vinoſis facit. In hoc enim non ſolùm temeto ſimillimus, verùm etiá magis efficax Amor: quòd plus propriae hic mentis Amantes, quam temulentos illud, compotes eſſe non ſinat.

Cuius quidem rei in Amore id cauſae eſt:quòd corde careant, & in alterius corpore viuant Amantes. Sicut Cato dicere conſueſcebat, cui à cenſura Cenſotius nomen partum:autore Plutarcho in eius vita. Sic Venuſinus Poëta maximam auri vim, penéque incredibilem, ad mortalium pectora cogendum, oſtendere volens, Lyricis modis cecinit.

Aurum per medios ire ſatellites
Et perrumpere amans ſaxa, potentius
Ictu fulmineo.

At non ſolùm cum illo ſucco vueo, quem iuſtus Noë & perfectus ſeruus Dei, primus inuenit, vt diuina monimenta docent: non autem Bacchus Semele & Ioue prognatus, vt gentiles autumant: Regum Regis Amores Propheta comparat: verùm etiam,vt mihi quidem in oculis animóque verſatur, cum vino ſapientiae & intelligentiae,eorundem opera Sponſi Amorum,ex ſacrae ſcripturae vinea expreſſo. Quod ſanè quidem omni latice lyaeo,omníque potione praeſtabilius eſſe,ex eo dignoſcitur:quoniam hominis voluntatem captat, mentíſque aciem à conſuetudine rerum mundi,ad conſiderationem contemplationémque rerum diuinarum abducit.

Eſt autem tota haec comparatio Sponſi Amorum cum vino,ſumpta humano more, perinde vt pat.4.Vbi Sponſum in ſcena Salomon inducit, eandem comparationem de Amoribus Sponſae facientem: ſicut infra videbimus locis 12.& 13. Cum tamen Sponſae Amores in Sponſum, ad Sponſi in Sponſam,nec eam habeant comparationem, quam terra in vniuerſo coeli complexu habet, cuius quaſi puncti inſtar obtinet.Quoniam magnitudinem Sponſae Amorum,& omnium amorum, quot ſunt, quótque fuere, quótque poſt alios erunt in annos:qui quanticunque tandem ſunt,finiti ſunt,Sponſi Amores ſuperant, qui infiniti ſunt.

Praeterquam quod, ſi rem ad certam rationis normam dirigamus,& diligentiſſimè perpendamus:ſolius Sponſi Amores,qui digne Amorum nomine appellandi ſint reperiemus. Quippe ſi amare nihil aliud eſt,niſi eum diligere, quem ames,nulla indigentia,nulla vtilitate quaeſita:quemadmodum in eo dialogo,quem de Amicitia ſcripſit,

Orator

Orator propoſuit (liceat enim mihi tanti viri,& Latinae eloquentiae magiſtri autoritatem allegare : ad Apoſtoli imitationem, qui Athenienſibus,in re non diſſimili Graecorum Poëtarum teſtimonium,inducere non haeſitauit) ſi (inquam) illud eſt amare, ſolus profectò Deus, οὐ προσδεόμενός τινος, vt Apoſtolus aiebat,non indigens alicuius, amare dignoſcitur.

Canit igitur Sponſa,voluens carmen ad Sponſum.

כי טובים דדיך מיין

Chi tobim dodecha myäyn.

Nam vino Amores tui ſuauiores.

ὅτι ἡδίονες ἔρωτες σου οἴνου.

Hoc eſt. Propter illos Amores, qui Amorem omnium amorum ſine germine,in te ipſo manere non ſiuerunt:ob eoſdem Amores,quibus, propriae perfectionis propagandae Amore, omnia creaſti:propter illos met Amores, quibus,omnium cauſa, opera tua, vt tui patres & imagines amas:ac denique ob eorūdem tuorum Amorum exceſſum, quos erga me tuam Sponſam habes,qui veriſſimi ſunt Amores,omni vino ſuauiores:venies lapſo interuallo ſtatuto, tuis me ſuauiari ſuauiis,vt me beatam ſanctámque reddas:mundans lauacro aquae,vt tecum,& apud te cōpotem tuae gloriae participem conſtituas. Vel ſic.

Nam vino Amores tui ſuauiores.

Hoc eſt. Quoniam Patriarchae & Prophetae, caeteríque viri perfecti amici tui,veteris teſtamenti, qui te Meſſiam expectabant : nouaéque legis,tui conuictores Apoſtoli,caeteríque amici teſtes vitae & reſurrectionis tuae:innumeríque Sancti,qui pro te ſanguinem ſuum fundunt:qui te confitentur, qui te praedicāt, quíque pro te ſpretis mundi delitiis,in eremis,& ſeptis vitam degunt : & reliqui fideles tui, qui ſimul cum illis me Eccleſiam faciunt:omnes te Amore proſequūtur, ac propterea Amores tui ſunt, omni vino, omniúmque quae eorum cauſa creaſti,ſuauiores,meliores,& praetioſiores : quia propter quod vnum quodque tale, & illud magis : venies Amor meus ob Amorem quem erga hos Amores habes, méque Eccleſiam tuam Sponſam oſculaberis,atque oſculādo redimes,ac redimendo ſeruabis. Sic etenim & ijdem tui Amores,tibi de beata vita gratias referentes,te omnium Amorum Amorem aeterno ſuauiantes perfruentur : atque tu Amor meus,eoſdem tuos Amores perenniter ſuauians, perpetuò eis potieris,& in eis gloriaberis.

LOCVS SECVNDVS.

SECVNDVS qui ſequitur locus Cantici, vbi Salomon eodem nomine דוד *dod*, vſus eſt: eſt verſus primae partis, paucis interpoſitis verſibus poſt principium. Vbi praeuidens Salomon, omnia diuina myſteria, quae in veteri Teſtamento, ſub figmentis quibuſdam velíſque tradita erant, poſt Sponſi aduentum, patefacta iri: quaſi veniſſet Sponſus, & iam arcana patefeciſſet, atque illuſtraſſet obſcura: hoc enim ſibi vult.

אבאני המלך חדריו:

Hauiani hammelech chadarau.

Id eſt, vt nos Graecè & Latinè vertimus.

Introduxit me Rex in conclauia ſua.

εἰσήνεγκε μὲ ὁ βασιλεὺς εἰς τοὺς μυχοὺς αὐτοῦ.

Exultantem Sponſam & laetitia geſtientem, ac tantorum meritorum memoriam conſernaturam, canentem inducit.

נזכירה דדיך מיין:

Nazchirah dodecha mÿaÿn.

Id eſt, vt nos Latinè vertimus & Graecè.

Reminiſcemur Amorum tuorum, magis quàm vinum.

μεμνήσομεν τοὺς ἔρωτας σοῦ ὑπὲρ οἶνον. Non autem.

ἀγαπήσομεν μαστοὺς σοῦ.

Diligemus hubera tua.

Verbum enim זכר *Zachar*, à quo נזכירה *Nazchirah*, non diligere, vel amare: ſed recordari, reminiſci & memorem eſſe ſignificat. Sicut Geneſ. 8. in princ. Quando poſt diluuium ſubmerſis omnibus animantibus voraginibus, ea praeter, quae erant in Arca: meminiſſe Deum de Noë Moyſes narrat.

ויזכר אלהים את נח

Vaizchor elohim eth Noach.

Et recordatus eſt Dominus Noë.

καὶ ἀνεμνήσθη ὁ Θεὸς τοῦ Νῶε.

Et eſt dictum humano more, ſicut illud ſupr. cap. 6. vbi dicitur. Quod poenituit

poenituit Deum feciſſe hominem. Non quod ibi poeniteret: neque hîc oblitus meminerit Deus, in quem non cadunt huiuſmodi paſſiones.

Et ſicut Pſal. 132. in princ. vbi Propheta Meſſiam canentem inducit: & ſuo cantu patrem rogantem, vt memor ſit ſui, ſuaéque paſſionis.

זכור יהוה לדוד

Zechor iehouah ledauid,

את כל ענותו:

Eth chol nhunnotho.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Memento Domine Dauid,

Atque omnis paſsionis eius.

μνήσθητι Κύριε τοῦ Δαβίδ,

Καὶ παντὸς τοῦ παθήματος αὐτοῦ.

Hoc eſt. Reminiſcere pater aeterne paſſionis meae filij tui myſtici Dauid, id eſt, Amoris. Amor enim דוד *Dauid,* ſignificat mutatione punctorum. Et paſſionem eius ſignificat ענותו *nhunnatho,* à verbo ענה *nhanah.* A quo in ſymbolo Apoſtolico.

נענה תחת פונסיאו פילטו:

Nenheneh thachath Ponſio Pilato.

Paſſus ſub Pontio Pilato.

παθόντα ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου.

Certum enim mihi eſt, quod quandocunque memineris, memineris autem ſemper, mei Amoris, eiuſdémque tui, quippe vnus ſumus Amor: minimè amarus eris. Immò reſpiciens in faciem mei Chriſti tui, quem ob exceſſum tui Amoris erga Eccleſiam meam Sponſam, miſiſti in mundum, vt per me mundus ſaluus fieret, qui perierat: omnem acerbitatem, ex hominis rebellione contractam, in dulcedinem vertes. Ac mirificè placatus, pacatúſque omnibus, in nomine meo clementiam poſcentibus, indulgebis. ח

Certum enim mihi eſt, quòd quandocunque memoria repetes, repetes autem perpetuò, quàm multos dolores, angores, moerores, cruciatúſque ſuſtulerim: quam multas poenas, aſperitates, triſtitias, anguſtiáſque paſſus ſim, in vitae curriculo, quod praeſcripſiſti: vſque eò vt quaſi ouicula in laniena diſcerptus interij: iuſtum iudicium tuum damnationis hominis, rei propter ſuam inobedientiam, ad miſericordiam flectes, & ad benignitatem lenies, atque ad gratiam reſtituendam mitigabis. ח

Et nomen דדיך *dodecha*, Amores tuos ſignificat: Non autem mammas, vel hubera, quae foeminei ſexus propria duntaxat, & non promiſcua, vel virilis ſunt. Vtpotè cùm foeminco ſexui, hubera ſpeciatim ad nutrimentum, omnium ab initio ſpecierum, data ſint, vt alat hubere foetus: virili verò ad ornatum tantùm, praeter tutelam & fomentum intrinſecus partium adiacentium. Vt Galenus ſcripſit. Περὶ χρείας τῶν ἐν ἀνθρώπου σώματι μορίων. De vſu partium. Videlicet ἡ-
Ἡ κατὰ τοὺς μαστοὺς ἀδενώδης οὐσία, καὶ φύσις, σκέπασμά τι ἅμα τῆς καρδίας ἐστὶ, καὶ θερμαινομένη πρὸς αὐτῆς, ἀντιθερμαίνει. Id eſt, quemadmodum nos vertimus. *Quae circa hubera glanduloſa ſubſtantia eſt, & potentia, propugnaculum ſimul eſt cordis, & calefacta ab eo recalefacit.* Quae vtriuſque quidem ſunt ſexus communia, magis tamen mulieris propria. Quoniam in foeminco ſexu, ob tumorem, & vt Galenus inquit, εἰς ὄγκον μέγαν, ob magnam molem: cor ambo ſtipantes, plus calefaciunt. Quod à ſagaci natura prouiſum eſt, quoniam maribus foeminae frigidiores. Vnde ſi hoc Cantici exordio, Sponſi perſonam de Sponſa loquentem Salomon induceret: & ij verſus

Quia meliora ſunt hubera tua, vino.

Diligemus hubera tua, ſuper vinum.

Sponſi eſſent ad Sponſam: forſitan ſuſtineri poſſet, per nomen דדיך *dodecha*, hubera tua Salomonem intellexiſſe. Sed cùm in ſcena ab exordio δράματος, vſque ad verſum. *Si ignoras tu.* Sponſam Salomon inducat, aequam atque honeſtam poſtulationem ſuam, Sponſo exponentē, dicere nequimus. Cùm maximè, ſicut inferiùs videbimus, vbi Sponſus & chorus puellarum, Sponſae laudes concinunt: & ipſa met Sponſa, de paruulae ſororis, huberum carentia moeret: ſibíque met ab huberibus laudes tribuit, ſemper in textu Hebraeo, proprio & genuino Hebraeorum nomine שדים *ſciada'm*, hubera appellantur. Sicut etiam in Pſalmis. Vt Pſal. 22. qui totus eſt de paſſione. In quo cùm Meſſias in Cruce pluribus flebilibus verſibus, quos fundebat gutture tremulo, quanta à Iudaeis pateretur, commemoraret: à Deo ex eorum impiis manibus eripi poſtulans & defendi: cauſam quare eius patrocinium deſerti, ſuſcipere debeat, filiationis affert. Inde vſque repetens, cùm de aluo Virginis matris, omnibus omninò clauſtris virginalibus clauſis, miraculosè ab illo extractus, exiuit. Non ſecùs ac, cùm poſt immaturum acerbiſſimúmque interitum, tertia die reſurgens à mortuis, è ſepulchro, magno lapide ſepto, in quo fuerat humatus, egreſſus eſt, operculo non amoto. Neque ſecùs ac, cùm paucis poſt diebus, quàm reſurrexerat, illud conclaue ſemel, atque iterùm, ianua clauſa intrauit, in quod erant diſcipuli congregati: ſtetitque in medio eorum. Cùm in caeterorum omnium hominum ortu, qui naturaliter naſcuntur, porta matricis ſuapte natura tantùm dilatetur, vt

ad eden

ad edendum partum ſufficiat. Itémque tempus in memoriam redigens, cùm adhuc etiam in cunis vagiens, ac mammam mammae ſugens, in eo omnem ſuam ſpem fixèrat & locauerat.

כי אתה גחי מבטן
Chi atthah ghochi mibbaten.
מבטיחי על שדי אמי׃
Mabtichi nhal ſcede immi.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Namque de ventre tu extractor meus,
A matris mammis tu fiducia mea.
ὅτι σὺ μοῦ ἐκσπάστης ἀπὸ γαστρὸς,
ἐλπωρὴ μοῦ τῆς μητρὸς ἀπὸ μαστῶν.

Et hoc nomine שדים *ſciadaim*, vbi vbi in ſacra priſca pagina huberum mentio fit, hubera appellantur. Sicut etiam hac prima parte Cantici circa finem: vt iam iámque videbimus, cùm tres locos vnà complectemur: duos nominis דוד *dod*, tertium & quartum: & vnum primum nominis שוד *ſciod*. Quamobrem ſi etiam principio Cantici canere voluiſſet.

Quia meliora ſunt hubera tua vino.
Memores erimus huberum tuorum.

Vel, quemadmodum in Graecis habetur codicibus.

ἀγαπήσομεν μαστοὺς σοῦ ὑπὲρ οἶνον.

Eodem nomine שוד *ſciod*, vti potuiſſet, & ad carmen accommodare. Ineſt autem hoc verſu Sponſae,

Reminiſcemur Amores tuos, magis quàm vinum.

grati animi officium Sponſae, erga autorem ſalutis ſuae. Nam quoniam Sponſus Amor non ſolùm apertiſſimè & planiſſimè omnia diuina myſteria, toto veteri Teſtamento fuſa, explicauit enodauítque: ſed expleuit etiam quae de eo erant: quamobrem nullam partem eius meritorum, quae caeterorum omnia merita longè excellunt, non modo referenda, ſed ne cogitanda quidem gratia Sponſa conſequi poſſe cognoſcit: eius Amorum, plus vino, quo nil dulcius, nil amabilius, nil ſuauius poteſt nanciſci, perpetuò memoriam habituram profitetur: vt eam nulla vnquam vetuſtas obruat, nulla deleat obliuio.

Eius Amorum plus vino quo quaecunque exculenta & poculenta optimi ſaporis palato videntur, in quo eſt ſenſus guſtatus, ſignificantur: memoriam conſeruaturam promittit.

Eius

Eius Amorum plus vino,quo princeps omnium virtutum illa ſapientia,quam σοφίαν Graeci vocant, ſignificatur: memoriam retenturam pollicetur.

Et iure meritò,quando Amores Sponſi cauſa fuerunt:vt quam ab omni aeternitate Sponſus amarat, in tempore ſibi deſponderit: ac tum demum per coniunctionem, iuſtas nuptias Sponſus & Sponſa inter ſe contraxerint. Quod tunc quidem completum eſt,cum Sponſae formam Sponſus accipiens,homo factus eſt. Sicut non ſuſpenſa, & caeca ſpecula, ſed certa & comperta ſpe Sponſa futurum ſciebat, celebrabat, diuulgabat & decantabat.

ישקני מנשיקת פיהו:

Iſciaceni minneſcicoth pihu.

Id eſt,quemadmodum nos vertimus.

Oſculabitur me oſculis oris ſui. Non autem. *Oſculetur.* Vel. *Vtinam oſculetur.*

LOCVS

LOCVS TERTIVS ET QVARTVS, ET MAMMAE I.

TERTIVS & Quartus, qui in ordine ſequuntur loci Cantici, ex iis, quos hac Amoris Annotatione, Amore Duce, commentandos ſuſcepimus: vbi Salomon eodem nomine דוד *dod*, vſus eſt: ſunt verſus primae partis, paulùm ante finem. Quorum ſecundus, primus locus, ex illis octonis eſt verſibus: in quibus repraeſentator Propheta: ad amantium morem alludens, quae flores odoréſque, in ſinu geſtare conſueuerunt: peculiari & praecipuo, linguae Sanctae nomine שדים *ſciadaim*, (de quo modò etiam planè dicebamus) Hubera nominauit. Et Hubera LXXII. tranſtulerunt.

ἀνὰ μέσον τῶν μαςῶν μȣ.

In medio huberum meorum.

Vt iam non ſit dubitationi locus, non דדיך *dodecha*, ſed שדים *ſciadaim*, Hubera, Hebraeis eſſe: ipſorum etiam LXXII. omniúmque Graecorum & Latinorum, quotquot verterunt autoritate. De quibus huberibus, illico poſt Praemiſſa, verba fecimus, & nunc ſimul cum Amoribus coniunctè agemus, vt verſuum coniunctio allicit: qui in archetypis Hebraicis ita ſe habent.

צרור המור דודי לי

Tſaror hammor dodi li.

בין שדי ילין

Ben ſciadai ialin.

אשכל הכפר דודי לי

Aſchol hacchofer dodi li.

בכרמי עין גדי

Chechar me nhen ghedi.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Faſciculus Myrrhae Amor meus mihi,

Inter Hubera mea demorabitur.

Racemus liguſtri Amor meus mihi
Sicut in vineis fons Gaddi.

ἀπόδεσμος τῆς σμύρνης, ἔρως μου ἐμοὶ
μεταξὺ τῶν μαστῶν μου χρονίσει.
βότρυς τῆς κύπρου, ἔρως μου ἐμοὶ,
ὡσεὶ πηγὴ ἐν ἀμπελῶσιν Γαδδί.

Non autem ἀδελφιδὸς μου, filius ſcilicet fratris mei, vel ſororis : quos lingua Hebraea ſimpliciter exprimit, בן אחתי *Ben achothi*, filius ſororis meae : & בן אחי *Ben achi*, filius fratris mei. Geneſ.12.

Neque ἑταῖρος, ſodalis, vel ſocius : qui חבר *chauer*, Hebraeis eſt. Pſal.119. octauo octonario, & par.1.Cantici.

Quomodo ſi Sponſum Amorem ſuum Sponſa appellare voluiſſet : eiuſmodi nominibus nuncupaſſet, Sicut par.vlt. in princ. fecit: cum ipſum coram alloquens, fratris nomine ſic affatur.

מי יתנך כאח לי

Mi itthenecha cheach li.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

τίς δώσει σε, ὡς ἀδελφὸν μου.

Quis dabit te vt fratrem meum.

De quo nunc non agimus:quia de propoſitis eſt locus. Agemus autem hac eadem Annotatione, poſt 37. locum Amoris : ſuo proprio loco,qui erit Mammae ſextus ex octonis.

Amorem enim, amantium more (vt diximus) his,aliiſque verſibus,quos Amore auſpice commentabimur : amantem ſuum , diuino admodum,& coeleſti nomine,vt Poëtae aſſolent,Salomon Sponſam, Sponſum, nominare facit. Sicut Ouid. cum Penelopem ſcribentem inducit.

Eſſe peregrino captus amore potes.

Hoc eſt, peregrina amante,vel amica. Ad virum Vlyſſem : qui Troia capta , in errore diuturno Calypſo , Circéque inſeruiens, liberos ex ambabus ſuſcepit. Quamobrem cum ſibi φίλον καὶ ἀκοίτην , amicum & maritum, Calypſo vocantem inducit Homerus:cum in Deos indignata Nympha, eius miſſionem cum Mercurio dolet.

Ec quo enim, quaeſo, magis apto, magiſque congruenti nomine Amoris,ſuum Sponſa creatorem,ſuúmque eundem amantem,appellare potuiſſet? Qui vſque adeò eius amore flagrabat:vt eius Amore, de ſinu ſummi Patris,de altiſſimo ſolio dignitatis, de puriſſimo omníque alterationis experte, extimo coelo : ad terram infimam mundi

partem,

partem, vbi corruptioni obnoxia ſunt omnia, deſcendere deſtinauerat:& amatae ſalutis ergo,omnia probra,maláque ſuſtinere & perpeti:mortémque omnium miſerabiliorem,& aſperiorem ſubire,qua facinoroſi ſceleſtique plecti ſolerent?

Et haec de nomine דודי *dodi*, quod Amor meus, eſt à nobis conuerſum, hactenus. Et ad reliqua, quae circumſpectione & accurata conſideratione, digna his verſibus conſpiciuntur: tranſitum faciamus. Myrrham ſiue Stacten:& Balſamum,qui Borrus Cypri, id eſt, liguſtri racemus:& Fontem Gaddi,& Hubera. Quorum Myrrha & Balſamum:quorum alterum,corpora ne putreſcant aſſeruat: alterum carnem oblitam,venas, ſubiectáque corpori oſſa,ſine vlla offenſione permanat:rum ſummam caſtimoniam celſiſſimae omnium creaturarum Virginis matris:quae grauida è flamine Sancto,vt tantam maieſtatem decebat: mire Deū & hominem,illaeſa pudicitia peperit concepitque:tum inuiſibilem in Eccleſiam, Amoris,abditas & penetrales fidelium animas,templa eiuſdem Amoris, cum foecunditate penetrationem: eiuſdémque Eccleſiae ab omni labe & eluuie conſeruationem figurant. Fons verò,qui ſolis ardore, incenſos Bacchi colles & Cereris vſta arua refrigerat: eiuſdem Eccleſiae ab aeſtu, & feruore mundi refrigerationem oſtendit. Quam planè & apertè Pſalmographus ſignificauit Pſal.66. In quo ad gratias Deo habendas agendáſque,eam,quae ex gentibus, pro reiectis Iudaeis,conuerſa eſt Eccleſia, allicit. Cum pluribus ad medium, Amoris beneficiis commemoratis:plurimíſque identidem percenſitis anguſtiis: quibus Eccleſia variè iactata eſt,quàm qui maxime:tranſiuimus (inquit) per ignem & aquam.

ותוציאנו לרויה

Vatthotſienu laruaiah.

Id eſt,quemadmodum nos vertimus.

καὶ ἐξήγαγες ἡμᾶς εἰς ἀναψυχήν.

Et eduxiſti nos in irrigationem.

Vt à contrariis ſupple curaremur.

Hoc eſt. Quoniam nec cum omnia ex voto nobis acciderunt, foelicéſque exitus ſucceſſúſque habuimus: nec cum omnia aduerſa nobis euenerunt: cunctáque noxia & inimica fuere: à recto tramite diſceſſimus vnquam. Si quidem tu Deus,in aquis tribulationum, ne mergeremur, adiutor fuiſti:néve in ardoribus proſperitarum incenderemur,opem tuliſti. Sicut per Iſai.pollicitus es,cap 43.Eduxiſti nos in irrigationem: donando vitam aeternam. Ea eſt enim domus Dei coeleſtis, de qua Propheta exequitur.

Introibo in domum tuam.

Ipſáque locus eſt,qui dicitur nomine גדי *ghedi.* Gaddi , quod interpretatur, foelicitas. Ibíque fons eſt, de quo in hoc loco Cant.& apud Ierem.2. à quo omnibus vita emanat. Sicut habetur Pſal.36.10. vbi vocatur מקור חיים *Mecor chaijm.* Id eſt, vena vitae. Atque ipſe eſt fons vinearum,id eſt, beatorum. Ipſi namque beati de eo fonte potantes inebriantur, eod. Pſal. 36.9. Ob ſummum videlicet bonum, ſummam foelicitatem , fruitionem Dei, arcana Dei, quae in mundo degentibus ſunt incognita.

Hubera autem,quid aliud conſultò ſignificabant occultè:niſi glorioſiſſimae Virginis Mammas : quas matris in vlnis, eiuſdémque Sponſae, recumbens puer lactens ſuxit Amor? Praeter propter duo Teſtaméta, Hebraeorum & Chaldaeorum, ac Graecorum literis edita & reſignata. Quorum manſam doctrinam,ad alimentum animarum, vna Eccleſia, ab vnitate crediti obiecti Paſtrix Sponſa fidelibus:vt lac pueris,nutrices infantibus,in os inſerit. In quibus equidem Deus, inſtar odorum in medio Mammarum , pernoctat, commoratúrque. Vt ſi de illo quempiam indagare, deſiderium teneat:ea ſcrutando,apprehendere valeat, licet non comprehendere. In altero figuratè, ſub ſignis & vmbris: in altero verò re & veritate.

LOCVS

LOCVS QVINTVS.

QVINTVS, qui ſequitur locus Cantici, vbi Salomon, eodem nomine דוד *dod*, vſus eſt, eiuſdem primae partis, finis verſus eſt: ſecundum octuplam LXXII. partitionem, quā ſequimur, à vulgata Latina editione & pleriſque vertentibus retentam. Vbi Salomon poſtquam Sponſum in ſcena, tum generatim ornatiſſimam laudationem formoſitatis, praeſenti Sponſae & audienti impertientem induxit: tum particulatim ab oculis, à quibus etiam quarta parte, eandem ſuam Sponſam, laudat Sponſus, eodem verſu repetito: prout etiam parte quinta ad medium, Sponſum Sponſa, cum Choro gratioſa, carminibus, eius partes depingit: continuò Sponſam Eccleſiam, eadem laudatione, ſuum Sponſum Amorem, laudare facit.

הנך יפה דודי

Hinnech iaſah dodi.

אף נעים׃

Af nanhim.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Ecce tu formoſus Amor meus,
Etiam iucundi.
ἰδοὺ σὺ καλὸς ὦ ἔρως μου.
ἔτι τερπνοί.

Et verè formoſus, cuius, cum totius corporis partes, totáque figura & forma & ſtatura, & compoſitio membrorum, ac lineamentorum conformatio, omnium hominum dignitatem vincunt & venuſtatem: tum omnium animae potentiarum, potentiſſimas facultates, & omnium virtutum habitus, gratiarúmque omnium infuſiones, quorumcunque mortalium gratias & virtutes, ſuperant, ac potentias. Quemadmodum in Pſalmo Amorum 45. diuinitus ſcriptum eſt.

יפיפית מבני אדם׃

Ioſiafitha mibbene Adam.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Formoſus factus es prae filijs hominum.
καλεποιήθης ὑπὲρ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων.

Tu ſpecies hominum generator, omniúmque creaturarum. Non ſolùm autem propter diuinitatem: ſed etiam propter humanitatem. Quippe qui tua eximia facies & praeclarus aſpectus, ac tui pulchritudo corporis, cum aptiſſima omnium compoſitione membrorum, oculos aſpicientium mouet, & delectat: hoc ipſo, quod cum coloris quadam ſuauitate omnes partes cum maximo lepore, cônſentiunt.

Verè Amor meus. Qui vt Sponſam tantopere iuuaret: *ἐκένωσε ἑαυτὸν*. vt Apoſtol. inquit ad Philip. cap. 2. exinaniuit ſcilicet ſeipſum. Quando coelata forma Dei, formam Sponſae tanto honore dignatus eſt, vt in eius habitu, in hoc mundo reperiri voluerit: comprehendi à peccatoribus, loris caedi, doloribus cruciari, in crucem tolli, morique: vt mortis Sponſae, mors ipſe eſſet & finis.

Verè iucundi.

Singularitatem, cum pluralitate coniunxit: ad indiuiduam vnius Deitatis ſubſtantiam deſignandum, in perſonis diſtinctam. Quando cum Amore Sponſo, eodémque Meſſia, qui genuit Pater ſimul eſt, & alius Paracletus, ab ambobus procedens. Tres in vno, vnus in tribus.

* * *

LOCVS

LOCVS SEXTVS.

SEXTVS locus Cantici, vbi Salomon eodem nomine דוד *dod*, vſus eſt, ſecundae partis, prope initium verſus eſt: vbi poſtquam Sponſum in ſcena induxit Propheta, Roſae Sponſam, comparantem, & Paſtricem appellantem: de quibus, duabus propriis Annotationibus, acturi ſumus: excellentiam continuò, praeſtantiámque Sponſi, Salomon deſcribens: eam inter Sponſum, caeteróſque homines, differentiam eſſe, Sponſam canentem inducit, quae inter malum eſt, ac caeteras nemoris arbores.

כתפוח בעצי היער

Chethafuach benhetſe haianhar.

כן דודי בין הבנים׃

Chen dodi ben habbanim.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Sicut malus inter arbores nemoris.
Ita Amor meus inter filios.

ὡς μῆλον ἐν τοῖς δένδροις δρυμοῦ.
οὕτως ὁ ἔρως μου, υἱῶν μεταξὺ.

Cum enim abies & platanus patulis diffuſa ramis: caeteraéque arbores nemorum, robur, quercus cerrus, ilex ſuber, fagus & eſculus: cum vmbram reddant, caeterum non frugiferae, ſed glandiferae glandes gignant: quibus pecudes paſcuntur, non homines: vt quidam de priſcis ſeculis crediderunt, ignari glandis appellatione omnes fructus contineri, quemadmodum Vlpianus, Iabolenus, & Caius prodidere, l. 1. ff. de glan. leg. & l. qui venenum, §. glandis. ff. de verbor. ſignificat. ſola malus arbor, Eccleſiae Amor Sponſúſque Chriſtus Dominus, ſapientia Dei, cum vmbram amoeniſſimam, & ſaluberrimam praebeat: tum malis Heſperidum aureis, cunctíſque opibus, omnibúſque deſiderabilibus, poma pretioſiora procreat: ſenſus hominis laetificantia, viſu decora, olfactu fragrantia, guſtúque dulcia, & ad veſcendum vtilia. Gratiam ſcilicet viae & veritatis: ſpem viae & virtutis: fructus

fructus honoris honeſtatis & aeternitatis. Prouerb.3. Eccleſiaſt.24. Pſal.18. & Pſal.119. nono octonario.

Quaſi diceret Sponſa. Quanto malus arbor caeteris ſylueſtribus arboribus enitet: quanto vbi opacat, vtilem magis & ſalutarem aërem impertit: quanto glandibus ſunt meliora poma: quanto homo, qui his veſcitur, reliqua omnia animantia, quae illis veſcuntur, excellit: tanto meus Sponſus coeleſtis, qui eſt Amor meus, reliquis omnibus terrenis hominibus praeſtare dignoſcitur.

LOCVS SEPTIMVS, ET OCTAVVS.

LOCI Septimus & Octauus Cantici, vbi Salomon eodem nomine דוד *dod*, vſus eſt: eiuſdem ſecundae partis, ſecundùm ·LXXII. partitionem, & vulgatam Latinam editionem, verſus ſunt: qui eorum, qui tragicomoediam faciunt, initium ſunt ſecundi actus: tertiae autem partis exordium, eorum, qui in decem partes Canticum ſecant. In quibus Salomon myſterium incarnati verbi: ac redemptionis humanae, arcanq deſcribit. Cùm ſcilicet è celſiſſima ſede: de ſinu ſummi patris aeterni, ad terram, Virginis in gremium Amor ſiliit. Cùm aluo latens, Galileae & Iudeae montes ſemigrauit. Cùm puer lactens, in gremio matris ſedens, mammam appetens, à Paleſtina Aegyptum: & ex Aegypto Paleſtinam ſeceſſit. Et cùm denique vir factus, (ne ſingulos ſaltus enumerem) atque ore proprio cum Eccleſia locutus, legémque interpretatus & Prophetas, ſacramentíſque ritè & ſolemniter inſtitutis: ac lege Euangelica ſancita: omnibúſque aliis, quae in Prophetis & Pſalmis, de eo ſcripta erant, adimpletis: & velociſſimè expeditis, inſtar Caprearum & Ceruorum curſus: crucem ſubiit, infernum penetrauit, coelóſque ſcandidit. Cùm enim anteà ſaepè Deus cum Eccleſia ſermones habuiſſet: loquens primoribus progenitoribus Patriarchis & Prophetis, ſeruíſque & amicis ſuis per Angelum: tunc non per Angelum, ſed per ſemetipſum, per filium ſuum, exiguo & anguſto tempore, trium & triginta annorum: quibus exitum inſtitutae rei Amor Sponſus confecit: cum Eccleſia Deus colloquia habuit.

Loquens cum Sanctiſſima Virgine Matre, cum Nutritio, cum Praecurſore, caeteríſque cognatis: cum Apoſtolis, Diſcipulis, Sacerdotibus, Doctoribus, Pontificibus, Iudicibus, ſcribíſque Phariſaeíſque: & cum Lazaro & ſororibus, ac Samaritana, Chananea, & Moecha: atque cum infirmis, hydropicis, paralyticis, leproſis, caecíſque: nec non cum publicanis, trapezitíſque, & cum proditore, lictoribus & latrone: & cum omni genere peccatorum, virorum ac mulierum: docens & ſanans omnes.

Vnde bene canit Sponſa.

קול דודי הנה זה בא
Col dodi, hinneh zeh ba,
מדלג על ההרים

Medallegh nhal heharim,
מקפץ על הגבעות
Mecafets nhal hagghenanhoth.
דומה דודי לצבי
Dome dodi litſui,
או לעפר האילים
O lenhefer haaialim.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

φωνὴ ἔρωτος μου, ἰδοὺ αὐτὸς ἦλθεν (per Aoriſtum.)
ὀρχεόμενος ἐπὶ τὰ ὄρη
προσαλλόμενος ἐπὶ τοὺς βουνούς.
εἰκώς ἐστιν ὁ ἔρως μου τῇ δορκάδι
ἢ τῷ πώλῳ τῶν ἐλάφων.

Vox Amoris mei, en ipſe venit. (tempore praeterito.)
Saltans ſuper Montes,
Tranſiliens ſuper colles.
Par eſt Amor meus Capreae
Atque catulo Ceruorum.

Non autem vt in Graecis Codicibus.

φωνὴ ἀδελφιδοῦ μου, ἰδοὺ ἥκει.
Vox Nepotis mei ecce venit.

Per praeſens tempus. Nihil enim, hic Cantici locus dubitationis habet: quin בא *ba*, venit, praeteritum tempus ſit.

Per vocem autem, auxilium intelligitur Meſſiae: cum Eccleſiae atque omni animae fideli, in neceſſitatibus fert opem. Per montes autem & colles, Iudaeorum ſuperbos Praeſides, ipſúmque Pilatum, magiſtratúſque, accipere debemus: quos Dominus noſter, in paſſione citò tranſiliit. Velut Caprea catulúſque Ceruorum; quorum in montibus ſaltibúſque mira eſt celeritas.

Montes namque dicuntur daemones & ſuperbi. Quales Caiphas & Herodes, Anna & Pilatus fuerunt, & quotquot Chriſtum occiderunt. Et qualis omnis peccator, cùm delinquit.

Vel etiam per montes & colles accipere poſſumus Coelum, & ſinum aeterni Patris: vnde ſaliens Meſſias ad nos venit. Quoniam à ſummo coelo egreſſio eius: & occurſus eius, vſque ad ſummum eius. Pſalmo decimo nono.

LOCVS

LOCVS NONVS.

NONVS locus Cantici nominis דוד *dod*, eiuſdem ſecundae partis vulgatae editionis, ſuperioribus verſibus, proximus verſus eſt: qui in Hebraeorum Codicibus ita ſe habet.

ענה דודי ואמר לי

Nhana dodi vaomar li.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

ἐπήκουσε ὁ ἔρως μοῦ, καὶ εἶπε μοί.

Exaudiuit Amor meus, & dixit mihi.

Ad cuius intelligentiam dicimus. Quod cùm ob originale peccatum, primorum parentum, qui in dignitate creati non intellexerunt. Pſalmo quadrageſimo nono, verſ. 12. Quoniam çùm Deo parere deberent, & audientes eſſe, ſuggerente diabolo, in tantám ſuperbiam deuenerunt, vt cum Deo ſe aequari putauerint: altè nimirùm cecidiſſet homo, qui deperdito ſtatu gratiae, maiores honores, quibus ornatus fuerat, amiſit: atque eiectus de paradiſo voluptatis, in infinitis miſerrimis miſeriis poſitus, pro Deo, iumentis aequatus eſt; quae terram fodiunt, plauſtra trahunt, ſarcináſque portant & impedimenta.

Sic igitur, cùm in eo ſtatu, vſque à rerum primordiis, per multa ſecula, in maioribus tenebris, quam quondam Aetneorum ignium, finitimae regiones: infoelix Sponſa conſtituta, afflictam calamitatibus, aerumníſque, atque luctu vitam duceret: ſummè à Deo petiiſſet, atque contendiſſet enixè, vt mitteret promiſſum filium ſuum ad ſaluandas gentes. Iámque maturo tempore, adueniſſet Sponſus, ac Sponſae apparuiſſet. Ea laetitia exultans Sponſa, gaudium continere, non quiuit: quin promeret, & procompertam ſalutem à Sponſo datam, populis nationibúſque omnibus núciaret. Narrat igitur primum, aequae atque honeſtae, Eccleſiae poſtulationi, votíſque, non ſolùm annuiſſe Sponſum Amorem ſuum: verùm illuſtribus etiam verbis, ac glorioſo facto, Eccleſiae voluiſſe ſalutem. Cùm canit,

ענה דודי

Nhana dodi.

Exaudiuit Amor meus.

ἐπήκουσε ὁ ἔρως μοῦ.

Et tum poſteà commemorat, quomodo ab hyemis ſterilitate : temporibus videlicet praeteritis, à creatione mundi, vſque ad Meſſiae aduentum, quibus infidelitas regnauit : ad veris fertilitatem, cum toto orbe terrarum, gentiúmque omnium, fides propagata eſt : ipſam euocauerit Eccleſiam Sponſam ſuam. Cùm ſubdit.

ואמר לי

Vaomar li.

καὶ εἶπε μοι.

Et dixit mihi.

קומי לך רעיתי

Cumi lach ranhiathi.

Surge tu Paſtrix mea.

ἀνάστηθι σὺ ὦ ποιμὴν μου.

De quo in alia Annotatione agemus, cui titulus Paſtrix erit, loco 4.

LOCVS

LOCVS DECIMVS.

Decimvs locus Cantici nominis דוד *dod*, eiuſdem ſecundae partis, ad finem verſus eſt, illico poſt figuram Vulpium: falſam videlicet eorum doctrinam, qui ſacram Scripturam deſtruere fruſtrà conantur. Sicut olim Scribae & Phariſaeorum & Sadducaeorum ſectae: eorum commentitiis futilibúſque traditionibus. Quamobrem ab illorum fermento, cauere Diſcipulos Dominus iuſſit, Matth. 16. Mar. 8.

Et ſicut omnibus Eccleſiae temporibus haeretici. Qui ſuis fictis dogmatibus, & fraudolentis eruditionibus, diſcipliníſque & interpretationibus adulterinis: orthodoxas Catholicae Eccleſiae ſententias deturbare, & ſubuertere niſi ſunt. Sicut Arius Presbiter Alexandrinus, & Macedonius Epiſcopus Conſtantinopolitanus. Qui adeò impias de Diuinitate opiniones diſſeminarunt: quas Nicena & Conſtantinopolitana ſynodus damnarunt. Huiuſmodi enim eiici de Vinea Amor mandauit. Non ſolùm vt indignos participationę ſacrorum: ſed etiam, quia caeteros prauis eorum ſermonibus deprauant. Quemadmodum in ouibus contingit: dum

Morbida facta pecus, totum corrumpit ouile.

Quod D. Petrus Alexandrinus de Ario ſtatuit: cùm eum, à fidelium communione ſeiunxit. Sicut Euſebius, & Beda teſtantur. Poſt igitur illud praeceptum de Vulpeculis confeſtim verſus conſequitur, loci Decimi nominis דוד *dod*. In quo Regius Propheta Salomon Sponſam inducit, Amorem, ſuum Sponſum appellantem: dum ſibi à Sponſo, mandata; & à ſe à Sponſo poſtulata renunciat.

דודי לי ואני לו
Dodi li veani lo,
הרעה בשושנים
Haronheh baſcioſciannim.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

ἔρως μου ἐμοὶ, κἀγὼ αὐτῷ
ὁ ποιμαίνων τοῖς ῥόδοις.

Amor meus mihi, & ego illi
Qui paſcit Roſis.

Et tum poſteà commemorat, quomodo ab hyemis ſterilitate: temporibus videlicet praeteritis, à creatione mundi, vſque ad Meſſiae aduentum, quibus infidelitas regnauit: ad veris fertilitatem, cum toto orbe terrarum, gentiúmque omnium, fides propagata eſt: ipſam euocauerit Eccleſiam Sponſam ſuam. Cùm ſubdit.

ואמר לי

Vaomar li.

καὶ εἶπε μοί.

Et dixit mihi.

קומי לך רעיתי

Cumi lach ranhiathi.

Surge tu Paſtrix mea.

ἀνάστηθι σὺ ὦ ποιμὴν μοῦ.

De quo in alia Annotatione agemus, cui titulus Paſtrix erit, loco 4.

LOCVS

LOCVS DECIMVS.

DECIMVS locus Cantici nominis דוד *dod*, eiuſdem ſecundae partis, ad finem verſus eſt, illico poſt figuram Vulpium: falſam videlicet eorum doctrinam, qui ſacram Scripturam deſtruere fruſtrà conantur. Sicut olim Scribae & Phariſaeorum & Sadducaeorum ſectae: eorum commentitiis futilibúſque traditionibus. Quamobrem ab illorum fermento, cauere Diſcipulos Dominus iuſſit. Matth. 16. Mar. 8.

Et ſicut omnibus Eccleſiae temporibus haeretici. Qui ſuis fictis dogmatibus, & fraudolentis eruditionibus, diſcipliniſque & interpretationibus adulterinis: orthodoxas Catholicae Eccleſiae ſententias deturbare, & ſubuertere niſi ſunt. Sicut Arius Presbiter Alexandrinus, & Macedonius Epiſcopus Conſtantinopolitanus. Qui adeò impias de Diuinitate opiniones diſſeminarunt: quas Nicena & Conſtantinopolitana ſynodus damnarunt. Huiuſmodi enim eiici de Vinea Amor mandauit. Non ſolùm vt indignos participationę ſacrorum: ſed etiam, quia caeteros prauis eorum ſermonibus deprauant. Quemadmodum in ouibus contingit: dum

Morbida facta pecus, totum corrumpit ouile.

Quod D. Petrus Alexandrinus de Ario ſtatuit: cùm eum, à fidelium communione ſeiunxit. Sicut Euſebius, & Beda teſtantur. Poſt igitur illud praeceptum de Vulpeculis confeſtim verſus conſequitur, loci Decimi nominis דוד *dod*. In quo Regius Propheta Salomon Sponſam inducit, Amorem, ſuum Sponſum appellantem: dum ſibi à Sponſo, mandata; & à ſe à Sponſo poſtulata renunciat.

דודי לי ואני לו
Dodi li veani lo,
הרעה בשושנים
Haronheh baſcioſciannim.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

ἔρως μοι ἐμοὶ, κἀγὼ αὐτῷ
ὁ ποιμαίνων τοῖς ῥόδοις.
Amor meus mihi, & ego illi
Qui paſcit Roſis.

Non autem, vt in vulgatis exemplaribus.

Dilectus meus mihi, & ego illi,
Qui paſcitur inter lilia.

Nam verbi הרעה *haronheh*, cùm eam eſſe ſententiam, plurifariam opinatus eſſem, vt agendi figuram, non autem patiendi haberet: non me meam, ea de re, opinionem fefelliſſe, paucis ab hinc diebus comperimus. Nam cum noctis extremo, priuſquàm diluculararet, dum nihil ſomni eſſet, librum Pſalmorum mihi dari petiiſſem: fortè euenit, dum aperirem, non ſponte, neque opera conſulta, vt in Octuageſimum Pſalmum inciderem, cuius is eſt exorſus.

רעה ישראל האזינה
Ronheh Iſrael haazinah.

Qui ne dum Graecè à L X X I I. ſed ab omnibus, qui de Hebraeo, vel Graecè, vel Latinè reddiderunt; ſine controuerſia, in eandem ſignificationem vertitur.

ὁ ποιμαίνων τὸν Ἰσραὴλ πρόσχες.
Paſcens Iſrael auſculta.

Tu Meſſias, Dei filius, qui populum Iudaicum regis, auſculta, & exaudi clamantes ad te Dominum. Vt ſcilicet deſcendas, ad ſaluandas gentes.

Vel. Qui paſcis. Eſt enim רעה *ronheh*, participium, quod בנוני *benoni*, Hebraei appellant, quo pro praeſenti vtuntur.

Cùm enim diuerſitas vocabulorum, arguat diuerſitatem rei, & identitas identitatem, ambigere quaeſo in hoc quis poterit: quin vbi idem participium, ſiue intermedium, quod בנוני *benoni*, ſignificat: eadémque vox, ה *he*, litera ſeruili excepta, quae in Cantico praepoſita, ſignum tantùm eſt demonſtratiuum: idem valens apud Hebraeos, quod articulus apud Graecos: vt non eandem eodem verbo in Cantico ſignificationem aſſignemus, quam in Pſalmo tribuimus? Vt non. Qui paſcitur. quod de patiente praedicatur: ſed. Qui paſcit. in eam, agendi praedicamento, vertamus ſententiam: ſecundùm quam, idem omnium Princeps Paſtorum, Sponſae Amor, dum vitam inter homines viueret: paſcere iuſſit Petro Apoſtolorum principi, gregem ſuum.

Βόσκε τὰ ἀρνία μου. ποίμαινε τὰ πρόβατά μου. βόσκε τὰ πρόβατά μου.

Paſce agnos meos. Paſce oues meas. Ioan. 21. Et ſecundùm quam, ipſe Petrus epiſtola prima capite quinto, ſeniores admonet, iuniores docere.

Ποιμάνατε τὸ ἐν ὑμῖν ποίμνιον τοῦ Χριστοῦ.

Paſcite ouile Chriſti, quod inter vos eſt. Quibus aſtipulatur, quod. Qui paſcit. L X X I I. verterunt. ὁ ποιμαίνων, κατὰ μετοχὴν, per participium.

Pro vt

Pro vt etiam,ita vertendum,probatur autoritate D.Ambroſij. Qui ex hoc Salomonis Cantico,hymni,cuius eſt exordium.

Ieſu corona virginum.

Quem in natali virginum canit Eccleſia,ſine dubio,aſſumens:ſecundi quaternarij primum verſum poſuit.

Qui paſcis inter lilia.

Omnium ille Diuus, quot quot ante nos verterunt, tranſlationem ſequutus: vt nomen שושנה *ſcioſciannah*, Lilium ſignificet:quod nos Roſam ſignificare, in Roſa Annotatione contendimus. Paſtor enim eſt Amor; ſicut de ſeipſo dicit.

Ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλός. Ego ſum paſtor bonus. Ioan.10. Eúmque hoc Cantico ſaepiſſimè Paſtorem,Sponſa appellat. Vt par.5.Cum diuinis coeleſtibúſque eius corporis,partibus, choro enumeratis, canit.

זה דודי וזה רעי·

Ze dodi vezeh renhi.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

οὗτος ὁ ἔρως μου, καὶ οὗτος ὁ ποιμήν μου.

Talis eſt Amor meus,& talis Paſtor meus.

De quo loco vigeſimo ſeptimo agemus praeſentis Annotationis: & in alia Annotatione,cui titulus Paſtrix erit loco decimo.

Et quod ſit Paſtor probatur. Nam ipſe paſcit genus humanum,omni fructu lignorum. Geneſ.3.2. Et omne quod mouetur & viuit: atque virentibus oleribus. Geneſ.9.3. Et adipe frumenti, & melle.Pſal. 81.17. Et omni verbo, quod exit de ore Dei. Deut.8.3. Et inſuper fideles ſuos pane vitae & intellectus, & ſapientiae ſalutaris aqua. Eccleſ.15.3. Et quod mirabilius eſt,charos ſuos paſcit, pretioſiſſima carne & ſanguine corporis ſui: quod nemo alius fecit. Quis enim vnquam paſtor proprio pauit cruore? Quibus è cibis,non ſecus ac è Roſis ſuauitates afflantur odorum.

Et quamuis huiuſmodi cibis paſcat: paſcit tamen etiam electos ſuos, cinere, & amaritudinibus, inebrians eos abſynthio. Thren.3.15. Atque pane etiam lachrymarum eos ſaturat, & eorum ſitim multitudine luctus depellit. Pſal.8. 6. Quae omnes etiam eſcae & potiones, luctus & lachrymarum,abſynthij, amaritudinum,ciceríſque:nil aliud profectò ſunt,quam Roſae: tametſi ſpinis mixtae, vt quae ſine ſpinis eſſe nequeunt,cum ex ſpinis naſcantur.

Quod confirmatur, quoniam licet Amoris iugum (vt ipſemet aiebat.Matth.11.) ſuaue ſit, iugum eſt tamen; eiúſque onus, quantumuis leue,onus eſt tamen. Quare non defuerunt ſancti viri amici Dei,

qui

qui tum iugi & oneris taedio: tum certa ſpe migrationis in eas oras, vbi beati Amoris viſione fruuntur: ex hoc terreno carcere liberari, ſummè aliquando concupiuerunt. Sicut Paulus Apoſtolus vas electionis, & D. Martinus Epiſcopus Turonenſis. Et in veteri Teſtamento Elias. 3. Reg. 19. & ſenior Thobias. cap. 3. & ex Prophetis Ionas.

Apud quem ſemel, atque iterum reperias.

טוב מותי מחיי

Tob mothi mechaÿaj.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Melior mihi mors eſſet, quàm vita.

κρείσσων μοι θάνατος ὑπὲρ ζωήν.

At enimuero cum mecum haec in animo conſidero: non ſolum iugum Amoris, mihi iugum non eſſe videtur: ſed tantum abeſſe à iugo, vt nihil magis poſſit eſſe contrarium. Non ſolùm ob eius ſuauitatem, quae inficiari non poteſt, ob eiuſdem Amoris aſſertionem: quàm ob iucunditatem, quam habet: quae ex eo dignoſcitur, quòd mentem ſenſúmque iuuat.

Onus verò pariter, non ſolum onus non eſſe videtur: ſed tantum abeſſe ab onere, vt nihil magis poſſit eſſe contrarium. Non ſolùm, ob eius leuitatem quae negari non poteſt, ob eiuſdem Amoris teſtimonium: quàm quoniam non ſolum leue, ſed ſine pondere eſt: ſicut ex eo intelligitur, quòd hominem ſublimem ad coeleſtia rapit, contra naturam oneris, quod propter pondus, deorſum directò fertur.

Cur autem lachrymis luctúque Paſtor Amor ſuos charos paſcat, indagantibus nobis: quatuor potiſſimae cauſae praeter caeteras, ſeſe offerunt.

Quarum tres ſunt. Vt fletibus & gemitibus prudentes efficiat. Et ſolidam eruditionem edoceat. Atque ad iuſtitiam quàm paratos reddat.

Haec enim ploratus facit, vel Xenophonte autore, lib. 2. de paid. Cyri, vbi inquit:

κλαύμασι μὲν γε καὶ πατέρες υἱοῖς σωφροσύνην μηχανῶνται, καὶ διδάσκαλοι παισὶν ἀγαθὰ μαθήματα. καὶ νόμοι γε πολίται διὰ τοῦ κλαίοντας καθίζειν εἰς δικαιοσύνην προτρέπονται.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus:

Fletibus namque & patres filios ad prudentiam inſtruunt. Et ludi magiſtri pueros bonas diſciplinas. Atque leges lachrymis, ciues cogentes, ad iuſtitiam impellunt.

Quod ſanè intellige ſtudioſe lector. De parentibus, verberibus caedendo:

caedendo: de magiſtris, ferulis feriendo:déque legibus, poenis plectendo.

Quarta, vt charos ſuos, quo ad fieri poſſit, ad ſui imitationem inſtituat. Quippe qui ipſe Amor homo factus: vt ex conſpectu aeterni patris peccatores abderet, flere conſueſcebat: ſicut de eo ſcriptum eſt in Pſalmis. Licet enim, cum Propheta de Meſſia canit.

Et potum meum cum fletu miſcebam.

Pſal. 102. 10. & alia eiuſmodi: myſticus ſit intellectus, quòd cum flentibus biberet. Vt exempli gratia, cum poenitente Magdalena, quae lachrymis lauabat pedes eius. Propter ſenſum tamen literalem, qui etiam recipitur: tergiuerſari non poteſt, Meſſiam Sponſae Amorem, de quo in praeſentiarum agimus, flere ſolitum. Cum maxime pluries eum fleuiſſe Euangeliſtae narrent.

Vt cum Ieroſolymam appropinquans, videns ciuitatem fleuit.

Et cum Lazarum plorauit, quem ſuſcitauit à mortuis.

Immò (inquam) non Lazarum, ſed genus humanum, mortuum ob peccatum.

Quamobrem nil mirum, ſi plorare Sacerdotes iubentur peccata populi: quando ipſe Dominus mundi peccata luxiſſe, dignoſcitur: cuius omnis actio, noſtra eſt inſtitutio, cap. ſignificaſti, de elect. & 12. q. 1. exemplum.

O igitur omni laude digniſſimus luctus: qui homines prudentes efficit, diſciplinas edocet, iuſtóſque reddit: & quod plurimi aeſtimandum, pendendúmque eſt, Dei imitatores facit.

LOCVS

LOCVS VNDECIMVS.

VNDECIMVS locus Cantici nominis דוד *dod*, eiuſdem ſecundae partis, ad extremum verſus eſt. Vbi Propheta ſex verſibus, Sponſam inducit, exponentem petitionem: quam Sponſum Amorem ſuum rogauerat, atque etiam orauerat. Ne ſcilicet eam deſereret, vel iis praeſertim temporibus: cum vel turbines, vel procellae impendeant: vel tempeſtatibus iactetur, & fluctibus. Sed tunc maxime, ſuae Sponſae votis vocari aſſueſceret: ſuíſque precibus deuotionibúſque placari. Solet enim Sponſa, ſi quando, aut cuiuſpiam periculi adeſt metus: aut aliquo ſigno, comperta obſcuráve aliqua ex cauſa, in aliquo verſatur diſcrimine: ſublimem inuocare Sponſum, ad ſe defendendum. Sicut ij ſciunt, qui ad ſtudium ſacrarum hiſtoriarum ingrediuntur: quique iam ſunt in curſu. Quod eò audacius crebrò fidentiúſque vſurpat: quia in aſperitatibus rerum, inuocatum adfore Sponſum, & per ora patrum, & per os ſuum, multifariam pollicitus eſt. Quemadmodum Pſal. 80. & 98. & Ierem. 29. & paſſim: inſigniter autem Ioan. 14. Choro igitur poſtulationem ſuam Sponſa commemorat; quam in beneficij loco & gratiae à Sponſo petiuit.

עד שיפוח היום

Nhad ſceiaſuach haÿom.

ונסו הצללים

Venaſu hatſelalim.

סב דמה לך

Sob domeh lach

דודי לצבי

Dodi litſai.

או לעפר האילים

O lenheſer haaÿalim.

על הרי בתר:

Nhal harre bather.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Quo ad ſpiret dies
Et fugiant vmbrae
Gyra, par eſto tu
Amor meus Capreae
Vel catulo ceruorum
Super montes Bather.

ἕως ἡ ἡμέρα πνῇ
καὶ φλυγέτωσαν αἱ σκιαὶ
κύκλοε, εἰκὼς ἔσω σὺ
ὦ μοῦ ἔρως τῇ δορκάδι
ἢ τῷ πώλῳ τῶν ἐλάφων.
ὑπὲρ τὰ ὄρη Βάθερ.

Sed iam res profectò poſtulat: vt quoniam noſtro nos modo, eos verſus conuertimus: ſic etiam noſtrae conuerſionis rationes ſubijciamus.

Dicimus igitur. Quod verbum פוח *puach*, à quo שיפוח *ſceiaſuach*, non ceſſare neque deſinere ſignificat, vt Aqu. vertit ἕως κοπάσῃ: ſed ſpirare & ſufflare. Text. eſt Geneſ. 2. quando Deus hominem de limo finxit. Ibi.

ויפוח באפיו נשמת חיים

Veiaſuach beappau niſcmath chaÿm.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Et ſpirauit in faciem eius animam viuam.
καὶ ἔπνησε εἰς πρόσωπον αὐτοῦ ψυχὴν ζωὴν.

Et verbum נס *nas*, à quo ונסו *venaſu*, non motionem, neque eleuationem, neque inclinationem ſignificat. Vt Symmach. καὶ κλίθωσιν: licet quo ad ſenſum ſuſtineri poſſit. Sed ſignificat fugam. Text. eſt Num. 35. 15. vbi agitur de ciuitatibus Leuitarum: quarum ſex, tanquam aſylum, pro homicidis decernuntur, qui inſcienter homicidium feciſſent.

ונס שמה רצח מכה נפש בשגגה

Venas ſciammah rotſeach maccheh nefes niſcgheghah.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Et fugiet illò homicida, qui inſciens animam percuſſerit.
καὶ φλεξεῖται ἐκεῖσε ἀνδρόφονος, ὃς ἀγνῶς ψυχὴν πατάξῃ.

Pro. vt etiam habetur Deuter. 19. & Ioſ. 21. vbi de eodem aſylo ſtatuitur. Et eſt tex. diſperſè in Pſalmis, vt Pſal. 68. in princ. & 104.

Planius autem & apertius Geneſ.39. Vbi hiſtoria texitur, Quando Ioſeph pulchritudine capta, vrenſque infoelix Putifaris vxor: poſtquam renuentem ſaepius caſtiſſimum adoleſcentem tentauit: vſque eò amens amans fuit, vt impudica impudentia elata, ô libidinem effrenatam & indomitam! per laciniam arriperet, vt ſic eius complexu venereo frueretur: cum ille Sanctus, nefas oſus, relicto fugit amiculo. Vbi quater in textu repetitur וינס *vaÿanas.* Et fugit, καὶ ἔφυγε.

Er verbum סב *ſab*, non ſignificat, reuerſionem, vel reditum, vt Graeci Codices habent, ἀπόστροφον: verùm, gyrum ambitum & circuitum ſignificat. Vnde nomen מסב *meſab*, lingua Sancta: accubatio circularis eſt, qualis epularis amicorum: quod habetur 1. par.

עד שהמלך במסבו

Nhad ſcehammelech bimſibò.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Quonſque Rex in circulari accubatione ſua.

ἕως οὗ ὁ βασιλεὺς ἐν κυκλοτέρει ἀνακλίσει αὐτοῦ.

De quo ſuo loco egimus.

Non autem (inquam) reuerſionem, neque reditum: quod lingua Sancta per verbum שב *ſciab* exprimit. Quod habetur inf. par. 6. in fin. Vbi de ſynagoga, hoc eſt Iudaeis praecinitur: qui in fine mundi vbicunque terrarum fuerint, fidem Sponſi amplectentur.

שובי שובי השולמית

Sciuui ſciuui haſciullamith.

שובי שובי ונחזה בך

Sciuui ſciuui venechezeh bach.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

ἐπίστρεφε, ἐπίστρεφε σουλαμῖτις,

ἐπίστρεφε, ἐπίστρεφε, καὶ κατασκοπήσομεν σε.

Reuertere, reuertere Sciulamitis,

Reuertere, reuertere, & ſpeculabimur te.

Quamobrem quater, pro quatuor mundi plagis, regreſſus repetitur Sciulamitidis, id eſt, pacificae; ex quo tunc per baptiſmum, pacem à Sponſo Synagoga accipiet: atque pro Sponſo praelio dimicabit, armiſque confliget.

Et eſt textus amborum verborum verſu intercalari Pſal. 59. 7. & 15. In quo Propheta ſepulchri Sponſi myſterium cuſtodiae agens, atque eandem ſimul Iudaicam conuerſionem, praeſagiens: vllam vnquam partem quietis Iudaeos, vſque tunc habituros, ſed vagos, & profugos huc & illuc diſpergendos praececinit.

ישובו

ישובו לערב

Iaſciuu lenhereb.

יהמו ככלב

Iehemu chaccheleb.

ויסובבו עיר

Viſoueuu nhir.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Conuertentur ad veſperam
Tumultuabuntur vt canes,
Et circuibunt ciuitatem.

ἐπιστρέψουσιν εἰς ἑσπέραν
καὶ θορυβήσουσι ὡς κύων
καὶ κυκλώσουσι πόλιν.

Et hactenus quidem, quo ad ſenſum literalem. Quo verò ad ſenſum myſticum dicimus.

Quod non à Sponſo Amore petit Sponſa: vt terram ſuam luſtret, & ſuae iuriſdictionis fines peragret.

Vſque quò ceſſet dies.

Vt Aquila vertit: qui nondum venit. Sed

Quòad ſpiret dies.

Id eſt: Donec optata veniat dies. Cum enim, duo contraria ſimul in eodem ſubiecto ſtare non poſſint: quomodo hîc in terris, dies eſſe poſſet: vbi offuſa ſemper nox eſt: vbi ruunt in tenebris omnia: vbi ſentina eſt omnium foetorum: vbi omnia continuò alterantur, corrumpuntur, variantur & cadunt? & vbi denique ſemper mors eſt; ſicut etiam gentes, abſque Sponſi agnitione, ſolo naturali lumine intellexerunt? Vnde apud Oratorem Africanus Scipioni. *Ij viuunt* (inquit) *qui ex corporum vinculis, tanquam è carcere euolauerunt; veſtra verò quae dicitur vita, mors eſt.* Sed donec ſpiret dies, lucem afferens, vmbráſque fugans, ac tenebras noctis: circuire, velut in gyrum, ſpectare, & conſulere Eccleſiae ſuae Amorem Sponſum rogat, praeſtóque eſſe, Sponſa.

Et eſt periphraſis orientis Solis.

Quo ad ſpiret dies
Et fugiant vmbrae.

Quemadmodum apud Virgilium occidentis.

Maioréſque cadunt altis de montibus vmbrae.

Neque verò eius Solis,qui nobis quotidie redit,& occidit: cum decima ſphaera (ſecundùm recentiores) quae vltimum Mathematicis Coelum,ſuper duas axis oras, mouetur, polos ſcilicet arcticum & antarcticum, ab oriente in occidentem: quartam inter ſeptem mediam, quae contrario motu cietur,intra diem & noctem, circa terram rapit: ſed Solis iuſtitiae Spōſi, qui tunc orietur,diémque ſpirare faciet,vmbráſque fugabit: cum morte praeſenti,animae fideli,multis ſuppliciis doloribúſque perpeſſis,erepta: vita apparebit aeterna.

Tunc enim fiet illud,quod tam ſitit. Vt non per nubem,neque caliginem, tetráſque tenebras: non per inuolucra & tegumenta: non per feneſtras & tranſennam: non ſtrictiùs ponè parietem noſtrum: non hominem tantùm: ſed apertè & palàm reuelata facie,glorioſum in Coelo ſuum Amorem, hominem Deúmque ſibi intueri liceat, ac perpetuò frui.

Quamobrem autem,ambire eos montes,in quibus Iſraëlitica Sponſa habitabat,rogetur & imploretur Amor, indagantibus nobis: duae praeter caeteras principales cauſae oſtendunt ſe & occurrunt.

Altera vt per ſuum circuitum,ſicut omnis aſſolet Amans: dum ante domum Amantis tranſit.

Solus & ante ipſas excreat vſque fores.

Vt Tibull.Poëta canebat;ſui, Amanti Sponſae, copiam videndi faceret. Hoc eſt enim eorum,qui amant,ſummum deſiderium, Amantem videre. Neque iniuria. Quandoquidem vt ex ſenſu viſus maximè exiſtit, & oritur Amor. Sicut Ariſtoteles inquit, 9.Ethic.cap.12. quare prodigioſum eſſe,caecum amare,Poëtae canunt.Et Martialis Codrum irridebat,quod caecus amaret.

Plus credit nemo,quàm tota Codrus in vrbe.
Cùm ſit tam pauper, quomodo caecus amat.

Et Alexander ille Rex Macedonum, ob maximas res geſtas, cognomento Magnus: cùm ad Arbelam Regem Perſarum Darium deuiciſſet: eius vxorem egregia forma,in conſpectum ſuum venire vetuit,ne eius amore caperetur. Vt A. Gellius ex Apionis hiſtoria refert. Sic & amati obiecti viſione frui, Amantibus nihil amabilius. Sicut Ariſtoteles loco ſuprà citato.

Altera vt non ſolùm ipſe Amor ſuae Reipublicae clauum teneat, & gubernacula tractet: ſed eam etiam per Apoſtolos, ſui Vicarios, aſſidua protectione tueatur. Eos illuminando, hoc interim ſpacio, quouſque illuceſcat dies, lumine Euangelij & Spiritu Sancto, ad regendum & moderandum populum ſanctum ſuum, atque regendi moderandíque ſapientiam aliis tribuendum.

Quae omnia in ſuo aduentu, gratuitò, Amor Sponſus Eccleſiae Sponſae conceſſit. Cùm non ſolùm omnem Iudaeam: in qua montes,

res ſunt, Sion, Thabor, Hermon & Moria: docendo & peragrando, ſui videndi & conueniendi fruendíque poteſtatem fecerit. Luc.23. Sed in ipſa Hieroſolymâ, ne dum Iudaeae, ſed oriẽtis totius, totiúſque terrarum orbis, vrbe clariſſima, priuatorum domos, hortos, villas: locáque omnia publica, in quae omnis populus conuenire, quaéque vniuerſa Ciuitas quapiam de cauſa, frequentare conſueſcebat, obierit. Ioan.5.& 15. Atque ſanctiſſimum Dei templum, in quo ſumma religione, ante actis temporibus Deus venerabatur, ac ſolemnia & ſtatuta ſacrificia ſtatis ceremoniis fiebant, viſitauerit purgaueritque. Matt.21. Marc.11. Comitiáque & curias, ſenatum & praetorium & fora: vbi ius exercebatur, vbi ius dici, vbi de iure experiri ſolitum erat, tempore paſſionis concurſauerit. Sed & praetereà non relicturum ſpoponderit, Eccleſiam ſuam, pupillam: hoc eſt, ſine patre, ſine defenſore, ſine nauarcho: ſed eam omni tempore tutaturum, ac cum ea ſemper ſe futurum pollicitus ſit. Ioan.14. Matth.28.

Et cùm primi Apoſtoli, inſtar montium, qui primùm manè radiis, gelidi, Solis caleſcunt: legem Euangelicam acceperunt, ac paracletum ſpiritum veritatis: pérque eorum manus aliis tradiderunt. Ipſi enim erant montes Bather, quod diuiſio interpretatur: quoniam orbem terrarum, in partes ſibi diuidere debebant, ad praedicandum Euangelium, & baptizandum omnes gentes, in nomine Patris & Filij, & Spiritus ſancti.

Comparatio autem Amoris Sponſi Eccleſiae cum Caprea, catulíſque Ceruorum: quàm celeriter Meſſiam curſum ſuum, ſuae videlicet peregrinationis, conficere debere, oſtendebat. Sicut ſuprà alio loco dicebamus: & infrà dicturi ſumus l.39. qui erit vltimus huius Annotationis.

LOCVS

LOCVS MAMMAE II.

SECVNDVS nunc ſequitur locus Cantici nominis שד *ſciad*: ſecundùm propoſitam ſeriem locorum in hac Annotatione exponendorum, cui nomen Amor, propter eius exuperantiam indidimus: qui eſt primus verſus, ex quatuor propoſitis, qui in quarta parte Cantici habetur. In quibus Salomon, praeclaram atque eximiam pulchritudinem: ornatum ſcilicet Sponſae, canere facit Amorem. Vbi poſtquàm eius excellentem formam, laudauit; ab oculis, cincinnis, capillis, dentibus, labris, geníſque, ac collo: quae profectò nil aliud ſunt, quàm Eccleſiae partes; praelati, populi, fideles, doctores, rhetores, virgines, rectoréſque: qui ſua omnes munia ſuſtinent: eam magnopere à mammis extollit.

שְׁנֵי שָׁדַיִךְ:
Scene ſciadaich
כשני נפרים
Chiſne nhafarim
תְאוֹמֵי צביה
Theome tſeniah,
הרֹעִים בשושנים
Haronhim haſcioſciannim.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

ἄμφω μαςοί σου
ὡς δύο νέβροι
οἱ δίδυμοι τῆς δορκάδος
νεμόμενοι τοῖς ῥόδοις.
Ambo vbera tua
Duo hinnuli, ſicut
Gemelli Capreae ſunt
Qui Roſis paſcuntur.

Non autem *liliis*: ſicut in Roſa Annotatione infrà differemus. Quae ſunt

ſunt per allegoriam dicta: ſicut ſeptenae ſuperiores Eccleſiae partes. Sponſae enim Hubera, duo ſunt Teſtamenta, Hebraeis partim Chaldaeíſque, ac Graecorum literis conſcripta. De quibus ſuprà locis tertio, & quarto nominis דוד *dod*, & primo huius nominis שד *ſciad*, verba fecimus. Quae non ita multis literis, aut voluminibus magnis continentur: ſi gentium hiſtoriis, ſi annalibus, ſi rerum denique antiquarum monumentis componas.

Quoniam ſanè, ſi primum ſpectes, non omnium rerum geſtarum & veteris memoriae ſingulorum annorum, res proditae poſteris ſunt: ſed perpauca tantùm, quae lucem duntaxat legentibus, ſimul ac patefacta eſſent afferrent: veri Dei, rerum creationis, legum, ſacrificiorum, iudiciorúmque ſalutíſque bonorum.

Alterum autem, non ſolùm miranda omnia Sponſi facta, dictáque non continet: ſed nec eius cum Doctoribus diſputationem in templo habitam, priúſquã ex pueris excederet: neque ſcripturarũm interpretationem, quam duobus Diſcipulis, in itinere ad Caſtellum Emmaus, poſt reſurrectionem interpretatus eſt.

Cùm tamen praeter ſolemnia ſacramenta, nouámque legem, tam multa inaudita & inopinata, neque ea quidem humana, ſed coeleſtia diuinitatis ſuae ſigna egerit Sponſus: vt ſi omnia memoriae propaganda fuiſſent, pangenda volumina, in vniuerſo hoc mundo non potuiſſent includi Ioan. vlt.

Et tamen in tã mira vtriuſque paginae paucitate, adeò multae & faciles, adeò magnae & explicatae, adeò imm ẽſae atque ſpiſſae res ſunt: vt & doctos & eruditos ſaturet expleátque, dũ occulta pandit myſteriorum Dei: & artium pariter ſcientiarúmque ignaros & rudes, legendo vel audiendo ſatiet, ad conditoris laudem condita excitans: & omnes denique ſimul ſua potenti virtute alliciat & captiuet, omnibus ſui deſiderium relinquens.

Vt meritò Spiritus Sanctus per os Salomonis; ambos, paruos licet, ſed tamen vt decuit, Codices, ob innumeram eruditionem & vberem ſugum, quo ſui Amantes lactant & nutriunt, muliebribus Hubebus comparauerit.

Hubera autem iure optimo hinnulis, qui Roſis paſcuntur, quae oriuntur ex ſpinis: quae difficilia & ſpinoſiora, quae mollibus & ſuauibus mixta, in vtriuſque Teſtamenti tabulis reperiuntur, figurant.

Neque verò quibuslibet hinnulis, qui in camporum patentium aequoribus, vel vallibus cauis habitant: ſed Caprearum hinnulis, qui in montuoſis & ſylueſtribus locis degunt: ob conſiderationem contemplationémque diuinarum occultarum rerum coeleſtium, quas ſpeculantes, humanas omninò ſocietates fugiunt.

LOCVS DVODECIMVS ET DECIMVSTERTIVS.

DVODECIMVS ET DECIMVSTERTIVS loci Cantici, in quibus Salomon, nomen דוד *dod*, tanquam Amoris notam poſuit: eiuſdem quartae partis, bini, paulò poſt medium, iuncti verſus ſunt: quos hactenus Latinè & Graecè vertentes, non ἀδελφιδὸς, dictum nomen דוד *dod*, neque ἑταῖρος, neque ἀγαπητὸς, nepos ſcilicet, ſocius, vel dilectus: ſicut ſuprà nouem continuatis locis, à tertio ad vndecimum: ſed μαςὸς, id eſt huber, ſicut ſupra duobus verſibus primae partis reddiderunt. Quemadmodum ſupra initio huius Annotationis dicebamus ſecundo Praemiſſo, & primo & ſecundo loco.

מה יפו דודיך אחתי

Mah iafu dodaich achothi.

כלה מה טבו דודיך מיין

Challah mah tobu dodaich myayn.

τί ἐκαλλιώθησαν μαςοί σου ἀδελφὴ μου,
νύμφη, τί ἐκαλλιώθησαν μαςοὶ σου ἀπὸ οἴνου.
Quàm pulchrae ſunt mammae tuae ſoror mea,
Sponſa pulchriora ſunt hubera tua vino.

Cum tamen, ſicut ſupra latiùs expoſuimus, non hubera tua, vel mammas דודיך *dodaich* ſignificet: verum enimuero Amores tuos, ſicut diſſeruimus, ac Graecè iam & Latinè ſupra ſaepius vertimus.

τί καλλίουσι οἱ ἔρωτές σου ἀδελφὴ μου.
νύμφη, τί ἡδίονες ἔρωτές σου οἴνου.
Quàm pulchri Amores tui ſoror mea,
Sponſa, ſuauiores Amores tui vino.

Cum enim hac 4. par. Cantici, cuius tota poëſis amatoria eſt, Sponſae laudem gloriámque verſibus celebraret Sponſus: atque pleraſque partes muniáque Eccleſiae, pro ſua cuiuſque dignitate recoleret, ſub excellenti muliebris corporis forma.

OCVLI.

Apoſtolos & in eorum locum ſuffectos Epiſcopos, caeteróſque

Praelatos & Paſtores, quibus gregum cura demandata eſt: per quos velut per lumina, arcana & occulta ſacrorũ, ipſis, per eundem Sponſum patefacta, inſpicit & ſpeculatur Eccleſia.

CINCINNI.

Populos, gentes, nationes, quae cum maxima frequentia, velut Cincinni, connexi videlicet capilli & quodammodo irretiti, Sponſum Deum vnum, vnà omnes agnoſcunt, ſanctéque & auguſtè venerantur & colunt, implorant & deprecantur.

CAPILLI.

Fideles animas, quae inſtar capillorum à capite, à Sponſo emanantes, terra maríque, vſque ad antipodas mirificè augentur, cumulantur & creſcunt: & Eccleſiae ſanctae aggregatae, Sponſum Meſſiam Deum adorant, eíque genua flectunt.

DENTES.

Doctores, interpretes & explanatores ſacratarum chartarum: quorum dum manduntur & molliuntur, diuiduntur atque franguntur vtriuſque dentibus, paginae ſcripta, omnes difficiles nodi expediuntur, dilucidantur atque ſoluuntur.

LABRA.

Rhetores, oratores, eloquentes: quorum in communibus ſuggeſtis coroníſque, dum de religione, de diuinis nominibus, de ſacramentis, de lege & Euangelio humaníſque inſtitutis, ac de ſalute denique populorum, dicunt coccina labra niteſcunt.

GENAE.

Homines integros, innocentes, pudicos, corpore & animo caſtos, virgines in clauſtris degentes: in quibus honeſtas, & virginalis modeſtia, in facie & malis elucet & genis, & verecundia cuſtos omnium virtutum.

COLLVM.

Pontifices, Antiſtites, primarios ſacerdotes, omnéſque qui caeteris praeſunt, ac velut collum caput, alios ſuſtentant: quos idcircò prudentia praeditos eligit Eccleſia omnium Eccleſiarum dux & magiſtra, vt non inferiores ſapientibus mundi ſint, qui ventum futurum ante triduum proſpiciunt. Sicut Pindar. cecinit. Nem. Od. 7.

σοφοὶ δὲ μέλλοντα τριταῖον ἄνεμον
ἔμαθον.

Quin potius ſapientibus mundi, vſu rerum ſuperiores, in turribus, propugnaculis ſpeculíſque poſiti, & futuras tempeſtates praeuideant, ac quantum in ipſis eſt, à ſubiectorum ceruicibus depellant.

Cunctos credentes, qui fidem, ac veritatem Euangelicam, quam Apoſtoli praedicauerunt, ſynodi tradiderunt, Catholica Eccleſia tenet, & Romana docet, lingua fatentur ac fantur, ac muſicis modis hymníſque pſallunt & concinunt.

Cum igitur huiuſmodi grauiſſima eadémque ornatiſſima atque veriſſima laudatione, pleniore ore, Sponſam ſuam laudaſſet Sponſus haec ipſa ſubiunxit.

Quàm pulchri Amores tui ſoror mea
Sponſa, quàm ſuauiores Amores tui vino.

Hoc eſt. Apoſtoli & Epiſcopi, populi & nationes, fideles animae, Doctores & interpretes, Rhetores & oratores, Virgines omnéſque pudici, Pontifices & antiſtites, cunctíque qui in me credunt: qui ô ſoror mea, eadémque Spōſa, tui ſunt corporis membra: quàm formoſi ſunt, quàm praeclari, quàm decētes, quàm inſignes ad decus & gloriam, vt iure laudentur? quàm idonei, quàm digni ſunt vt illis faueam, vt eos amplecter, atque in delitiis habeam? Enimuerò ſanè benè meo diuino flamine incitati Prophetae vaticinati ſunt. Tuorum iſtorum Amorum ergo, qui me magnopere amant, quique vino etiam legis Euangelicae, quam per me met ipſum ſciſcam, ſuauiores ſunt: tuam, me Deum, humanam naturam, aſſumpturum: vt eos, quos ab aeterno pater, nullis praecedentibus meritis praedeſtinauit, redimam & iuſtificem. Si quidem omnis mea voluntas propenſa ſemper ad ſalutem fuit, Sanctorum tuorum, qui per vocationem patris, ad me conuerſi, non corruptelarum illecebris irretiri ſe paſſi ſunt: ſed mundi malitioſis blanditiis propulſatis, omnia pro nomine meo pati decreuerunt, vt ad me celeriter feſtinarent. Sicut Regius Propheta canebat. Pſalm. 16.3.

לקדשים אשר בארץ
Licdoſcim aſcer baarets.
המה. ואדירי כל חפצי בם
Hemmah, veaddire chol cheftſi bam.
ירבו עצבותם אחר מהרו׃
Irbbu nhatsbotham, achar maharu.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Ergà Sanctos, qui ſunt in terra,
Ipſos & fortes, omnis voluntas mea:
Multiplicabuntur dolores eorum, poſtea accelerauerunt.

πρὸς

πρὸς τοὺς ἁγίους οἱ ἐν τῇ γῇ,
αὐτοὺς καὶ ἀνδρείους πᾶσα θέλησίς μου,
πληθυνθήσονται τῶν αὐτῶν τὰ ἄλγεα, ἔπειτα ἐτάχυσαν.

Sunt autem Sancti & fortes, ijdem met, de quibus ſuprà octonis comprehenſionibus verba fecimus. Sancti (inquam) id eſt, praeparati, vel parati. Hoc enim ſignificat nomen קדשים *cadoſcim*. Quoniam Sancti ad omnem euentum pro Chriſto parati ſunt: certamini parati ſunt: omniáque perpeti parati ſunt.

Fortes autem, quoniam in omnibus pugnis, quas acerrimas cum mundo, carne & diabolo committunt, ſumma iugiter contentione pugnant.

Veri fortes (inquam) etiam ſecundum Philoſophum, quoniam in perturbationibus perpetuò fortes ſunt, ad intrepidè periclitandum honeſti cauſa. Quid enim honeſtius, iuſtiúſque, quàm hominem pro Deo pati, quando Deus pro homine paſſus eſt?

Erga hos ergo fortes & Sanctos, adeò eſt omnis Amoris Sponſae Eccleſiae voluntas propenſa: vt eandem ſuam Amor, in eorum voluntatem transformet: illíſque ipſe quodcunque expetant, ſua voluntate concedat.

Horum igitur dolores, afflictiones paſſionéſque corporis animíque, poſtquam multiplicatae fuerint, per varios caſus, pérque varia diſcrimina rerum: poſtea accelerauerunt: praeteritum pro futuro, ob certitudinem: quia iam digni facti ſunt, ad Amorem (de quo agimus) Meſſiam aſcendere: fructum ſpiritualem recepturi, ipſum Amorem, in quo omnia, & per quem omnia.

Dilectos autem ſuos Meſſias Eccleſiae Sponſus appellat, ſuis met nominibus, Sanctos & fortes in Pſalmis, & Amores in Cantico. Quoniam tales, ſuos dilectos, Meſſias, ad ſui ſimilitudinem eſſe cupit: quibus ea nomina conuenientia ſint.

Et Amores quidem, vt ſicut ipſe ob eximium in dilectos amorem, ſe ipſum tradidit: ita & ſui dilecti ob eximium in eum amorem, pro illo ſe ipſós tradant.

Fortes autem, vt ad ſui imitationem, vſque ad mortem pro iuſtitia certent: capientes arma virtutum, ad expugnandum inimicos: & ſcutum caſtitatis, ad carnis ſtimulum propulſandum.

Sanctos verò, vt ſicut ipſe Sanctus eſt: id eſt, paratus recipere vnumquemque, qui in eius fidem & clientelam ſe conferre voluerit: ita & ipſi Sancti ſint, id eſt, parati ad obediendum parendúmque in omnibus Euangelio: non ſolùm praeceptis & mandatis, ſed etiam conſiliis.

LOCVS DECIMVS QVARTVS.

QVARTVS Decimus locus Cantici nominis דוד *dod,* quintae partis ſecundùm LXXII. Graecam tranſlationem & Latinam vulgatam primus verſus eſt: qui vltimus Tertij libri & actus eſt, eorum, qui in quinque libros, & actus Canticum ſecant. In quo Salomon, ſub amoeni horti figura, variis odoratis arboribus ſtirpibus plantíſque conſiti: vbi homines procul negociis, amicos inuitare, ſeſéque oblectare ſolent: Meſſiae paſſionis myſterium explicat.

יבא דודי לגנו

Iaua dodi leghanno

ויאכל פרי מגדיו

Vaiochal peri meghadau.

Id eſt, ſicut in prima iam Annotatione nos vertimus, cui Oſculabitur nomen indidimus.

Veniet Amor meus in hortum ſuum.

Et edet fructum dulcium ſuorum.

Ἐλεύσεται εἰς κῆπον αὐτοῦ ὁ ἔρως μου,

Καὶ φάγεται καρπὸν τῶν γλυκερῶν αὐτοῦ.

Non autem,

Veniat dilectus meus,

Non enim certior fieri Sponſa opus habebat, ſe talem haberi, qualem à Sponſo praedicari audierat: quamobrem comiter & honorificè illum inuitaret, vt ex ſuo horto, per eum tantoperè commendato ſuos fructus legeret & comederet. Quemadmodum docti alioquin & pij interpretes commentati ſunt: verſiones hactenus omnes Latinorum Graecorúmque ſequuti.

καταβήτω ἀδελφιδός μου.

Deſcendat Dilectus meus. Et,

Veniat Dilectus meus.

Cùm optimè ſciret Sponſa, veris ſe laudibus, à laudato Sponſo laudari:

dari: non autem blanditiis & aſſentationibus, eius à Sponſo gratiam aucupari. Quin potiùs iam vſque ab orbis conditi primordio, tot Prophetarum oraculis, certior facta, miſſurum Deum filium ſuum in mundum: vt totaliter redimeret & liberaret hominem ab omnibus miſeriis, quas traxit per peccatum primorum parentum, in horto patratum. Ac ſciret etiam, quod vbi delictum fuerat commiſſum: ibi expiatio facienda erat. Ac proptereà in horto pro humano genere Sponſum paſſurum, Aſſeueranter valde Sponſi aduentum affirmans, qui toties locupletiſſimis atque diuinis teſtibus, ei promiſſus erat.

יבא דודי לגנו

Iauo dodi leghanno.

Veniet Amor meus (canebat) *in hortum ſuum.*

Non autem,

Veniat. Neque *καταβήτω, Deſcendat.*

Quod per ירד *iarad*, lingua Hebraea exprimit. Sicut infrà initio ſextae partis.

דודי ירד לגנו

Dodi iarad leghanno.

De quo loco trigeſimo erit Annotandi locus.

Quaſi diceret Sponſa. Quemadmodum primi parentes, qui à Deo non ſolùm eſſe naturale, ſicut caetera animantia, verùm etiam tot dona naturae fortunae & gratiae acceperant. Auguſt. ſupr. Gen. tot beneficiorum immemores, in horto voluptatis; proh ſancta Trinitas indignum facinus, quod narretur! ex arbore vetito poma comederunt, in exitium ac deplorandum interitum omnis poſteritatis: ita meus Sponſus, Amor meus, qui non aliquo meo beneficio, ſed ſuo perpetuo quodam iudicio me ſuper omnia diligit, charámque habet: veniet in hortum ſuae paſſionis, ô foelicem & fortunatum diem, cùm toti orbi laetiſſimus illuceſcet? & ex arbore Crucis poma edet, in ſalutem & gratuitam opem omnium credentium.

Quae omnia tunc impleta ſunt, cùm in horto ghetſemani, quò cum Diſcipulis amicis ſuis, multa & iucunda conſuetudine ſibi coniunctis, venire conſueſcebat: orans Sponſus, factúſque in agonia, ſanguineum ſudorem ſudauit; ſic vt ex cruentis guttis, ſanguis in terram decurreret. Et cùm in eodem horto, ab viro ex duodecim, amico videlicet, ſceleſti nefariíque facinoris duce, oſculi ſigno Sponſus proditus fuit. Et cùm in eodem denique horto, à lictoribus, ſatellitibus, & ſtatoribus Iudaeorum, vinctus, ligatus, conſtrictúſque velut latro eſt Sponſus. Atque inde alienae culpae reus voluntarius, in iudicium adductus: mortis famoſo ſupplicio damnatus affectúſque eſt.

Quae

Quae omnia praenunciata erant, per horti nomen ghetſemani: quod torcular pingue interpretatur. Torcular enim hoc eſt carnem ſuam, quibuſuis vuis oleiſve, auro gemmíſque praetioſiorem, ſolus Sponſus calcare debebat, tempore gratiae: id eſt, ſeptima aetate, quae per ſeptimum menſem, qui Torcularium dicebatur, praeſignata erat. Offerendo ſe ipſum pro Sponſa victimam in holocauſtum: omnium pinguiſſimam hoſtiam, quot quot in veteri lege immolatae fuerunt. Corpúſque ſuum in fiſcina crucis figendo, prelóque clauorum ſubijciendo: vt eius ſanguis paulatim quantum poſſet, exprimeretur, & in lacum Eccleſiae deflueret ad Euangelicae legis noua ſacramenta firmandum, ſigillandúmque, pro vita & ſalute fidelium. Quo coelos ſcandens ſumus ad Patrem, omnem animaduerſionem, atque adeò omnem poenam, quam miſer homo, ob primi Adae inobedientiam merebat: ob ſecundi Adae obedientiam, vſque ad mortem, eámque Crucis remitteret & condonaret. Sicut per Iſai. cap. 63. ſcriptum eſt, & per Regium Prophetam Pſal. 20.

פורה דרכתי לבדי׃

Purah daracthi leuaddi.

יזכר כל מנחתיך

Izchor chol minchothecha.

ועולתך ידשנה

Venholathecha iedaſcenneh.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Ληνὸν ἐπάτησα μόνος ἐγώ.

μνησθήσεται (κύριος) πάντων τῶν καθηκόντων σου.

ὅτι πιανεῖ τὸ ὁλοκαύτωμα σου.

Torcular ego ſolus calcaui.

Recordabitur (Dominus) omnium munerum tuorum.

Cùm holocauſtum tuum pingue fiet.

Hoc eſt. Reminiſcetur Pater, cùm patieris, omnes afflictationes & vexationes tuas, omnes acerbitates & dolores, omnes lachrymas gemitus fletum luctum & ſingultum tuum: ac omnia denique officia & actiones tuas, quas pro humano genere humilis ſemper & patiens, à pueritia geſſiſti: portans eius veritates-rotans. Pſal. 88.

LOCVS

LOCVS DECIMVS QVINTVS.

QVINDECIMVS locus Cantici, vbi Rex & Propheta Salomon eodem nomine דוד *dod*, vſus eſt: eiuſdem quintae partis paulò poſt initium, verſus eſt, quem Latinè & Graecè vertentes diſſimiliter admodum, ac diuersè ab aliis tranſtulerunt. Non enim ἀδελφιδὸς, neque ἑταῖρος, neque ἀγαπητὸς, neque μαστὸς, Nepos ſcilicet, ſocius, dilectus, vel mammas conuerterunt: ſicut hactenus in praeteritis locis. Verùm fratres, hoc eſt ἀδελφοὶ Graecè vertentes reddiderunt, Latini autem chariſſimi: non ſolùm vulgata editio, ſed caeteri omnes, qui Latinè vſque ad noſtrum tempus Canticum verterunt. Inter quos etiam eſt Sanctus Pagninus, qui mihi maximam admirationem mouet.

אכלו רעים שתו

Ichlu renhim ſcethu,

ושכרו דודים׃

Veſciacheru dodim.

Comedite Amici & bibite.

Et inebriamini chariſſimi.

φάγετε πλήσιοι, καὶ πίετε,

καὶ μεθύσθητε ἀδελφοί.

Edite proximi & bibite;

Et inebriamini fratres.

Cùm tamen non charitatem, vel charum eſſe, vel iucundum: non fraternitatem, vel fraternam conſuetudinem: non receptaculum lactis, ad nutriendum foetus: non dilectionem, non ſocietatem, non agnationem vel cognationem aliquam דוד *dod*, in Cantico ſignificans ſit: ſed quod Amorem Latini, Graeci autem ἔρωτα, ſuo Graio nomine perhibent. Quemadmodum nos omnibus locis, quos ſuprà commentati ſumus, jam vertimus: reliquóſque (vt inſtituimus) deinceps perſequentes, vertemus, auſpice Domino, qui verus eſt Amor.

Comedite Paſtores, bibite,

Et inebriamini Amores.

φάγετε ποιμένες, πίεται,

καὶ μεθύσθητε οἱ ἔρωτες.

Verſus eſt Sponſi Domini noſtri, ad Apoſtolos, & in eorum locum ſuppoſitos Epiſcopos, caeteróſque praelatos Eccleſiae, ac per eos ad omnes fideles, quos Apoſtolus Sanctos nuncupare conſueſcebat: quo poſt mortem & paſſionem ſuam, vnumquemque inuitat, ad vtendum & fruendum, tempeſtiuéque demetiendum, & percipiendum fructus ſuae paſſionis. Cùm enim incredibilis eius amor in genus humanum, coëgiſſet eum, vt de altiſſimo Coelo, in hunc inferiorem locum delapſus, triginta & tribus annis in mundò peregrinaretur: famem, ſitim, labores, doloréſque omnes pro Sponſa exantlans: lege Euangelica promulgata, ordinatiſque ſuae nouae legis ſacramentis: vt ſuum, vel potiùs noſtrum negocium conficeret: in horto (ſicut ſuprà proximo loco dicebamus) captus, atque inde eôcubia nocte, qua omnes cubare ſolent, ad tria tribunalia raptus, opprobriis conuiciiſque, iactatus, virgiſque & colaphis caeſus, cruci poſtero die affixus moritur. Síeque magnifico & lauto côuiuio parato, omníſque generis exquiſitiſſimorum ciborum, potionúmque ſpiritualium extructo: ad accumbentes conuiuas, ſuas fideles animas, ſicut in heroum epulis aſſolet; dum comeditur, maximíſque poculis miniſtratur, canit Sponſus Paſtor.

Comedite Paſtores bibite,

Et inebriamini Amores,

φάγετε ποιμένες, πίετε

καὶ μεθύσθητε οἱ ἔρωτες.

Vel potiùs quod mihi magis placet.

Comedite Paſtores bibite,

Et inebriamini Amoribus.

φάγετε ποιμένες, πίετε,

καὶ μεθύσθητε τῶν ἐρώτων.

Vt דודים *dodim*, ſit Graecis ſecundus, Latinis ſextus caſus, non rectus, Sicut Prouerb. 7. 18. de meretriciis habetur amoribus. Vbi idem rex & idem Propheta Salomon, de technis agens, quibus vecordes iuuenes adoriri, procacium mulierum moris eſt: vt in ſuam eos conſuetudinem alliciant: ſcortum cum adoleſcente talibus blandis verbis, quibus ad eam, quae eſt commiſcendorum corporum libidinem immergat, poſt oſcula loquentem inducit.

לכה נרוה דודים

Lechah nirueh dodim

עד הבקר נתעלסה באהבים׃

Nhad habbocer, nithnhalmeh baahauim.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

ἐλθὲ χορτασθησόμεθα ἐκ τῶν ἐρώτων
ἕως ὄρθρυ, φιλίας ἀναβησόμεθα.

Veni ſaturabimur amoribus
Vſque manè, aſcendemus dilectiones.

Id eſt, *lectum dilectionum.* Et eſt ordo conuerſus, quem Graeci ὕστερον πρότερον, vocant. Sic Poëta Iouem ad natam de Aenea loquentem inducit.

Bellum ingens geret Italia, populóſque feroces
Contundet, moréſque viris & moenia ponet.

Sic Iureconſulti. Littorum (inquiunt) vſus publicus eſt: & ob id, cuilibet liberum eſt, ibi retia ſiccare, & ex mari deducere. l.riparum ff.de rer.diuiſ. Priùs enim lectum aſcendunt amantes, poſteà commiſcentur ſaturantúrque amoribus. Quemadmodum apud Homerum, cum Circe Vlyſſem ad complexus inuitat & oſcula: ſua ſpe fruſtrata, quoniam eum transformare non potuit. Nam cùm ob ſalutare medicamentum Mercurij, rationem videlicet, quae omnium domina & regina veneficiis etiam & carminibus obſiſtit: ſui mali pharmaci vim & effectum non videret Circe, vt ad haram porcorum cum aliis ſociis vaderet dormiturus Vlyſſes. Sed praeter caeterorum hominum morem, in quibus communibus ſenſibus dominantibus, rationi non eſt locus: ſeruatus Vlyſſes, gladio ſtricto in ipſam irrueret. Maga obſtupefacta ac timore perterrita, ad Vlyſſis genua volutata: lenibus eum verbis permulcet, ſuóſque amores, vltrò illi effata, ſic effert. Od. κ.

ἀλλ' ἄγε δὴ κολεῷ μὲν ἄορ θέο· νῶϊ δ' ἔπειτα
εὐνῆς ἡμετέρης ἐπιβήομεν, ὄφρα μιγέντε
εὐνῇ καὶ φιλότητι, πεποίθομεν ἀλλήλοισιν.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Eia age fulmineum vagina condito ferrum,
Poſt nos noſtra aſcendemus cubilia mixti
Vt fidamus amicitia lectóque iugali.

Sed redeo ad Sponſi verſum.

Comedite Paſtores bibite,

Et inebriamini Amoribus.

Hoc eſt. O animae fideles,quibus nihil mihi gratius, nihílque iucundius contingere poteſt : non attingite duntaxat Euangelium meum, mea conſilia mandata & praecepta, quibus vobiſcum degens in terris vos informaui,quae vos docui,vobíſque tradidi. Sed verba Dei,quae aure percepiſtis,mente retinete. Cibus enim animarum,omnis ſermo Dei eſt,mente ac memoria tentus. Non libate tantùm mea ſacramenta nouae legis, quae me realiter continent, & virtutem meae paſsionis,ac realiter gratiam conferunt : quod legis veteris ſacramenta,nec realiter conferebant ,nec realiter continebant : ſed tantùm ſignificabant, vt ordinata ad me Meſsiam.

Non guſtate(inquam)ſolùm mea ſacraméta nouae legis,quae propria virtute quam continét,agunt:& propria virtute auferunt peccata:atque in praetium & praeſentem ſolutionem pro peccatis dantur, quae ſunt bona de opere operato:quod legis veteris ſacramentis non contingebat, vt quae in fide offerentis & operantis peccata auferebant,non virtute in ſe contenta : nec dabantur in pretium & praeſentem ſolutionem peccatorum, immò in ſignum futurae ſolutionis, & futuri pretij per me offerendi.

Quin potiùs & fideliſsima atque amantiſsima mea conſilia,& quae mandaui vobis, & mea ſacramenta : in quibus immenſa vorago & gurges, meorum in vos fideles Amorum eſt, helluamini & exorbete. Vt meorum Amorum temulenti effecti : mundi diuitiis, ambitionibus, illecebríſque omnibus obliti : quae nil aliud ſunt niſi ſpinae, Luc.8.bene de me meriti,mecum in coelum,cum inſigni laurea inuecti triumphetis. Meíſque coeleſtibus menſis,exquiſitiſsimis eſcis potionibúſque extructis:ſuauioribus Ambroſia& Nectare Deorum gentium,accumbatis. Vbi opipare,placidè & tranquillè epulari licebit,hilarem in modum.Quando etiam ex veſtris Poëtis Pindari Lyrici ſententia,

Conuiuium tranquillitatem amat.

ἡσυχίαν δὲ φιλεῖ

μὲν συμπόσιον.

Similis locus eſt apud Ezechiel.cap.16.8. Vbi pergens atque inſequens Deus cum Propheta loqui de infinitis ſceleribus flagitiíſque, quae ab Hieruſalem, in ipſum Deum, edita erant : commemorans quomodo poſtquam Hieruſalem,ſicut puellam eiectam & expoſitam ſuſceperat, & infinitis beneficiis ornauerat : ingrata illa & immemor beneficiorum acceptorum, impudentèr ſe proſtituerat: quia ſcilicet gentium Deos coluerat:de tempore eius pubertatis loquens inquit.

עתך

עתך עת דדים

Nhitthech nheth dodim.

Id eſt, quemadmodum Latina vulgata editio vertit.

Tempus tuum tempus amantium.

Et vt Graecè nos vertimus & Latinè.

ὁ καιρός σου, καιρὸς τῶν ἐρώτων.

Tempus tuum tempus Amorum.

Hoc eſt. O ingrata crudeliter, & immemor beneficiorum, quomodo te tui non pudet, adorare Deos alienos, cum inficiari non poſſis, quòd cum adulta virgo ad aetatem nubilem perueniſti: expandi amictum meum ſuper te: amiciens te amiculo, tui miſertus, quae nuda eras, ſicut caeteri homines, qui nudi egrediuntur de vtero matris. Iob 1.21. Et intelligit ibi Deus, de bonis, tam corporis, quàm animae, quibus Iudaeos decorauerat: ob quae cum illuſtres & nobiles in mundo euaſiſſent, eorum nomen erat magna apud gentes gloria. Vbi notandum, quod nomen, quod etiam Latina editio vulgata vertit Amantium, & nos Amorum, vt Graecè reddidimus ἐρώτων: idem eſt, quod in tota hac Annotatione, eodem nomine Amoris, nos vertimus. Qui locus, cum in manus incidiſſet, tacitus mihi quodammodo praetereundus non erat. Tametſi non ignoramus LXXII. vertiſſe hunc locum.

καιρὸς καταλυόντων. Id eſt:

Tempus diſſolutorum. Et Theodoret.

καιρὸς τοῦ διαπαρθενευθῆναί σε. Id eſt:

Tempus deuirginandi te.

Quae ambae verſiones, bene ſanè ad ſenſum quadrant. Nam & puellae cum maritantur, deuirginantur, & clauſtra virginitatis diſſoluuntur. Sicut ſimilia dicebamus ſupra in quinto Praemiſſo, ſuper loco eiuſdem Prophetae, cap. 23.

LOCVS DECIMVS SEXTVS.

SExtvs decimvs locus Cantici nominis דוד *dod*, quod vnum ſemper & idem, variis hactenus nominibus Graecè & Latinè reperitur conuerſum: eiuſdem quintae partis verſus eſt, qui vno duntaxat intermedio ſuperiori verſui continens eſt. Vbi ἀδελφιδὸς nepos ſcilicet Graeci, Latini autem dilectus reddiderunt.

קול דודי רופק׃

Col dodi roſec.

Vox Dilecti mei pulſat.

φωνὴ ἀδελφιδοῦ μου κρούει.

Vox nepotis mei pulſat.

Cum tamen non Dilectum neque nepotem ſignificet, ſed Amorem, ſicut ſemper nos vertimus.

φωνὴ τοῦ ἔρωτος μοῦ κρούει.

Vox Amoris mei pulſantis.

Sponſae verſus eſt, cuiuſcunque animae fidelis: quae dum diuitiis opibus fortuníſque implicata: honoribus ornamentis gloria irretita: voluptatibus delectamentis deliciíſque, omníſque generis cupiditatum lenociniis illaqueata: ſolùm ſe diligens, charitatem non curat, miſericordia non commouetur, nec retinetur clementia: ſed potius bonorum omnium ſpiritualium ceſſatione torpet: expertecta à Sponſo, quae eam, omnéſque vult ſaluos fieri: vt eam ad ſuum munus penſúmque reducat: modum & ſeriem ſuae vocationis commemorat.

Vox Amoris mei pulſantis.

Quaſi diceret Sponſa. Heu me miſeram & infoelicem: quae dum mei officij oblita in luxu verſor: dum mearum partium immemor, mundi huius oblectamentis delector: dum oneris mihi impoſiti me capit obliuio: reuocat me meus amantiſſimus Amor, Sponſus meus, ad meum opus meáſque rationes.

פתחי לי אחתי רעיתי יונתי תמתי׃

Pithchi li achothi ranhiathi ionathi thammathi.

ἄνοιξόν μοι ἀδελφή· μου ποιμήν μου περιστερά μου παντελής μου.

Aperi

Aperi mihi ſoror mea Paſtrix mea, Columba mea perfecta mea.

Vt nos vertimus.

Sic Matth. 12. ὅςις γὰρ ἂν ποιήσῃ τὸ θέλημα τοῦ πατρός μου, τοῦ ἐν οὐρανοῖς, αὐτός μου ἀδελφὸς καὶ ἀδελφὴ καὶ μήτηρ ἐστίν.

Quicunque enim faciet voluntatem patris mei, qui eſt in cœlis: ipſe frater meus, ſoror & mater mea eſt.

Sed de hoc verſu infra dicturi ſumus in Annotatione Paſtrix loc. 9.

LOCVS

LOCVS DECIMVS SEPTIMVS.

DECIMVSSEPTIMVS locus Cantici nominis דוד *dod*, eiuſdem quintae partis verſus eſt, poſt illos Sponſae verſus: quibus tunica exuta, lautíſque pedibus, mundi huius oblectamenta, quae nihil aliud, quam malè olens coenum ſunt, veſtéſque: quibus induti, in ea, quae nobis eſt cum daemone colluctatione, nullo negotio vincimur: nunquam exinde Sponſam, ſibi blandiri paſſuram, profitetur. Vbi דוד *dod*, ἀδελφιδὸς, nepos nempe à Graecis interpretibus tranſlatum eſt: & ab omnibus Latinis, Dilectus. Cum tamen nequaquam, vel Dilectum, vel nepotem ſignificet, ſed Amorem. Sicut vbi vbi in ſacra ſcriptura reperiri contigerit, ſemper nos vertimus. Et in Cantico, quod cum ſummis vigiliis, annuente Sponſo, Latinum Graecúmque proſa oratione: Thuſcumque hendecaſyllabis, ad veram ſyncerámque Hebraei textus ereximus conſonantiam. Sicut hoc loco XVII. vbi textus Hebraeus habet.

דודי שלח ידו מן החור

Dodi ſcialach iadô min hachor,

ומעי המו עליו:

Vmenhai hamu nhalau.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Amor meus miſit manum ſuam in latibulo,
Et viſcera mea ſonuerunt propter eum.
ἔρως μου ἀπέστειλεν χεῖρα αὐτοῦ ἐν ἀποκρυφῇ,
καὶ τὰ ἔντερα μου ἤχησαν ἕνεκεν αὐτοῦ.

Sic Nah. 2. 12. Leo rapuit filiis catulis ſuis, & ſtrangulauit Leaenis ſuis.

וימלא טרף חריו

Vaimalle teref chorau.

Impleuítque rapina latibula ſua.

λέων ἥρπασε υἱοῖς τοῖς σκυμνοῖς αὐτοῦ,
καὶ ἐστραγγάλησε τοῖς λεοῦσιν αὐτοῦ,
καὶ ἔπλησε ἁρπαγῇ τὰς ἀποκρυφὰς αὐτοῦ.

Hoc

Hoc eſt. Sennacherib Rex Aſſyriorum,qui regnauit in Niniue, ciuitate magna,quam eo occiſo vaſtauit Rex Babylonis Nabuchodonoſor. Rex igitur Sennacherib rapuit,vt Leo, filiis ſuis: & ſtrangulauit Leaenis ſuis. Videlicet,vxoribus ſuis & concubinis: necatis pluribus Regibus,in bello captis. Et impleuit rapina latibula ſua,vel ſpeluncas ſuas.Quia de praeda,ſpoliíſque domos ſuas impleuit regias,regnúmque & ciuitatem. Sic Pſal.46.

יהמו יחמרו מימיו

Iehemu iechmaru memau.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Sonabunt, turbabuntur aquae eius.

ἠχήσουσι ταραχθήσονται τὰ ὕδατα αὐτοῦ.

Hoc eſt. Populi gentiles, qui figuratè notantur, nomine, aquarum maris:quo gentilitas figuratur, ob amaritudinem peccatorum, & latitudinem gentium:de quo ſupra proximè. Populi igitur gentiles,qui ſunt מימיו *Memau, aquae eius*, τ' αὐτοῦ τὰ ὕδατα. Maris ſcilicet: Non autem τὰ ὕδατα αὐτῶν.

יהמו יחמרו

Iehemu iechmeru.

Sonabunt, turbabuntur. Non autem.

ἤχησαν καὶ ἐταράχθησαν.

Sonuerunt & turbatae ſunt.

Sonabunt igitur populi gentiles,& turbabuntur: tumultuantes ſtrepentéſque inter ſe, cum ad praedicationem Apoſtolorum, ad poenitentiam conuertentur,fidémque Sponſi recipient, & baptizabuntur, qui praeordinati erunt. Sicut de tumultu dicitur Mich.2. De quo in proxima Annotatione Vinea acturi ſumus.

Dixi. Qui praeordinati erunt. Quia non omnes populi crediderunt,ad praedicationem Apoſtolorum. Sicut narratur. Act.14.

Et patet ex ſequentibus in Pſalmo, dum dicitur

ירעשו הרים בגאותו

Irnheſcu harim beghaauatho.

Id eſt,quemadmodum nos vertimus.

Trement montes propter ſuperbiam eius.

τρομήσουσι τὰ ὄρη ἐν τῇ ὑπερηφανίᾳ αὐτοῦ.

Hoc eſt. Apoſtoli trement,obiecta re tam terribili:cum totum mare, id eſt,cuncta gentilitas non conuertetur:ſed Apoſtolos, caeteróſque credentes profligabunt, occidéntque. Tremere namque eſt רגש *raghas*. Quemadmodum diximus ſupra in Annotatione Oſculis.

Ea eſt enim amborum verſuum concors congruáque conuerſio. Non autem, vt vulgata Latina, nec non etiam caeterae Latinorum editiones habent,& Graecorum. Quamuis quo ad ſenſum myſticum ſuſtineri poſſint : ſecundum piorum Doctorum interpretationem. Qui cum linguas non callerent : vt vt ſacram ſcripturam conuerſam repererunt, ſunt commentati. Quemadmodum Pſal.132.cuius Latinis eſt orſus, Memento. Ibi.

Viduam eius benedicens benedicam.

Vbi,cum neque de viduis,neque de non nuptis,ſi res ad rationem perpendatur,mētio facta ſit:ſed de venatione & cibo:quorum nomen צידה *tſedah* Hebraeis commune eſt, quoniam venatione plurimum veſcebantur:non ſecus ac Graecis θήρα, feram & venationem ſignificat, quoniam venatu ferae capiuntur. Et intelligat ibi Propheta, quod inter caetera dona,quibus Sponſam Deus donaturus erat:ſacramenta futura erant, quibus fideles ſpiritualiter paſcerentur : eam eſcam tum ob certitudinem, tum ob maximam abundantiam, repetit Sponſum benedicturum.

Cibum eius benedicens benedicam.

Interpretes opinionum commentis,Viduam expoſuerunt, Eccleſiam militantem. Immemores Sponſi pollicitationum.

οὐκ ἀφήσω ὑμᾶς ὀρφανοὺς, ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς.

Non relinquam vos orphanos,veniam ad vos. Ioan.14. Et.

καὶ ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμὶ πάσας τὰς ἡμέρας, ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος.

Et ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi. Matth.28.

Sed redeo ad verſus Cantici : in quibus Salomon de gratia loquitur,quae voluntatem hominis praeuenit, praeparátque, vt velit bonum. Dicit igitur in perſona hominis. Quod cum mens eius humi defixa & ſtrata, nihil niſi de mundi huius honore & gloria, caeteríſque commodis cogitaret:neque ſupera, neque coeleſtia ſpectaret:nihil niſi quae ſuper terram ſunt ſcrutaretur:non quae ſurſum in coelo ſunt quaereret : nihil niſi caduca & mortalia diligeret, quae nihil aliud, quàm lutum ſunt,ſordéſque:non perennia & perpetua adamaret,quae theſaurus ſunt inexhauſtus : neque tandem ad illam Sponſi haereditatem ἄφθαρτον, καὶ ἀμάραντον, καὶ ἀμίαντον (Vt Princeps Apoſtolorum vocat) incorruptibilem immarceſſibilem & impollutam, animum aduerteret. Quin potius multis blandimentis,quae nobis corrupta natura genuit,oppreſſa : velut alter Samſon, cuius nomen, ibi dormiens interpretatur:deperiens Dalidam,hoc eſt, inopiam & pauperiem : habitantem

בנחל

בנחל שורך

Benachal ſciorech.

In torrente ſciorech.

Id eſt, colorato: ſupérque eius genua dormiens: arcto ſopore complexa, perditam vitam degeret: eius pectus pulſauit Sponſus, vt ſopitam excitaret. Hoc enim ſibi vult.

Amor meus miſit manum ſuam in latibulo.

Hoc eſt, in corde, quod ſub pectore latet; ex quo omnia mala exeunt. Marc.7. Sic enim homines Sponſus, vt reſipiſcant, inſpirare conſueuit: quos aberrare à veritate non facilè patitur. Pauci licet, eorum culpa, huiuſmodi inſpirationes accipiant. Quin potius, vt Samſon dormientes, ac proinde imagines & ſimulachra mortuorum effecti: Dalidam (infandum facinus) deperientes, id eſt terrena, quae ad pauperiem & inopiam citò vergere faciunt: cum ea habitant in torrente, id eſt, in bonis mundi, quae inſtar torrentis temporaria, quàm mox labuntur: & in bonis coloratis, quemadmodum nomen שרך *ſciorech,* Latinè conuertitur, videlicet fucatis fallacibus, meríſque ineptiis: & quod ſupereſt, dormiunt ſuper eius genua, quia nempe declinauerunt: & in morem brutorum, ſenſum à quo alliciuntur, non rationem, vt homines decens eſſet, ſequentes, humum (vt ſupra dicebamus) reſpiciunt. Sic igitur homine affecto Amor mittit manum ſuam in latibulo, vt coelum intueatur.

Sic Saulum, non ſemel, ſed pluris inſpiratum piè credimus. Non ſolum dum eorum veſtes aſſeruabat, à quibus ſaxis in Stephanum facta lapidatio eſt, vſque ad necem: ſed poſtea etiam cum Sponſi Diſcipulos caeteróſque credentes, ac per eos, ipſum Dominum, perſequeretur. Quemadmodum eius conuerſionis ſacra hiſtoria inſinuat, illis verbis. Act.9.5.

σκληρόν σοι πρὸς κέντρα λακτίζειν.

Durum tibi contra ſtimulos calcitrare.

Non autem *ſtimulum.* Hoc eſt enim.

Amor meus miſit manum ſuam in latibulo.

Et viſcera mea ſonuerunt propter eum.

Quamobrem equo deiectus cadens in terram ſonum edidit.

τίς εἶ κύριε; Quis es Domine?

Et infrà tremens ac ſtupens.

τί με θέλεις ποιῆσαι; Quid me vis facere?

Quare dicto Domini obediens, ac praecepto parens: gratia Dei, quae eum praeuenit praeparauítque vt vellet bonum, talis euaſit, qualem alterum ſimilem Sponſa non habet.

LOCVS DVODEVIGESIMVS ET VNDEVIGESIMVS ET VIGESIMVS.

DVODEVIGESIMVS & VNDEVIGESIMVS & VIGESIMVS loci Cantici nominis דוד *dod*, eiuſdem quintae partis, ſuperioribus duobus verſibus, quinque verſus coniuncti ſunt, cohaerentes & continuati: in quibus Salomon hominem inducit, vocatum à Deo, per inſpirationem Spiritus Sancti, acceptantem gratiam praeuenientem, & exhibentem ſe paratum, ad obediendum voluntati Magni Dei. Vt per eius cultum & obſeruantiam legis & mandatorum, dignus efficiatur: qui conſors Sponſi, ſocius & cohaeres ſit haereditatis Dei. Vbi hactenus Graecè vertentes, ἀδελφιδὸν tranſtulerunt: hoc eſt, ac ſi Latinè dixeris Nepotem, ſiue ex fratre, ſiue ex ſorore. Latinorum autem, quidam quidem Conſobrinum reddiderunt: plerique autem Dilectum.

Surrexi vt aperirem Dilecto meo
Manus meae ſtillauerunt Myrrham.
Et digiti mei pleni Myrrha probatiſſima
Peſſulum oſtij mei aperui Dilecto meo
At ille declinauerat, atque tranſiuerat.

ἀνέστην ἐγὼ ἀνοῖξαι τῷ ἀδελφιδῷ μου
χεῖρές μου ἔσταξαν σμύρναν
δάκτυλοί μου σμύρναν πλήρεις ἐπὶ χεῖρας τοῦ κλείθρου
ἤνοιξα ἐγὼ τῷ ἀδελφιδῷ μου,
ἀδελφιδός μου παρῆλθε.

Surrexi ego aperire Nepoti meo.
Manus meae ſtillauerunt Myrrhàm
Digiti mei Myrrham plenam ſuper manus peſſuli
Aperui ego Nepoti meó
Nepos meus tranſiit.

Cùm tamen non Nepotem, neque Conſobrinum, neque Dilectum
דוד

דוד *dod*, ſignificet, ſed Amorem : ſicut in noſtris nos Cantici verſionibus Graecè & Latinè conuertimus.

קמתי אני לפתח לדודי׃
Camthi ani liſthoach ledodi

וידי נטפו מור
Veiadai nateſu mor

ואצבעתי מור עבר על כפורת
Veetsbenhothai mor nhouer nhal cappoth:

המנעול פתחתי אני לדודי
Hamanhul patachthi ani ledodi,

ודודי חמק עבר
Vedodi chamac nhabar.

Surrexi ego ad aperiendum Amori meo
Et manus meae guttauerunt Myrrham
Et à digitis meis Myrrha tranſiuit ad palmas.
Peſſulum aperui ego Amori meo
Sed Amor meus diuerterat tranſiuerat.

ἀνέστην ἐγὼ ἀνοῖξαι τῷ ἔρωτί μου,
καὶ χεῖρές μου ἔσταξαν τὴν σμύρναν,
ὥστε ἀπὸ δακτύλων μου σμύρνα μετέβη εἰς θένερας
κλεῖθρον ἤνοιξα ἐγὼ τῷ ἔρωτί μου.
ἀλλ' ἔρως μου μεταβαίνων ἔκλινεν.

Cùm enim ſuprà proximo loco, per inſpirationem Spiritus Sancti, Sponſam ad ſui amorem, ſpe futurae gloriae Sponſus excitaſſet. Sciens Sponſa & compertum habens, ob vitiatam à primis parentibus naturam : neminem, nec diuinà mandata curare, nec à malis declinare: nec quicquam boni facere poſſe, niſi per Sponſi gratiam. Vt tale, ac tantum beneficium vocationis ſibi diuinitus collatum, trabali clauo figeret : ſurgit aperire Amori ſuo ; oculíſque & animo munus ſibi à Deo oblatum, accipit, quod eam perditam ſaluare poteſt. Quamobrem relictis ſimulachris, quae gentes colere precari, venerarique aſſolent: deteſtatíſque luxuriis, voluptatibúſque venereis, ac ebrietatibus : omníque turpitudine, quae à libidine & petulantia naſcitur : caeteríſque

vitae praeſentis illecebris : mundo mortua, nihil magis ſtudet, quàm Deo placere : nihil magis curat, quàm nouiſſima memorare: nihil magis ſatagit, quàm vt per bona opera, certam ſuam vocationem faciat. Quo pro huius mortali conditione vitae, vitae alterius immortalitatem conſequatur.

Quare dum in ſacroſanctis ſacramentis, cùm percipiendis & peragendis, tum diſpenſandis diſtribuendíſque ſe occupat : manat per eam operam ab eius manibus Myrrha fluítque. Hoc eſt virtus paſſionis Sponſi, quam realiter ſacramenta continent, deriuatam ab eius paſſione, tanquam riuorum à fonte deductio.

Sicut enim Myrrha & alia aromata, corpora ne corrumpantur, ne ve putreſcant, aſſeruant. Sic Sanguis Sponſi, veriſſima Myrrha, omnibus ſpeciebus pretioſior : qui tùm per agitationem contrariorum ventorum, Iudaeorum videlicet & Pilati, cum ſuis ſequacibus : tum per inciſiones vulnerum, de eius corpore fluxit, à quo omnia ſacramenta virtutem acceperunt : non ſolùm fidelium corpora, ſed animas etiam integras inuiolatáſque à corruptione conſeruat : id eſt morte aeterna. Hoc eſt enim.

Et manus meae guttauerunt Myrrham

Et à digitis meis Myrrha tranſiuit ad palmas.

In his igitur cùm Sponſa ſe met ipſa in exercet, haec cùm ipſamet tractar : coacta & ſubacta atque in ſeruiturem redacta propria ſenſualitate : ardet animus, & cor in Sponſum cumulatur amore. Dum per haec piae placationis officia, remittuntur peccata : quibus cordis, valuae clauſae, fractis repagulis, ſe ipſae aperiunt : & qui priùs gratiae intercludebat ingreſſum, laetitiam ablatus parit obex. Id enim ſibi vult,

Peſſulum aperui ego Amori meo.

Ponderando pronomen אני *ani*, ego. Omnino enim quemadmodum, vt ſenſualitas viriata (ſicut initio dicebamus) & clauda facta, flectatur ad bonum : vt per gratiam adiuuetur, requiritur : ſic etiam vt violenter per propriam voluntatem cogatur, ſubiiciatur, & in ſeruitutem redigatur, opus eſt.

Veruntamen quoniam in hac vita, nemo de aeterna ſalute certò ſcire poteſt : vt animam fidelem à ſomno peccati excitauit Sponſus, diſcedit. Ac propterea ſubdit Sponſa.

Sed Amor meus diuerterat, tranſiuerat.

Sed mox tamen reuerſurus. Non tam, ne nimis ob ſuam praeſentiam ſibi Sponſa blandiatur : quàm, vt per ſuam abſentiam, ab ea ſolicitè quiratur ; atque in bonis operibus perſeuerantia, eius imploretur acceſſus : qui nunquam deeſt nauis rectiſque inuocantibus eum. Sicut Regius Propheta canebat Pſalm. 145. In quo à virtutibus & operibus

maximo

maximopere laudat Deum oſtendens, quòd eo modo, quo omnia ſunt creata, eodem reguntur & conſeruantur. litera ק *coph.*

קרוב הוה ילכל קראיו

Carob Iehouah lechol ceroau

לכל אשר יקראהו באמת:

Lechol aſcer icrauhu beemeth.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Vicinus Deus omnibus vocantibus eum

Omnibus vocantibus eum in veritate.

γείτων ὁ Θεὸς πᾶσι καλȣμένοις αὐτὸν,

πᾶσι καλȣμένοις αὐτὸν ἐν ἀληθεία.

Hoc eſt, finitimus & proximus ad exaudiendum voces ſupplicum pro veritate: id eſt rebus veris & ſolidis, vt ſunt bona ſpiritualia, & vita aeterna: non autem pro temporalibus falſis, & fucatis.

LOCVS

LOCVS VIGESIMVS PRIMVS.

VIGESIMVS PRIMVS locus Cantici nominis דוד *dod*, eiuſdem quintae partis, ſecundùm Graecorum partitionem,& Latinorum vulgatam verſus eſt: qui ſecundus ſeptimae partis eſt, eorum, qui in decem partes Canticum ſecant. Vbi Salomon de Sanctorum imploratione agens, ſic inducit Sponſam canentem:

השבעתי אתכם

Hiſchanhthi ethchem.

בנות ירושלם

Benoth Ieruſcialaim

אם תמצאו את דודי

Im thimtſeu eth dodi,

מה הגידו לו

Mah hagghidu lo

שחולת אהבת אני

Scecholeth ahauah ani.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

ὁρκίσω ὑμᾶς

θυγατέρες Ἱερουσαλήμ

ἤνικα εὕρετε τὸν ἔρωτά μου,

αὐτῷ ἀπαγγέλλειν

ὅτι φίλη ἀσθενὴς ἐγώ.

Adiurabo vos

Filiae Ieruſalem

Quando Amorem meum inueniſtis

Vt ei nuncietis

Quòd Amica langueo.

Non

Non autem quemadmodum hactenus in Graecis exemplaribus.

ὥρκισα ὑμᾶς
θυγατέρες Ἱερουσαλὴμ
ἐν ταῖς δυνάμεσι, καὶ ἐν ταῖς ἰσχύσεσι τοῦ ἀγροῦ
ἐὰν εὕρητε τὸν ἀδελφιδόν μου,
τί ἀπαγγείλητε αὐτῷ;
ὅτι τετρωμένη ἀγάπης ἐγώ εἰμι.

Adiuraui vos
Filiae Ieruſalem
In virtutibus & viribus agri
Si inueneritis Nepotem meum.
Quid ei nunciabitis?
Quod vulnerata charitatis ego ſum.

Nam verbum השבעתי *Hiſchanhthi*, praeteritum Hebraeorum: ſicut in permultis ſacrae Scripturae locis, & maximè in Prophetis, eſt loco futuri. Sed Canticum Salomonis, nihil aliud continet, niſi futura pronunciata de Eccleſia, à ſui primordio, vſque ad finem mundi: Spiritus ſancti reſponſa: igitur.

Quaſi diceret Sponſa. Filiae Hieruſalem, quibus nemo amicior, nemo iucundior, nemo charior Sponſo Deo meo, quo fruimini: orabo vos ſemper, obſecrabo, & obteſtabor omnibus futuris ſeculis, dum hominum genus erit, me illi commendare.

Et illa verba,

ἐν ταῖς δυνάμεσι καὶ ἐν ταῖς ἰσχύσεσι τοῦ ἀγροῦ
In virtutibus & viribus agri.

non ſunt in Hebraeis Codicibus in hac quinta parte Cantici: ſed in ſecunda & tertia. Vbi ne Sponſa excitetur, neve expergiſcatur, Sponſus obſecrat. Quibus etiam locis, non per virtutem & vires: ſed per Capreas, ſiue per Ceruos campi, facta obteſtatio eſt. Tametſi in eo, propter Hebraeorum verborum ſimilitudinem, neque Graecè vertentes accuſo, neque culpo. Cùm צבא *tſeua*, cuius plurale eſt צבאות *tſeuaoth*. virtutem, potentiam, & vt Graeci dicunt *δύναμιν* ſignificans ſit. Vnde in Pſal. 68. militia & exercitus interpretatur. Et צבי *tſeui*, cuius pariter plurale eſt צבאות *tſeuaoth*, à radice צבוה *tſeuah*, Capream ſignificet.

Et ſimili modo אילות *aieloth*, à ſingulari איל *aijal*, Ceruum ſignificet: & etiam ab eadem radice fortitudinem. Vnde אל *el*, vnum ex Dei

nominibus,quod per ἰσχυρὸς Graeci vertunt. Quamuis enim hodie in pũctatis Codicibus, ratio diuerſitatis ſignificati,ex ipſis pũctis haberi poſſit:olim tamen, ante inuẽtionem punctorum,in ſcriptis,ab hominum memoria propter vetuſtatem remotis,priſcam verborum intelligentiam,non obſcurè deprehendere operoſa res erat.Niſi quod ex iis, quae in fine eiuſdem ſecundae partis.& in fine Cantici,diuinus Vates cecinit, non multùm admodum difficile erat, enodare. Cùm eorundem fere verborum,eadem planè ſit repetitio.

דומה דודי לצבי

Domeh dodi litſui

או לעפר האילים:

O lenhefer haaialim.

Vbi Graecè habetur.

ὅμοιός ἐστιν ἀδελφιδός μου τῇ δορκάδι

ἢ τῷ νεβρῷ, τῶν ἐλάφων.

Similis eſt nepos meus Capreae

Vel Catulo Ceruorum.

Vbi nos vertimus.

Par factus eſt Amor meus Capreae

Catulóque Ceruorum.

De quo ſcripſimus loco octauo praeſentis Annotationis.

Et dictio אם *im*, non eſt coniunctio conditionalis, quemadmodum Graeci faciunt, ἐὰν εὕρητε, ſi inueneritis: vt rogatio pendeat, differat, & nunciationem moretur. Non ſecus ac Iureconſultis ſtipulatio ſub conditione: quae differtur in aliquem caſum futurum: quae non parit actionem neque obligationem, niſi demum aduenta conditione: ſed tantùm ſpem debitum iri. ff. de verb.ſig. l.conditionalis. l. non omnis, ff.ſi cert.pet, gloſ.in §,ſub conditione.Inſt. de verb. oblig. Sed eſt aduerbium, ſicut Geneſ.38. 9. Cùm Onam ſecundo genitus Iudae,nefando complexu venereo Tamar ſe iungens, calculos eiiciebat in terram.

אם בא אל אשת אחיו:

Im ba el eſceth achiu.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus,

Quando intrabat ad uxorem fratris ſui.

ἡνίκα ἤρχετο πρὸς τὴν γυναῖκα τοῦ ἀυτοῦ ἀδελφοῦ.

Et verbum, תמצאו, *thimtſeu*, eſt futurum pro praeterito. Sicut ſaepè in ſacra

in ſacra pagina : & ita exponendum eſt. Et ratio eſt, quoniam Sancti Dei, ſiue adhuc corporis vinculis conſtricti : qui ſunt filiae terrenae Ieruſalem, non illius tantùm materiatae quondam Iudeae vrbis : ſed Eccleſiae inde ortae, totóque orbe terrarum propagatae : ſiue qui in Coelo, cum Deo, eiúſque Angelorum choris, agunt aeuum: & ipſae Angelorum Myriades : qui coeleſtis Hieruſalem, filiae ſunt : iampridem quidem certè Sponſae Amorem inuenerunt : qui in eiuſdem Sponſi Amoris, amore & delitiis ſunt.

Vt iure merito inter caeteras Eccleſiae deliberationes, quas Sponſo gubernatore ſanxit : haec vna Sanctorum Angelorúmque imploratio, in ſacrificiis & litationibus, quae fiunt ad arã, & in horis diuinis, & in ſupplicationibus litaniiſque: ſanctio plena prudentiae & Spiritu ſancto appellanda ſit. Non ſolùm dum tranquillè placidéque res agitur, pro pacis ac tranquillitatis conſeruatione : verùm etiam aduerſis, infenſiſque temporibus, pro malorum ceſſatione, & vt detur reſpirandi locus. Quemadmodum à Spiritu ſancto informata Sponſa & anticipata, fideles in hoc Salomonis Cantico edocet. Cùm in ſecunda parte, reclinari in pomis rogat : de quo in Annotatione Phiala dicturi ſumus. Et cùm in hac quinta, planiùs & apertiùs ſuum deſiderium explicans : nunciari Amori ſuo orat, obteſtatúrque.

שכלת אהבה אני:

Scecholeth ahauah ani.

Quod aegra ego Amica.

Quòd Amica langueo. Tum ob praeſentes vexationes, calumnias, inſidias, peccandíque cohaerentem materiam, quibus acerbiſſimè affligor : tum ob opinionem magnorum malorum : quae à Sponſi nominis inimicis, falſiſque fratribus in dies impendent.

LOCVS VIGESIMVS-SECVNDVS, VIGESIMVSTERTIVS, VIGESIMVSQVARTVS, ET VIGESIMVSQVINTVS.

VIGESIMVSSECVNDVS, VIGESIMVSTERTIVS, VIGESIMVSQVARTVS, ET VIGESIMVSQVINTVS loci Cantici, nominis דוד *dod* eiuſdem quintae partis, ſuperioribus verſibus connexi verſus ſunt, iuncti & continentes: in quibus de Sponſo, à filiis Hieruſalem, Sponſam Salomon ſciſcitari facit.

מה דודך מדוד

Mah dodech middod.

היפה בנשים:

Haiafah bannaſcim.

מה דודך מדוד

Mah dodech middod.

שככה השבעתנו

Scecbachah hiſchanhthanu.

Quos verſus nos in noſtris verſionibus, ad hunc modum, Graecè & Latinè conuertimus.

Quis Amor tuus, quis Amor?
Pulcherrima inter mulieres?
Quis Amor tuus, quis Amor?
Quoniam tantum adiuraſti nos?

τίς ὁ ἔρως σοῦ, τίς ἔρως;
ὦ καλὴ ἐν ταῖς γυναιξίν;
τίς ὁ ἔρως σοῦ, τίς ἔρως;
ὅτι οὕτως ὥρκισας ὑμᾶς.

Etenim quoniam ſupra proximo loco, filias Hieruſalem implorauerat Sponſa, nunciare eius Amori ſuam aegritudinem: tacito nomine Amoris. Filiae Hieruſalem, tametſi ex perſona rogantis Sponſae, quae omnium primaria foemina, omnes mulieres pulchritudine excellit:

cellit:& ex modo orandi, in quo mixta modeſtiae grauitas: & ipſa nunciatione morbi, qui medico opus habet: ac denique ex congreſſibus colloquiíſque valde familiariter antea habitis: quis Sponſae ſit Amor apprehendant: ob magnam tamen delectationem, & mirificam ſuauitatem, quam ſentiunt, cum de Amore Sponſa ſermonem habet: ignorare ſimulantes, ab ipſamet audire, quis eius ſit Amor expoſcunt: quatérque (vt ingens deſiderium, quo tenentur, oſtendant) repetita repetitione ſcire ſummè contendunt. Quare ab eius perſonae laudatione beneuolentiam captantes: quaſi in hunc modum eam affantur. O pulcherrima omnium mulierum, quae inualetudinem tuam, nos tuo Amori nunciare, obſecrare non deſines: quaeſumus gratificare nobis: vt nobis dicas, quod à te audire auemus. Quis maximus heros, quis illuſtris honore & nomine, quis Amor tuus, quis Amor, cuius amore ardes? Atque nobis aperias. Nunquid ipſe eſt Moyſes amicus Dei, vel aliquis Prophetarum, ſanctorúmve patrum, vel Meſſias Deus & homo in ſcripturis promiſſus? Hoc enim ſibi vult.

Quis Amor tuus, quis Amor?
Quis Amor tuus, quis Amor?

Vt nos vertimus interrogatiuè, ad modum 1.Reg. 28. quando Saul pythonicam mulierem conſuluit. Ibi 13.

מה ראית
Mah raith.
Quem vidiſti?
τίνα ἑώρακας; Et infrà,
מה תארו:
Mah thaaro.
Quae forma eius?
τίς αὐτοῦ τρόπος;

t ad modum Pſalm. 18. 32.

כי מי אלוה
Chi mi eloah.
Quoniam quis Deus?
ὅτι τίς θεὸς; Et infrà.
ומי צור
Vmi tſur.
Quoniam quis petra?
ἢ τίς πέτρα;

Nec non Pſalm.71.19.

אלהים מי כמוך

Elohim mi camocha.

Deus quis ſimilis tibi?

ὁ θεὸς τίς ὅμοιός σοί;

Ex quibus locis colligitur, eas dictiones מה *mah*, & מי *mi*, reſpondere Latinorum pronomini relatiuo, quis. Licet etiam ad ſignificandum qualitatem, promiſcua ſit dictio מה *mah*. Sicut locis ſupracitatis, ex 1.Reg.cap.28. qui etiam verti poſſunt.

מה ראית

Mah raith.

Qualem vidiſti? Et.

מה תארו

Mah thaaro.

Qualis forma eius?

Non aliter quàm Latinis, quis. Vt apud Poëtam.

Quis nouus hic noſtris ſucceſſit ſedibus hoſpes.

Vbi non quis ſit hoſpes, interrogat malè ſana ſororem: quae iam ab ipſo audierat, illum Aeneam, quem Dardanio Anchiſae,

Alma Venus Phrygij genuit Simeontis ad vndam.

Quin ſtupens alloquitur, eiúſque amore ſaeuo ſaucia, miras eius qualitates laudat.

Quamobrem autem filiae Hieruſalem, cum à Sponſa aliquid petunt: vt hîc, declarare Amorem ſuum: & in fine ſextae partis: cum ſynagogam rogant, vt ad fidem reuertatur: & quem Meſſiam in Crucem ſuſtulit, Deum agnoſcat: toties repetat:

שובי שובי השולמית׃

Sciuui ſciuui haſciullamith.

שובי שובי ונחזה בך

Sciuui ſciuui venechezeh bach.

Reuertere reuertere Sciulamitis.

Reuertere reuertere & ſpeculabimur te.

Vel. *Videbimus*: vt Graeci Codices habent.

ἐπίστρεφε ἐπίστρεφε σωαμῖτις.

ἐπίστρεφε ἐπίστρεφε, καὶ ὀψόμεθα ἐν σοί.

Aliae duae rationes myſticae non inelegantes aſſignari poſſunt.

Altera

Altera, vt ad ſimilem repetitionem fideles excitent, cum vel capitis, vel ſalutis, vel cuiuſpiam voti cauſam orant. Magna eſt enim vis perſeuerantiae orationis, ſicut Dominus noſter docuit Luc. 11. Quare poſt eiuſdem Sponſi glorioſam aſcenſionem, Apoſtoli, cum ſanctiſſima Deipara, ſanctíſque mulieribus,

οὗτοι πάντες ἦσαν προσκαρτεροῦντες ὁμοθυμαδὸν τῇ προσευχῇ, καὶ τῇ δεήσει.

Omnes quique erant vnanimiter perſeuerantes in oratione & deprecatione. Act. 1. 14.

Et in eiſdem actis legitur. Quod cum Herodes perſequeretur Eccleſiam: iámque Iacobum interfeciſſet, Petrum verò principem conieciſſet in carcerem.

προσευχὴ ἦν ἐκτενὴς γινομένη ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας πρὸς τὸν θεὸν ὑπὲρ αὐτοῦ.

Oratio aſſidua & conueniens ab Eccleſia fiebat ad Deum pro eo.

Altera, vt ante oculos proponant, in vniuerſum orbem terrarum, fidem Sponſi propagandam eſſe. Quemadmodum & Regius Propheta canebat. Pſal. 19. de lege Euangelica, quae omnibus gentibus promulganda erat. Sicut in ſuo aduentu idem Sponſus ſanciuit. Matth. 28. & Marc. 16. Quod filiae Hieruſalem per quaternas rogationes, interrogationéſque deſignant. Id eſt, quatuor mundi plagas, quatuor praecipuas coeli regiones, Ortum, Occaſum, Septentrionem & Meridiem.

Reuertere reuertere,
Reuertere reuertere.
Quis Amor tuus, quis Amor?
Quis Amor tuus, quis Amor?

LOCVS

LOCVS VIGESIMVS SEXTVS.

VIGESIMVSSEXTVS locus Cantici nominis דוד *dod*, eiuſdem quintae partis verſus eſt, vbi Salomon gratioſam Sponſam inducens, ad ea reſpondendum, quae proximis ſuperioribus locis, à filiabus Hieruſalem, quaeſita ſunt: eximia eam ſigna & notas Sponſi tum deitatis, tum humanitatis narrare facit.

דודי צח ואדום

Dodi tſach vaadom.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Albus Amor meus & ruber.

λευκὸς ὁ ἔρως μου, καὶ ἐρυθρός.

Hoc eſt. Etſi filiae Hieruſalem minime ignoratis, Deum & hominem eſſe Amorem meum: ex quo & perſonam ſcitis, quoniam eiuſmodi ſola eſt, ſecunda in diuinis: non tamen ſuperuacaneum opus, ſed operae pretium facturam exiſtimo, ſi id ipſum vobis narrauero: vt aequae atque honeſtae veſtrae poſtulationi ſatisfaciam. Quamobrem vobis dico, atque etiam profiteor: inſignem atque electiſſimum ex omnibus millium millibus Amorem meum, album eſſe & rubrum: ob duas naturas diuinam & humanam. In quorum altera diuinitatis, generis eſt humani redemptio, tanquam in principio (vt ita dicam) virtuali & poteſtatiuo: in altera humanitatis, tanquam in principio meritorio. Quamuis enim ius & facultas, captiuum genus humanum redimendi, relaxandíque peccata, primae perſonae ſit: merita tamen ſecundae, humilitatis ſunt: quoniam per eiuſdem merita paſſionis, redemptio facienda eſt. Cum ſtato tempore, opera tertiae, humiliabit ſemet ſecunda, formam noſtram accipiens: ac ſuapte ſe offerens ad paſſionem, fiet obediens vſque ad mortem, eámque crucis: quam prima in pretium aſciſcens, liberabit. Eſt igitur Amor meus albus & ruber. Quoniam ſecundum diuinitatem puriſſimus, clariſſima luce (quam magnam inter colores habet albedo) reſplendet facies eius ſicut Sol: & veſtimenta eius ſunt alba ſicut nix. Matth. 17. Et quia ſecundum humanitatem, cruor in veſtitu eius: ob ſanguinis vbertatem & copiam, qui ex innumeris pretioſi eius capitis, totiúſque ſanctiſſimi corporis vulneribus fluet, plagíſque: quas luculentas in manibus pedibúſque, & in latere, cum patietur, accipiet: ſicut cicatrices declarabũt. Quem

Quemadmodum de capite inFr.par.3.11. videbitis: cum vobis filiae Hieruſalem, ipſum meum Amorem,oſtendam,coronatum corona ſpinea,ab eius matre: immo potius nouerca,cum ſe ſacrificandum offeret.

Et de manibus pedibúſque Regius Propheta praedixit,Pſal.22.19. In quo à Spiritu ſancto illuminatus, eiuſdem mei Amoris, hiſtoriam paſſionis contexit.

כארו ידי ורגלי

Charu iadai veraglai.

Foderunt manus meas, & pedes meos.

ὤρυξαν χεῖράς μου,καὶ τοὺς πόδας μου.

Et de latere, praeſagium eſt eiuſdem Prophetae Pſal.38.18. qui eſt tertius poenitentialium. Vbi Propheta Meſſiam inducit, in perſona humani generis, ſaucij praeuaricatione primi parentis, miſerias humanas deflentem:atque ſponte mundi peccata luere offerentem.

כי אני לצלע נכון

Chi ani letſleanh nachon.

ומכאובי נגדי תמיד

Vmaccoui negdi thamid.

Id eſt,quemadmodum nos vertimus.

Quoniam ego latus paratum habeo,

Et vulnus meum coram me iugiter.

ὅτι τὴν πλευρὰν ἐγὼ ἑτοίμην ἔχω,

καὶ τραῦμα μου ἐνώπιον μου διαπαντός.

Hoc eſt. Ecce ego Meſſias,non ſolum cum meos, ſpiritus reget artus, pro peccatoribus pati,immolari, moríque paratus ſum, vt redimam genus humanum: verùm etiam poſtquam iam in ara crucis,clauibus confixus, atque acutis rhamnis coronatus,mortuus fuero:etiam latus meum militibus vulnerandum praebebo. Vt per exceſſum effuſionis ſanguinis, qui de meo latere exibit:cuius vel vna gutta circunciſionis,in templo:vel ſudoris in horto:vel flagellationis in praetorio:vel diadematis in atrio: vel clauorum in cruce: mille mundos, ne dum vnum, ſeruare poſſet: magis magíſque infinitum ſit meritum meae paſſionis:ad virtutem ſacramentorum, atque ad placandum patrem, ac peccatorum indulgenda delicta. Quare praeclarè ſanè Iſa.cap.63.

מדוע אדם ללבושך

Midduanh adam lalbuſcecha,

ובגדיך כדרך בגת

Vbgedecha chedarech begath.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Quid cauſae eſt, cur rubrum amiculum tuum?
Et veſtes tuas ſicut calcantis torcular?

τί ὅτι τὸ ἐρυθρὸν τὸ ἱμάτιόν σου;
καὶ τὰ ἐνδύματά σου, ὡς τοῦ πατεόντος ληνόν;

Eſt Amor meus candidus, ſine macula, ſine labe, ſine naeuo:

ὃς ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ. 1.Petr.2.22.

Qui peccatum non fecit: nec inuentus eſt dolus in ore eius.

Et vt de eo, idem Regius Propheta canebat, Pſal.88.6.: In quo illum inducit conquerentem apud patrem de infirmitatibus ſuis.

במתים חפשי.

Bammethim coſſci.
Inter mortuos liber.

ἐν νεκροῖς ἐλεύθερος. A peccato videlicet.

Ipſe enim ſolus Amor meus, nec ex opere Adam, neque ſecundum naturalem generationem, naſcetur, neque concipietur. Eſt ruber ratione naturae vitioſae in membris ſuis, myſticè ſibi vnitae. Quare peccatorem interdum ſe nominat: atque peccata membrorum dicit eſſe ſua. Sicut Pſalmis 22.1.& 38.4.& 69.6. Non quod ipſe Amor meus formaliter ſit peccator, quantum ad culpam, ſed quantum ad poenam.

LOCVS

LOCVS VIGESIMVS. SEPTIMVS.

VIGESIMVS SEPTIMVS locus Cantici nominis דוד *dod*, eiuſdem quintae partis verſus eſt: vbi δραματιδάσκαλος Salomon poſt Meſſiae qualitates, carminibus à Sponſa filiabus Hieruſalem, enarratas, ſic eam concludentem & perorantem inducit.

זה דודי וזה רעי

Zeh dodi, vezeh renhi.

בנות ירושלם

Benoth Hieruſcialaim.

Id eſt, quemadmodum in noſtris Canticis vertimus.

Talis Amor meus, & talis paſtor meus
Filiae Hieruſalem.

οὗτος ὁ ἔρως μου, καὶ οὗτος ὁ ποιμὴν μου,
θυγάτερες Ἱερουσαλήμ.

Etenim quoniam ſuis verſibus Sponſa commemorauerat, Deum ſimul & hominem eſſe eius Amorem: formoſiorem caeteris, fortiorem & ſolertiorem, ac clementia plenum. Qui tum opus faciat, non de humanis operibus: tum ſingulari orationis ſuauitate praeditus, periucunda nunciet: atque almam & auguſtam fidem, hominum generi vniuerſo, ſalutarem doceat. In quibus, quàm rerum omnium praepotens, ſit eius Amor, Sponſa oſtendit: quanta ſit eius maieſtatis amplitudo: quantáque eius rerum omnium humanarum & diuinarum, cauſarúmque, quibus omnia continentur, ſcientia, quae ſapientia appellatur. Et praedicta ſub figura, decem ſui Amoris corporis partium: de quibus ſingulis agemus, eodem nobis Amore, facultatem largiente.

Talis, (inquit) *eſt Amor meus.* Sed iam nunc has Sponſae Amoris corporis partes videamus: quae decem gradus honoris & honeſtatis ac pulchritudinis & decoris eius ſunt.

CAPVT I.

DIVINITAS, quae per caput, atque illud ex auro putiſſimo repraeſentatur: quod פז *paz*, Hebraei appellant, Graeci autem ὄβρυζον. Et eſt aurum ita per ignē excoctum & purgatum, vt nihil ſuprà. Quale opinor Latini, aurum purum putum appellant. Et cuiuſmodi noſtris temporibus eſt aurum, cuius bonitas in quatuor & viginti caractis indicaturae, id eſt, notis gradibúſque bonitatis conſumitur: vltra enim nequaquam exquiritur. Sic enim Propheta.

ראשו כתם פז:

Roſcio betham paz.

Caput eius ex perfecto obryzo.

ἡ κεφαλὴ αὐτοῦ ἐκ τελείου ὀβρύζου.

Notat enim mirificè Diuinitatem caput, ob principium: quia ſicut à capite initium capiunt & ſenſus & nerui: ita à Deo initium habent omnia creata. Et ſicut omnia membra capiti ſubiecta ſunt, eíque parent, obediunt & obtemperant: ita omnia creata, in dominatu Dei ſunt, ac ſub eius ditione & poteſtate, eiúſque nutu obediunt. Quibus adde, quod ſecunda perſona in diuinis, filius, ſapientia patris, 1. Cor. 1. à capite, id eſt Patre genitus eſt. Vt aptè congruentérque (quaſi verò haec agnouerint) Poëtae fabulati ſint: Mineruam ſapientiae Deam ex cerebro Iouis prognatam. Hoc eſt, non humanum inuentum, ſed à Deo (qui principium & caput eſt omnium rerum) omnem eſſe ſapientiam. Sicut Eccleſiaſtici liber orditur. Aurum autem, cum pluribus rationibus Deo conuenit: tum praecipuè ob potentiam & ſimplicitatem & pondus.

Cùm enim ſit omnibus metallis, omníque materia ponderoſius aurum, omnibúſque metallis ſimpliciſſimum: quod inde colligitur, quoniam cùm reliqua metalla, quantumuis purges, ſemper caeterorum aliquid admixtum habeant: ſolum aurum ſaepè igne aduſtum, merum ſimpléxque reddatur. Et cùm denique non ſolùm omnibus mineralibus, ſed caeteris omnibus rebus, potentius ſit aurum; quamobrem omnia mouet, omnia gubernat, omnia regit, omnia cogit. Quemadmodum in formoſae Danaes cuſtodia: & in Rege Thraciae manifeſtum habetur. Quorum alter Polydoro obtruncato, auro vi potitur: altera autem aurei imbris compreſſu grauida relicta Perſeum peperit. De quibus, dum Horatius & Virgilius heroicis alter, alter ſuis lyricis modulantur: de auri potentia canunt.

Aurum

Aurum per medios ire ſatellites
Et perrumpere amans ſaxa, potentius
Ictu fulmineo.
Quid non mortalia pectora cogis
Auri ſacra fames?

Talis per omnia Deus eſt. Qui eſt fortis & potens. Pſalm. 23. Cuius voluntati nemo poteſt reſiſtere. Geneſ. 50. Qui ob eius magnitudinem, Coelum ſedem, terrámque ſcabellum pedum habet. Matth. 5. Qui Coelum & terram implet. Ierem. 23. Cuius magnitudinis non eſt finis. Pſalm. 144. Qui omnia metalla, omnémque adeò materiam, quae propter ipſum, qui eam creauit, ponderoſa eſt: longè pondere excedit, & grauitate ſuperat: quoniam propter quòd vnum quodque tale, & illud magis.

Qui eſt actus purus. Cuius ſimpliciſſima, & vniſſima natura eſt. Qui omnia ciet, agitat & gubernat. Sicut etiam gentes cognouerunt, quae Deum in naturae ſimilitudinem finxerunt: cornutum, rubrum, ſtellatum, hiſpidum, pedibúſque caprinis: pedum tenentem, fiſtulámque ſeptem calamorum. Ob Solem, Lunam, aethera, ſtelláſque arboréſque feráſque: annum & concentum, quem impulſus, motúſque orbium efficit. Quem Πᾶν Pan, id eſt, Totum nuncupabant. Quoniam quidem omnia feciſſet, atque omnia ſimul curaret. Sicut paſtor Corydon in Bucolicis canit.

Pan primus calamos cera coniungere plures
Inſtituit. Pan curat oues, ouiúmque magiſtros.

Hoc eſt, ſicut nos interpretamur.

Deus, qui eſt Pan, id eſt Totum: qui calamos coniunxit, id eſt, Coelos fecit: qui calami vocantur, propter harmoniam, quam edunt: dum internallis ſonorum imparibus, acuta cum grauibus temperant.

Curat oues, ouiúmque magiſtros.

Id eſt pecora & homines ſaluat, victum praebendo. Sic Pſalmographus Propheta Pſalm. 36. 7.

אדם ובהמה תושיע יהוה

Adam vbehemah thoſcianh Iehouah.

Id eſt, ſecundum noſtram conuerſionem.

Hominem & pecus tu Deus ſaluum facies.

ἄνθρωπον, καὶ βόσκημα Κύριε σὺ σώσεις.

Hoc eſt ad literam. Victum & veſtitum hominibus ſuppeditando: pa-

ſtúmque pecudibus, & omnibus animantibus, largè & copioſè comparando.

Myſticè autem. Saluando in hac vita, temporali ſalute & corporali, Reprobos: qui velut iumenta & bruta, rationis expertia, viuunt: Deum non curantes: nec quid poſt funera.

Dum miſeri opipare, quotidie plus epulentur, hilarem in modum: & effundant, in omni intemperantia, nefariam libidinem, inauditámque luxuriem: ac cum ſociis & ſodalibus, gaudiis exultent, & in voluptate bacchentur. Pecus namque, peccatores ſunt, qui naturales ſenſus, vim quandam, in corporibus, ſine ratione, motus cientem, ſequuntur.

Ac ſaluando immutabili aeternitate, in coelo poſt praeſentem vitam, Hominem: videlicet Electos, qui ea, quae ſurſum ſunt, ſapiunt, non quae ſuper terram. Sicut Graecum nomen declarat ἄνθρωπος, quaſi ἄνω ῥέπων, id eſt, ſurſum vergens. Quod pecora non faciunt, quae (vt Saluſtius praefatur)

Natura prona, atque ventri obedientia finxit.

Quemadmodum & de animantibus, & de Homine Ouidius demonſtrauit: cùm Promethei, Iapeto ſati, fabulam inducens, cecinit.

Pronáque cùm ſpectent animalia caetera terram,
Os homini ſublime dedit, coelúmque tueri,
Iuſſit & erectos ad ſydera tollere vultus.

Vel, Saluando Electos, qui veniũt appellatione Hominis, qui quae vidit, contẽplatur. Vnde ἄνθρωπος, Graecè apud Platonem, Socrates, dictus putat, in Cratylo: quaſi ἀναθρῶν ἃ ὄπωπε: ſcilicet recõſiderans, quae vidit. Quod pecora, & beſtiae non faciunt, quae, quae viderũt, non reputant, neque cogitant: licèt fame dominante, plerunque ad eum locum, vbi paſtae ſunt, reuertantur.

Sed ad aurum, vnde diſceſſimus, redeuntes, dicimus. Quod Deus denique velut aurum, quod homines quiduis cogit: quos praeſciuit, In ſuperna foelicitate locandos: ſua gratia, & ſine meritis, gratos ſibi faciens, & eorum opera bona: dignos reddit vita aeterna. Hoc eſt enim aurum quod cogit. Hoc eſt iuſſum patris familias.

Compelle intrare, vt impleatur domus mea. Luc. 14, 23.

Et illa vita aeterna, eſt coena magna, quam fecit homo quidam. Et illa vita aeterna, eſt coena nuptiarum Agni. Apoc. 19. 9. Ad quam nos vocari, ſua gratia, praeſtet, idem pater familias, homo quidam, Amor, Agnus, & Deus.

CAPIT.

CAPILLI II.

FORTITVDO, quae ex coma criſpiculanti & copioſis cincinnis dignoſcitur.

קְוֻצּוֹתָיו תַּלְתַּלִּים

Ceuutſothau thaltha llim.

Comae eius criſpae.

αἱ Κόμαι αὐτοῦ ἐλάται.

Qui ſunt magnitudo multitudóque acerrimarum nationum & gentium ac populorum fidelium : qui relicta barbarie, ad Sponſae Amorem,tanquam ad columnam adhaeſerunt. Qui quidem,à capite emanantes ; non כתם פז *Chetham, paz.* Non ὡς ὄβρυζον τέλειον, Non, *vt perfectum obryzum.* Vt,caput Amor : ſed

שחורות כעורב

Scechoroth chenherb.

Id eſt ſecundùm noſtram conuerſionem.

ξανθαὶ ὡς ἡ ἑσπέρα.

Flauae vt veſper.

Vt veſper aurorantes : id eſt aurorae coloris, capitis ſunt concolores. Hoc eſt. Quod ad menſuram, per participationem & acceptionem à Sponſo habent diuinitatem : non autem per eſſentiam,abſque menſura,ſicut Amor : cuius perfectum obryzum eſt caput. Hoc enim ſignificat.

שחרורת כעורב

Scechoroth chenhereb.

Vt nos legimus per duo ſegol. Nam שחרורת *Scechoroth*, aurorantes ſignificat,à nomine שחר *Sciachar*,quod ſignificat auroram,inf.par.6. vbi Reginae & concubinae Sponſam in Coelum,ampliſſimis euchentes laudibus,canunt.

מי זאת הנשקפה כמו שחר

Mi zoth hannaſcephah chemo ſciachar.

Id eſt ſecundùm noſtram conuerſionem.

Quae iſta emicans vt aurora.

Tis

τίς αὕτη ἡ ἐκκύπτουσα ὡσεὶ ἠώς.

ערב *nhereb* autem veſperum ſignificat. ſexies Geneſ. 1.
Autoſam autem, auri coloris eſſe conſtat: tum ex definitione quid nominis: quae eſt. Quod ab igne Solis aureo, aër aureſcit, ſecundùm Varr. de ling. Lat. Tum ex Poëta, qui canit.

Aurea fulgebat roſeis aurora capillis.

Haec eſt enim eius verſus, lectio, conuerſióque & interpretatio, quae mihi placent. Quicquid hactenus omnes Latini, pariter & Graeci verterint.

μέλαινες ὡς Κόραξ.

Nigri vt Coruus. Legentes.

שחורות כערב.

Scechoroth chenhoreb.

Per colem & Zere.

Cùm enim, ſiue Sponſae, ſiue Ambris, comae, ſiue capilli, qui idem ſunt: populi Chriſtiani ſint, qui à Chriſto dependent: quomodo nigri dici poſſunt: qui per Chriſtum de tenebris & vmbra mortis liberati fuerunt? Pſalm. 107. & credentes in lucem ſunt filij lucis? Ioan. 12. Nigra enim mors eſt, nigrámque Homerus appellat: cũ ſe inclinantem Paridem inducit, ne ictu lanceae Menelai periret.

ὁ δ' ἐκλίνθη, καὶ ἀλεύατο κῆρα μέλαιναν.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Ille inclinans nigram mortem fugit & atram.

Et iam ſcimus, quòd mors mortua eſt per Sponſum: ſicut Oſea praedixerat. cap. 13. Populíque Chriſtiani ſoluti ſunt à lege mortis: in qua detinebantur, ante Sponſi mortem. Rom. 7. Quamobrem quomodo nigri? Cùm maximè, qui eorum, Amorem teſtantes, ſanguinem fundunt, ſtare dicuntur ante thronum Dei, amicti ſtolis albis, quas lauerint in ſanguine Agni. Apoc. 7. Vnde magis equidem ad aurorae colorem proximè accedunt, ob cruorem qui eos imbuit; aurorae concolorem. De qua Poëtae.

Praeuia flammiferi currus aurora rubebat.

Ac egregius Homerus.

ἦμος δ' ἠριγένεια φάνη ῥοδοδάκτυλος ἠώς.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Cùm autem aurora venit, roſeo depicta colore. Odiſſ. 1. 9.

Et

Et huic noſtrae nouae lectioni conuerſionique & interpretationi ſuffragantur capilli Sponſae, qui infr.par.7. vbi filiae Hieruſalem eius laudes modulantur, purpurae comparantur: ſecundùm conuerſionem Graecorum & omnium Latinorum.

ודלת ראשך כארגמן

Vedallath roſcech caargghaman.

Et comae capitis tui vt purpura.

καὶ πλόκιον τῆς κεφαλῆς σου ὡς πορφύρα.

Quamobrem etiam & binos verſus primae partis.

שחורה אני ונאוה

Scechorah ani venauah

אל תראני שאני שחרחרת

Al thiruni, ſceani ſcecharchorath.

Id eſt, ſecundùm Graecorum codicum conuerſionem.

μέλαινα εἰμὶ ἐγὼ καὶ καλή.

μὴ βλέψητε με, ὅτι ἐγὼ εἰμὶ μεμελανωμένη. Id eſt.

Nigra ſum ego & pulchra

Nolite me conſiderare, quòd nigra ſim.

Aliter nos vertimus. Neque enim, שחורה *Schechorah*, neque שחרחרת *Scecharchorath*, nigredinem (vt noſtra fert opinio) ſignificant: neque Sponſam, comam habere purpuream, & ipſam nigram eſſe ſimul quadrarent. Sed de illis binis verſibus, propria egimus Annotatione: quam cum aliis multis, quas Romae iampridem cum his octonis, quas nunc edimus, delineauimus, poſthac edemus. Si tamen his primis octonis Annotationibus Sponſa annuerit.

V OCVLI

OCVLI. III.

Perspicacitas cum ſimplicitate coniuncta & caſtitate: ad quaeque etiam occultiſſima perſpiciendum, iudicandúmque iuſto iudicio, ſine fuco & fallacia.

עיניו כיונים

Nhenau cheÿonim.

על אפיקי מים

Nhal afiche maÿm.

רחצות בחלב

Rechatſoth bechalab.

ישבות על מלאת

Ioſcenoth nhal malleth.

οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ὡς περιστεραὶ
ἐπὶ τοὺς ῥόακας τῶν ὑδάτων,
πεπλυμμέναι ἐν τῷ γάλακτι,
μένουσαι ἐπὶ τὰ πληρώματα.

Oculi eius ſicut Columbae,
Super riuos aquarum
Lotae in lacte
Manentes ſuper plenitudine.

Neque verò ſolùm acerrimum ingenium ipſius Sponſae Amoris: qui tanquam oculi ſpeculatores, altiſſimum locum, coelum obtinet: ex quo omnes terras, omnia maria, bonos malóſque circumſpiciens, ſuo Deus munere fungitur: per oculos Columbarum inſtar intelligo. Sed Apoſtolos, caeteróſque Epiſcopos, Praelatóſque: qui lactei, ob ceſſationem à ſordibus, continuam ſtationem in riuis & fluentis ſacramentorum, ſacraéque paginae agunt. Qui ex oculis, ſicut Columbae deprehenduntur: quae albae & ſimplices ſunt. Matth. 10. & caeſiis oculis. Quales habentes, admirabilem quandam facultatem dicendi: tum vim rationis & cognitionis & ſcientiae habent. Qualem Mineruam

uam habere perhibent, quam omnium artium ac diſciplinarum gentes Deam autumant. Vnde paſſim egregius Homerus.

θεὰ γλαυκῶπης ἀθλώη.

Dea oculos glaucos habens Minerua.

Tales enim & Apoſtoli fuerunt, qui docentes omnes nationes, orbem omnium peragrarunt terrarum: omnéſque narunt immenſi gurgites ponti. Et tales decet eſſe Praelatos, qui in Apoſtolorum locum ſuffecti, proprium penſum munúſque habent: vt caeteros informent, inſtituant, viámque erudiant, qua progredientes, in coelum tandem perueniant: vbi cum Sponſo Amore beati aeuo ſempiterno fruantur.

GENAE. IIII.

COMMISERATIO ad iis potiſſimum opitulandum, qui amati, rebus ex aduerſis maxime opis indigent: cuius per lachrymas, ſignum oſtenditur, dum amans gemet caſum infoelicis amantis. Sicut Poëta declarat, cum Didonem inducit Aeneae exprobrátem, quod ſui amatae nõ miſereſceret.

Num fletu ingemuit noſtro? num lumina flexit?
Num lachrymas victus dedit? aut miſeratus amantem eſt?

Et infra cum Aeneam inducit, mitigare quaerentem exanimatae Didonis dolorem.

At pius Aeneas, quanquam lenire dolorem,
Solando cupit, & dictis auertere curas
Multa gemens, magnóque animum labefactus amore.

Lachrymarum autem praeter oculorum inflammationem ſulci ſignum ſunt, qui in genis per lachrymas fiunt, flendo. Quemadmódum de Principe Apoſtolorum ſcripſit eius diſcipulus Clemens Alexandrinus. Quod luctus continuatus foſſulas in malis cauauerat. Nam Sponſae Amorem, dum vitam inter homines viueret, flere conſueuiſſe, Euangeliſtae narrant. Luc.19. & Ioan.11. Hoc eſt enim.

לחיו כערוגת הבשם

Lechaÿau chenherughath habbaſciam.

מגדלות מרקחים:

Migdalloth mercachim.
Malae eius inſtar ſulcorum aromatũ,
Nutritorum ab vnguentariis.

γενειάδες αὐτοῦ ὡς αὔλακες τοῦ ἀρώματος,
τρεφόμενοι ἀπὸ τῶν φαρμακοπωλῶν.

Aromata autem alta à pigmentariis, magni atque incredibiles dolores ſunt: quibus ob genus humanum, cuius infinitè miſerebat: aeſtuabat algebat, ſudabat rigebat, pallebat albeſcebat, pauebat angebatúrque. Hae enim paſſiones omnes, inſtar aromatum: quorum odor ad ſuperiora fertur: in coelum ad patrem aſcendebant.

LABRA.

LABRA. V.

EVANGELIVM, quo nemo laetius vnquam, nemo iucundius mundo vnquam attulit, dum hominum genus fuit: quod labra praeſeferebant. Cum enim omnia omnium Euangelia, quae ab orbe condito, delata ſunt, quantumuis enumeres multa licet: non niſi caduca, & mortalia fuerint: ſolius Sponſae Amoris Euangelium, vitam portauit aeternam. Quamobrem ſanè bene canit Sponſa, per os Salomonis.

שפתותיו שושנים

Siſthothau ſcioſciannim.

נטפות מור עבר:

Nitſoth mor nhoner.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Labra eius Roſae,

Guttantia Myrrham vltra.

Non lilia, quomodo in Annotatione Roſa, latius deducemus.

τὰ χεῖλη αὐτοῦ τὰ ῥόδια

πέρα σάζοντα σμύρναν.

Et quam Myrrham? Equidem non ſolum ſeruatricem ab omni corruptione: ſicut Myrrha, quae per agitationem Aquilonis, & alterius, qui è regione eius eſt, Auſtri, ſcaturit: ſed altricem (vt diximus) etiam immortalitatis. Quemadmodum multis è diſcipulis à Sponſo recedentibus, Simon Petrus profeſſus eſt.

πρὸς τίνα ἀπελευσόμεθα; ῥήματα ζωῆς αἰωνίου ἔχεις. Io.6.

Ad quem ibimus? verba vitae aeternae habes.

Ac quemadmodum ipſe Amor Sponſus docere conſueſcebat.

ἐάν τις τὸν λόγον μου τηρήσῃ, οὐ μὴ γεύσεται θανάτου εἰς τὸν αἰῶνα. Ioan.8.

Si quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non guſtabit in aeternum.

O praeclarum Euangelium, dignum cui inſignia & illuſtria Euangelia à Sponſa reddantur; qualia Sponſus ſummopere concupiſcit, animarum ſanctarum. Studeat ergo quiſque fidelis, ſe talem praeſtare: vt cum repetere ſui officij premium & fructum Amor voluerit, cumulatè perſoluere poſſit.

MANVS. VI.

OPERA mirabilia & perfecta, quae per manus aureas, ac circulares deſignantur Amoris à Sponſa.

ידיו גלילי זהב

Iadau ghelile zahab.

αἱ χεῖρες αὐτοῦ κύκλα χρυσᾶ.

Manus eius orbes aurei.

Si quidem Manus inſtrumentum ſunt, quo operatur: quae ab Ariſtotele vocantur ὄργανον τῶν ὀργάνων: aurum autem (vt ſuprà dicebamus) caeteris metallis precioſiſſimum eſt: & omnium perfectiſſima eſt circularis figura. Qualem Coelum habet, & mundus, quamobrem orbis dicitur: & homo, qui Graiis μικρόκοσμος appellatur. Quae omnia Amor fecit. Geneſ. 1. & 2. Et opera manuum eius ſunt. Pſalm. 19. Et perfecta ſunt. Deuter. 32. Praeter innumera alia opera, quae nemo alius fecit. Ioan. 15. Sed & his non contenta, Sponſa addit.

ממלאים בתרשיש

Memullaim battharſcis.

πεπληρομέναι τοῖς ὑακίνθοῖς.

Plenae yacinthis manus mei Amoris.

Verùm non lapidibus yacinthinis, vt hactenus omnes ſenſerunt, quibus non contradicimus: & ſi propter grande onus, mihi nequaquam aptè quadrare videtur. Quoniam humanitùs tanta grauitas ſuſtineri non poſſet: praeſertim, fabricatori, non minutorum opuſculorum, ſed huius tanti operis fabricae mundi videlicet. At verò floribus (vt opinio mea fert) yacinthinis, qui violae purpurei coloris ſunt: & vaccinia lingua Latina nuncupantur. Vt Meſſiae paſſionem inſinuaret: per cruorem, qui ex fiſſuris clauorum fluere debebat. Qui quidem cruor, inſtar violarum, quibus infectores, ad inficiendas veſtes vtuntur: ad ſignandas, lauandáſque animas, ne dum corpora neceſſarius erat. Vel ſi maius amice Lector. Plenae manus mei Amoris, בתרשיש *baththarſcis*. Id eſt Paupetie. Quod mihi magis placet. Quoniam hoc ſignificat nomen תרשיש *tharſcis*, à verbo רשש *raſciaſ*: quod eſt depauperari.

Tametſi enim Amor, vt Deus, qui omnia creauit ex nihilo: qui fecit mundum & omnia, quae in eo ſunt: Coeli & terrae ſit Dominus. Pſalm.

Pſalm 50. 12. Act. 17. vt homo tamen, adeò ſua ſponte & voluntate depauperatus eſt: vt in paſtorum ſtabulo natus ſit. Luc. 2 nec vbi caput ſuum reclinaret, habuerit. Luc. 9. Vſque eo pauperiem adamauit: vt ſuos ſequaces, ſui exemplo, omnibus renuntiare, & pauperes eſſe voluerit. Luc. 14. Ac denique tantopere pauperibus delectatur: vt eos Regni ſui coeleſtis ſanciat eſſe poſſeſſores. Matth. 5. Gaudeant ergo vehementer, & immortaliter triumphent pauperes Chriſticolae: quod ſi apud gentes, clari viri pauperes, in mundo ſemper extiterunt, cum diſciplinarum ſcientiarúmque omnium eruditione, vt olim Diogenes Cynicus, & pleríque ſapientum: tum belli reíque publicae adminiſtratione, vt Epaminondas, Ariſtides, Cincinnatus, Curij & Fabritij: clariſſimi profectò, & fama, ſuper aethera noti, non ὑπερβολικῶς, ſed veriſſimè, pauperes Sponſi ſunt: qui digni habentur, qui in Coelo: cum Deo agant aeuum. Sic enim & Apoſt. Iacob teſtatur. dicens. cap. 2.

ἀκούσατε ἀδελφοὶ μου ἀγαπητοί. οὐχ ὁ Θεὸς ἐξελέξατο τοὺς πτωχοὺς τοῦ κόσμου τούτου, πλουσίους ἐν πίστει, καὶ κληρονόμους τῆς βασιλείας, ἧς ἐπηγγείλατο τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν. Id eſt.

Intelligite fratres mei amantiſſimi. Nonne Deus elegit pauperes huius mundi, diuites fide, & haeredes regni, quod ſpopondit amantibus ſuis.

VENTER.

VENTER. VII.

HVMANITAS, quae per ventrem, ex ebore repraeſentatur: quod caeteris omnibus oſſibus pretioſius, valde antiquis temporibus in vſu fuit.

מעיו עשת שן

Menhau nheſceth ſcen.

ἡ γαστὴρ αὐτοῦ στίλπνος ἐλέφας.

Venter eius nitens ebur.

Sic Ouidius de Narciſſo, repercuſſam, ſuae imaginis vmbram, in fonte ſpectante.

Impubéſque genas, & eburnea colla, decúſque
Oris miratur.

Vt enim à Patre, ab aeterno genitus, eidem conſubſtantialis, ex auro puro puto, caput habere dicitur Amor, propter eſſentialem diuinitatem: cum qua, caput & aurum mirificè conueniunt, vt ſuo loco dicebamus: ita in tempore, opera ſanctiſſimae Triadis, de Spiritu ſancto, in caſtiſſimo aluo conceptus Virginis, éxque eius puriſſimo ſanguine altus, hatúſque homo, ventrem, id eſt humanitatem, ex ebore, habere dicitur: ob exceſſum profectò duritatis, candoríſque eboris. Quorum alterum impeccabilitatem reſpicit: alterum autem incorruptionem. Sicut ſcriptum eſt, Pſal. 16. & 1. Pet. 2.

ὃς ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ.

Qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus eſt in ore eius.

לא תתן חסידך לראות שחת׃

Lo thitthen chaſidecha liroth ſciachath.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Non dabis Pium tuum timere foueam.

οὐ δώσεις σοῦ τὸν ὅσιον φοβεῖσθαι βόθρον.

Hoc eſt. Tu Deus Pater (Chriſtus fatur) non dabis me Chriſtum tuum vnigenitum, Pium, ob pietatem, quam erga patriam, & ſanguine coniunctos praeſtabo, foueam, id eſt, ſepulturam timere: velut caeteri homines timent: cum in ſepulchro poſt paſſionem, conditus fuero.

Cum

Cum pro hominibus mihi coniunctis, per naturam humanam, quam Deus induam,volens, in Cruce homo moriar,vt tibi ſatisfaciam. ק

Et pro mundo patria, per ortum, in mundo patria ciuis atque incola,vt mundum patriam liberem,crucem mortem oppetam. ק

Quoniam neque totum triduum, ſepultus manebo : nec corruptioni, caro mea,erit obnoxia, ſicut caeterorum hominum : propter meam enimuerò diuinitatem, quam retinebo,factus homo. Si quidem,vt non ſeparabitur vnquam mea diuinitas ab anima,etiam cum ſeiuncta fuerit anima à corpore in Cruce, per mortem, poſtquam omnia conſumauero, quae de me ſcripta ſunt:ſed animae adhaerens diuinitas,ſimul cum anima,diuinitas deſcendet ad inferos.Sic etiam, non ſeparabitur vnquam mea diuinitas à corpore, etiam cum ſeiunctum fuerit corpus ab anima, per animae diſceſſum : ſed corpori adhaerens diuinitas, ſimul cum corpore diuinitas manebit in tumulo. Quamobrem corpus meum,vt non corrumpatur, néve putreſcat, diuina operatione ſeruabit diuinitas. Atque haec, Hebraei verſus, interpretatio eſt, & Graeca, & Latina conuerſio. Quamuis Act.2.27. reperiatur conuerſus verſus,iuxta vulgatam editionem. Quia nempe S. Euangeliſta L X X I I. tranſlationem ſequutus eſt : quae in eundem ſenſum recidit.

Nam חסיד *chaſid*, Pium ſignificat : per ea, quae ſupra deduximus praemiſ.3. Non autem ſanctum,quod קדוש *cadoſc*, Hebraeis dicitur. Et לראות *liroth*,timere eſt,à radice ירא *iarè*, quieſcente,' iod,ad tradita per Pagn. in Hebraic. Inſtit. lib.3.cap.25. In quo vertentes non culpo propter radicum ſimilitudinem, duorum verborum, timere & videre. Et nomen שחת *ſciachath*, foueam ſignificat : ſicut ſupra Pſal. 7.16. Ibi. Et incidit בשחת *beſciachath*, in foueam, quam fecit. De quo ſupra egimus praemiſ.1

Sed ad Canticum. Quod autem inſuper additur in Cantico.

מעלפת ספירים

Menhulfath ſapphirim.

Tectus Sapphiris.

κεκαλυμμένος ἐπὶ τῶν σαπφείρων.

Qui lapides aërei coloris, aureis punctis lucent : immortalem Amorem,coelum in ea carne,quam ſumpſerat,ſcandere debere, praeſignificabant:ob maximam eius lapidis,coelique ſimilitudinem, inter ſe. Quando coeli coloris, videlicèt ceruleus lapis eſt : lucétque coelum inſtar punctorum ſtellis aureis, ad aſpectum noſtrum. Quamuis permultae ſtellae,magnitudine terram aequent,ſuperéntque: ſicut Aſtronomiae periti non ignorant.

CRVRA VIII.

FIDES, quae per crura Amoris figuratur

שוקיו עמודי שש׃

Sicau nhamude ſces.

Eius crura columnae marmoreae.

αἱ κνῆμαι αὐτοῦ στύλοι μαρμάρινοι.

Quia ſicut crura ſuſtentant corporis molem : ita fides Eccleſiam ſuſtentat, ac per eam Deo placens ſaluatur. Et ſicut crura duo ſunt homini, cuius formam accipere Amor dignatus eſt : ita in duas partes principales fides diuiditur. Quarum altera circa perſonarum trinitatem, & vnicam nihilominus deitatem verſatur : altera de humanitate aſſumpta per ſecundam perſonam, quae ipſe eſt Amor tractat: quomodo ſtato tempore, de Spiritu ſancto conceptus, ex virgine natus ſit, & demum paſſus. Quemadmodum tribus ſymbolis, Apoſtolico, Niceno, & Athanaſij, agitur. Marmoreas autem columnas, crura Amoris, canit Spóſa: quoniam omnibus metallis, e quibus arte fuſoria, ſtatuae ſtatuuntur, ad memoriã: vel columnae ſcalpũtur, ad templi, vel porticus ſuſtentationem : marmor plurimum praeſtat, ob fortitudinem, maximéque placet, ob candorem. Licet enim, praeter album, alia ſint marmorum genera : ſicut atrum, viride, rubrum, maculoſum, quod ophites dicitur & alia : de Pario tamen, id eſt, albo marmore, intelligi debere indubium eſt. Tum quod caeteris proprius ad colorem carnis accedit, & Deo praecipuè album decorum eſt : tum quod ob ſimpliciſſimam Dei naturam maximè Sponſo conuenit, ob eius candorem: de quibus ſuperiùs, in cap. Humanitatis ſcriptum eſt à nobis. Non ſolùm ob puritatem fidei, quam crura figurant: quae omnia argumenta renuit, quibus aut probabiliter oſtendatur, aut neceſſariò demonſtretur : ſola fidelium credulorum credulitate contenta : abſque eo, quod ratiocinatione, quae ſyllogiſmus dicitur, duobus pronunciatis, concluſio inferatur. Verùm etiam, quia marmor per ſe, niueum alborem, lacteúmque depingit. Sicut Poeta declarauit, de Orpheo canẽs, à Ciconibus diſcerpto. Georg. 4.

Tum quoque marmorea caput à ceruice reuulſum,
Gurgite cum medio portans. Oenagrius Hebrus
Volueret.

Id eſt, *lactea ceruice.* Sicut idem Aeneid. 8. de Gallis.

Seno

Senonibus,canens,qui Brenno duce, vrbem ceperunt.

Tum lactea colla auro innectuntur.

Id eſt. *Colla candidi coloris*: cuiuſmodi lac eſt,marmor & nix. Per fortitudinem autem, quam Columnae marmoreae oſtendunt: Sanctorum affectio, in adeundis periculis, & in laboribus doloribúſque ſufferendis, perpetiendíſque dignoſcitur. Dum humana omnia, mortémque ipſam deſpicientes,nihil extimeſcunt:nihilque,quod homini poſſit accidere, intolerandum putant. Quin potiùs virtute fidei, fortes & inuicti effecti, hoſtes debellant, caſtra ſuperant, regna vincunt, victoriámque reportant. Sicut Apoſtolus ad Hebr. proſequitur. cap.11. Et de Columnis hactenus,veniamus ad Baſes.

מיסדים על אדני פז

Meiuſadim nhal adne paz.

Θεμελιωμένοι ἐπὶ βάσεις ὀβρύζου.

Fundatae ſuper Baſes obrizi.

Sunt Columnae, Auri ſcilicet (ut ſuprà dicebamus) puri puti. Quod nihil aliud profectò ſignificat, quam Deum: quem ſimpliciſſimum & vniſſimum, in eſſentia deitatis, adoramus, vnum in trinitate, ecce altera Baſis: & trinum in vnitate,ecce altera Baſis.

Et quod hoc ſit verum, liquido ex nomine conſtat Hebraeo Baſes ſignificante: quod ex Dei nominibus, vnum & idem eſt,quod millies Graeci *Κύριον*, Latini autem Dominum vertunt. Quod plerique in Hebraeo opinantur eſſe numeri multitudinis: quemadmodum ſemper Hebraei pronunciant אדני *Adonai*. Cùm ſic ſingularis numeri, eſſe poſſit אדני *Adoni*. Velut Pſal. 110. in quo de Meſsiae diuinitate eiuſdémque incarnatione,agit Propheta ipſo exordio.

נאם יהוה לאדני

Neum iehouah ladoni.

Dixit Dominus Domino meo. Vel.

Dictum Domini Domino meo.

Hoc eſt. Pater Dominus genuit filium Dominum meum. Sicut Pſ.45.

Eructauit cor meum verbum bonum.

Id eſt,vnigenitum conſubſtantialem. Sic etenim verſus eſt intelligendus? vt non id Pater ſit fatus, ſed ab aeterno, aeterno ordine generauerit. Vocat autem Meſsiam, Regius Propheta, Dominum meum: non ſolùm quoniam filius Dominus hominum eſt per participationem naturae humanae,verùm etiam,quoniam à Patre conſtitutus eſt haeres & poſſeſſor terrae & gentium, Pſalm.2.8.

Et aduertat Lector,quod in Graecis Latiníſque editionibus legitur.

Dixit Dominus Domino meo.

εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου.

Et ſic idem nomen Dominus & Κύριος, tam Patri attribuitur, quàm Filio. In Hebraeis archetypis, diuerſa ſunt nomina. Nam primum nomen Dominus eſt illud, celebre nomen tetragrammaton, quod שם המפורש *ſcem hammeforaſc.* Hebraei appellant. Videlicet nomen expoſitum. Si quidem vbicunque eſt illud Sanctiſsimum nomen, Hebraei pronunciant אדני *Adonai.* Et eſt nomen illud יהוה *iehouah*, Chaldaeum à radice verbi הוה *hauah*, quod ſignificat, Fuit. Nomen autem יהוה *Iehouah*, tertia perſona eſt futuri numeri ſingularis, ſignificans, Erit: & Eſt: quoniam quidem lingua Hebraea inops, (vt dicebamus in Annotatione Oſculabitur) carens praeſenti tempore futuro pro praeſenti vtitur. Vnde Exod. 3. 14. Nomen Hebraeum, quod Deus reuelauit Paſtori Moyſi.

> אהיה אשר אהיה׃
> *Eheieh aſcer eheieh*, quod eſt.
> *Ero, qui ero.*

In Latinis Graeciſque exemplaribus, verſum eſt.

> ἐγώ εἰμι ὁ ὤν.
> *Ego ſum, qui ſum.*

Secundum verò nomen Dominus, eſt nomen אדני *Adonai*, quod punctatum litera penultima cum chirich, legitur, Adoni, Videlicet ſingulariter Dominus meus. Et punctatum cum cames, legitur, Adonai, & tunc eſt numeri pluralis. Tametſi ſemper ſingulariter vertatur. Et eſt nomen illud אדני *Adonai*, Hebraeum, ab inuſitato verbo אדן *Adan*, quod ſignificat ſuſtentare: à quo אדן *aden*, eſt, id eſt, Baſis, pes columnae, quae fabricam ſuſtentat. Quod nomen LXXII. Interpretes Κύριον tranſtulerunt, id eſt, Dominum: vt hîc, Verè enim Dominus noſter Meſsias eſt Baſis & fundamentú, ſicut Apoſtolus ſcripſit. 1. Cor. 3.

> θεμέλιον γὰρ ἄλλον οὐδεὶς δύναται θεῖναι, παρὰ τὸν κείμενον, ὅς ἐστιν Ἰησοῦς Χριστός. Id eſt.
>
> *Fundamentum aliud nemo poteſt ponere, praeter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus.*

Ratio autem huius nominis ſingularitatis, vel pluralitatis, aſsignari non poteſt niſi ex textu Orationis, vt hoc Pſal. 110. vbi prima perſona, ſecundam affatur: & loco noſtri Cantici, vbi eſt regimen genitiui.

> על אדני פז
> *Nhal adne paz.*
> *Super baſes obryzi.*

Puncta namque me non mouent Maſoretarum inuenta.

FACIES.

FACIES. IX.

PVLCHRITVDO, quae per aſpectum vt Libani, & electionem, vt Cedrorum deſcribitur.

מראהו כלבנון

Marcho challebanon.

בחור כארזים׃

Bachur chaarazim.

Aſpectus eius vt Libanus

Electus vt Cedri.

πρόσοψις αὐτοῦ ὡς λίβανος,

ἐκλεκτὸς ὡς κέδροι.

Quaſi diceret Sponſa. Sicut mons Libanus omnium montium altiſſimus inter Iudaeam & Syriam, periucundus eſt, & aſpectu gratiſſimus, non ſolum ob innumerabilem multitudinem plantarum, & arborum, quas producit: & liquores perlucidos amnium, fontium & riuulorum, quibus ſcatet. Verùm etiam ob multorum odorum fragrantiam, praecipuè verò thuris, quod ibi naſcitur, & à quo nomen accepit. Nam לבונה *lebonah*, eſt thus: quod gratiſſimum in ſacrificiis ſuffitum praebet.

Et ſicut Cedri Libani, non ſolum caeteris omnibus arboribus, altiores ſunt, & celſiones, magíſque caeteris diffuſae ramis, ad opacandum. Verum etiam immarceſſibiles ſunt, atque incorruptibiles. Sic & non aliter Amor meus myſticus Libanus, qui ſeipſum hoſtiam Deo Patri offeret: cuius acerrima ſuauitas in coelum penetrabit, Patrémque placabit: in altiſſima omnium ſella dignitatis ſedens, omnium proceriſſimus & gratiſſimus eſt, & conſpectu iucundiſſimus. Non ſolum propter altas eius frondes, & ramos, quibus opacat: ac diuina eius opera, per quae, etiam inuiſibilia eius, & ſempiterna eius virtus, & diuinitas intellecta perſpiciuntur: innumeróſque ab eo, velut fonte, emanantes Apoſtolos, Prophetas, Martyres, Doctores, Confeſſores, Virgines, caeteróſque Sanctos, immarceſſibiles in fide. Per quos & nomen eius, & fides propagabitur, vſque ad extremos terminos terrae: dum omnes populi, ſumma, eum religione venerabuntur & colent. Verum etiam ob infinitas ſalutares Spiritus ſancti gratias, quas in me Eccleſiam ſuam Sponſam vberrimè & affluenter effudit, & effundet. Quibus ego irrigata, & foecundata, velut grauida terra foetáque, fruges, in dies, admirabiles fero, ferámque.

PALATVM. X.

ELOQVENTIA, quae per dulce palatum vocis inſtrumentum ſignificatur.

חכו ממתקים

Chiccho mamthacim.

Palatum eius dulcedines.

ὁ οὐρανίσκος αὐτοῦ γλυκασμοί.

Ecquis enim vnquam fuit, tam dulci genere dicendi, tanta vbertate ingenij, tanta docendi copia, qui rationes certas, rectè viuendi praecepta, ſic traderet, vt eum audientes ſtupeſcerent, vt eum omnes admirarentur, ſicut Amor Sponſae? Quem vnum adhuc puerum, ſedentem in medio Doctorum, audientes ſtupebant, ſuper prudentia & reſponſis eius. Luc. 2. Quem vnum docentem in ſynagogis, magnificabant omnes: teſtimonium illi dantes, admirantéſque in verbis gratiae, quae procedebant de ore eius. Luc. 4.

Sicut de Neſtore Homerus. Iliad. A.

τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Sermo mellifluus cuius manabat ab ore.

Et de quò tandem vno dictum eſt:

Nunquam loquutus eſt homo, ſicut hic homo Ioan. 7.

Et iure quidem. Quando dicit eius os, non humana, ſed diuina vi, fluit melle dulcior oratio, abundántque ſententia verba: totáque eius oratio, grauis & ſuauis, etiam inimicorum dilectionem continet. à peccato abſtrahit, modum iuſtificandi inſtruit, atque ad vitam ſempiternam inuitat.

Ego autem dico vobis diligite inimicos veſtros. Matth. 5.

Iam noli amplius peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Ioan. 5.

Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Matth. 19.

Qui credit in me, habet vitam aeternam. Ioan. 6.

Quibus adde magnam eius voluntatem, ſalutis humani generis: propter

pter quam venit in mundum. Hoc namque illud eſt, quod Sponſa attexit.

וכלו מחמדים

Vecullò machmadim.

Et ipſe totus deſideria.

καὶ αὐτὸς ὅλος ἐπιθυμίαι.

Omnis etenim Sponſi Amoris peregrinatio, laſſitudo, defatigatio: omnis vigilia, ieiunium, eſuries: omnis praedicatio, doctrina & Euangelium: omnis labor, paſſio, mors: & omnia denique ſacramenta, & omnis actio eo ſpectant, vt ſaluetur mundus per eum. Ioan. 6.

Et his decem ſignis & notis, cum̃ Amorem ſuum (ſicut coloribus in tabula pictores pennicillo faciunt) Sponſa expreſſiſſet: Talis, inquit, eſt Amor meus & Paſtor meus, filiae Hieruſalem.

LOCVS

LOCVS VIGESIMVS OCTAVVS, VIGESIMVSNONVS, ET TRIGESIMVS.

VIGESIMVSOCTAVVS, VIGESIMVSNONVS, ET TRIGESIMVS, loci Cantici, nominis דוד *dod*, eiuſdem quintae partis, finis, verſus ſunt, & ſextae principium, ſecundum vulgatam Latinorũ editionem & Graecam LXXII. partitionem: qui initium ſunt octauae partis, ſecundum eos, qui in decem Canticum ſecant. Vbi filias Hieruſalem Salomon inducit, admirantes excellentem Sponſae Amoris formae pulchritudinem, quam ſuis verſibus Sponſa cecinerat: & vbinam ſit eius Amor ab ea quaerentes: atque eandem Sponſam, ad ea, quae quaeſita ſunt, ſapienter reſpondentem.

אנה הלך דודך
Anah halach dodech.
היפה בנשים
Haiaſah bannaſcim.
אנה פנה דודך
Anah panah dodech.
ונבקשנו עמך׃
Vnuacſcennu nhimach.
דודי ירד לגנו׃
Dodi iarad liganno.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Quorſum abyt Amor tuus?
Pulcherrima inter mulieres?
Quorſum diuertit Amor tuus?
Et requiremus eum tecum.
Amor meus deſcendit in hortum ſuum.

ποῖ παρέβη ὁ ἔρως σου;
ἡ καλὴ ἐν ταῖς γυναίξιν;

ποῖ

ποῖ ἀπέστρεψεν ὁ ἔρως σου;
καὶ ἐζητήσομεν αὐτὸν μετὰ σου;
ἔρως μου κατέβη εἰς κῆπον αὐτοῦ.

Sunt autem filiae Hieruſalem, ſinguli homines, ciuitates, nationes, ac gentes: quae ſtatis ab Amore temporibus, eiúſque praeuia fide: in cognitionem eiuſdem veri Dei veniunt, & ad Eccleſiam ſe aggregant. Quae quidem, de ſemine Abraham, de populo Iſraëlitico, de gente ſancta, éxque regali proſapia Dauid, Sponſae Amorem ortum intelligentes: ſicut in ſcriptis ſanctis, per Prophetas ſuos Deus pollicitus fuerat: ac nequaquam ab illo populo vt verum Deum, & Meſſiam in lege promiſſum, fuiſſe receptum. Quin potius contemptum, repudiatúmque à Iudaeis fuiſſe, atque turpiſſima morte affectum. Sponſam interrogant, quorſum abierit, ac diuerterit Amor eius. Quibus quidem ſequentibus, reſponſum dat illa petentibus. Amor meus de excelſo admodum ſuperiori loco, de altiſſimo omnium coelorum domicilio, ex ſinu & complexu patris, in hortum ſuum deſcendit, Videlicet in hanc, quam habitamus inferiorem terram, in medio mundi ſitam. Vbi eſt eius Eccleſia, id eſt, fidelium ſuorum congregatio: quae conſtat ex innumeris regionibus, prouinciis, regnis, linguis, ac populis: qui iugiter ipſi, Patríque, ac Paracleto, tribus perſonis, vniq. Deo, exhibent latriam. Adorando, adolendo, venerando: offerendo, ſacrificando, immolando: canendo, pſallendo, laudéſque hymnóſque tribuendo: miríſque muſicis numeris modíſque, vocum, neruorum, tibiarúmque perſonando. Neque verò duntaxat, ratione ipſius Dei, cui ſoli haec conueniunt, propter diuinitatem, omnipotentiam, & maieſtatem: verùm etiam ratione ipſorum credentium: ob memoriam, gratiarúmque actionem, acceptorum beneficiorum. Non ſolùm creationis, ſecundum quam habent eſſe ſimpliciter: ſed redemptionis etiam, & glorificationis. Quoniam cum eſſent vaſa irae apta ad interitum: facti ſunt vaſa miſericordiae praeparata ad gloriam. Quamobrem filiae Hieruſalem, ſi mei Amoris vos deſiderium tenet, ſi eius cupiditate flagratis: non eum quaerite in populo Iſraëlitico, in quo naſci, ali & educari voluit: non in ipſa terra Iſrael, in qua praecepta tradidit, legemque Euangelicam docuit, & miracula fecit: non in templo, quod eſt Hieroſolymis, in quo diſputauit, ac Moyſem & Prophetas interpretatus eſt: neque in ipſa Hieroſolyma, in qua pati moríque elegit, ac pollinceri, & à mortuis reſurgere. Nam quoniam inops, triſtíſque & demiſſus Amor meus venit in mundum, ſicut de eo in Prophetis ſcriptum erat, & in Pſalmis: caecíque Iudaei & opinoſiſſimi, non intelligentes ſcripturas, opinantes Meſſiam venturum cum poteſtate temporali, eum non receperunt: ad gentes ſe conuertit, eíſque gratiam dedit, credentibus in eum. Quare ibi eum quaerite, vbi eius

ſectatores ſunt & aſſeclae, qui Chriſtiani appellantur, à Chriſto, id eſt, vncto, mei Amoris cognomento: quem Deus eius pater vnxit in Regem aeternum. ſuper omnia regna, & ſuper omnes principatus & poteſtates. Ipſi enim Chriſtiani ſunt ſemen Abrahae, ſunt Iſrael, ſunt Hieruſalem & ciuitas Dei, & templa inſuper Spiritus ſancti, & membra corporis mei Amoris, & de oſſibus eius: tum per generationem, tum per vnionem, in vna lege Euangelica. Sed neque etiam filiae Hieruſalem, quaerite meum Amorem, vbi proſpero flatu fortunae (ſicut gentes loqui conſueſcebant, fortunae omnia tribuendo) homines vtuntur: non vbi ſecunda omnia ſine vlla offenſione eueniunt & conſequuntur: non vbi laetitia homines perfruuntur, gaudiíſque exultant, & in voluptate bacchantur. Verum enimuerò eum quaerite, vbi omnia ſqualore moeroréque & triſtitia ſunt plena: vbi fletus gemitus, eiulatúſque fiunt: & vbi lachrymae profunduntur & ſuſpiria, vocéſque dolore audiuntur expreſſae. Cum iis enim quos res aduerſae eneruant, & affligunt: quos aegritudines atque calamitates frangunt, & debilitant: quoſque miſeriae & erumnae exanimant, euertunt, & proſternunt, meus Amor eſſe aſſolet: eáque omnia mei Amoris ſigna beneuolentiae ſunt, erga afflictos. Ipſe enim, quos amat arguit & caſtigat: atque omnem quem ſuſcipit flagellat.

LOCVS

LOCVS TRIGESIMVS PRIMVS, ET TRIGESIMVS SECVNDVS.

TRIGESIMVS PRIMVS, & TRIGESIMVS SECVNDVS loci Cantici nominis דוד *dod*,,eiuſdem ſextae partis, ſeptimus verſus eſt, ſecundùm vulgatam Latinorum partitionem Graecorúmque verſionem: qui Nonus eſt Octauae partis,ſecũdùm eos, qui in decẽ partes Canticum diuidunt. Vbi poſtquam Spõſa narrauerat filiabus Hieſalem,qualiter eius Amor in hortum ſuum deſcendit: hoc eſt, in Eccleſiam militantem. Ad ſulcos aromatum:hoc eſt,vt ſanctas actiones, laudabiles mores, egregiámque virtutem, ac bonam famam Sanctorum olfaciat & odoretur. Et ad paſcendum in hortis,ſupple, fidelium animas: hoc eſt,vt ſingulis Eccleſiis,ſua dona,ſua munera,ſuáque beneficia largiatur, provt vnicuique ſuam gratiam vult tribuere. Et ad colligendum Roſas: hoc eſt, Sanctos quoſque, qui inſtar Roſarum ſunt inter ſpinas (ob innumera,quae vndique in hac mortali vita circunſtant mala) ad ſe attrahendum in Coelum: vt eos maximis & ampliſſimis gloriae praemiis afficiat. Poſt igitur eam narrationem, cùm Amorem alloquuta eſſet Sponſa: quibus diuinis laudibus ab eo in ſermone ornata fuerit, canens filiabus Hieruſalem,ſic orditur.

אני לדודי ודודי לי

Ani ledodi, vedodi li,

הרעה בשושנים

Haronheh baſcioſciannim

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Ego Amori meo,& Amor meus mihi

Qui paſcit Roſis.

ἐγὼ τῷ ἐρωτῇ μου, καὶ ἔρως μου ἐμοί,

ὁ ποιμαίνει τοῖς ῥόδοις.

Hoc eſt. Filiae Ieruſalem, cùm Amor meus,qui paſcit Roſis, hoc eſt, qui paſcit animas ſibi deuotas, non mundana, id eſt,corruptibili eſca, mortui panis: carnis quadrupedum,aut altilium, aut aquatilium: aut frugibus,baccíſve,aut oleribus, quae terrae foetu perfunduntur: quibus paſcuntur homines: non aëris alimento,qua Chamelaeon alitur:

neque fabuloſis Nectare & Ambroſia, quibus Deos gentium veſci Poëtae commenti ſunt: ſed veriſſimo cibo diuino, id eſt, minimè corruptioni obnoxio, panis Euchariſtiae, ſacramenti altaris: figurati per manna, quam idē Amor meus pluit patribus noſtris in deſerto: panis viui, angelici, verae Ambroſiae, veríque Nectaris, qui non occidit, ſed morte priuat: quem Angeli & beati fruendo manducant, corporis ſui quod inſtar Roſarum, mirificam ſuauitatem habet, & mixtum cum candore ruborem. Cùm igitur hic Amor meus deſcendit in hortum ſuum: hóc eſt, in has, quas nos incolimus oras: in haec ſibi conſecrata templa corporum noſtrorum, in quibus ipſe habitat: atque in haec ſanè ſancta delubra, & religióſa fana, in quibus maximis ceremoniis, ſolemnia & ſtatuta ab eo ſacrificia eidem factitamus: quod meum erat officium, vt noſtrum omnium ſalutem, etiam atque etiam illi commendarem, non praetermittendum duxi. Iatque non ſolùm de ſalute bene ſperare, bonóque animo eſſe iuſſit; ſed aeternum etiam, me praeſente, praeconium mearum laudum, verſibus cecinit. Nam non ſolùm pulchram, paſtricem, decentem, terribilem, columbam, perfectam, beatámque appellauit: ſed miris etiam elogiis, ab oculis, capillis, dentibus, geniſque laudauit: atque aurorae, & Lunae & Soli comparauit.

Et Pulchram quidem appellauit: quando ſui tori conſorte electa, vt in ſui Regni parte me conſtituat: veſte pretioſiſſima ſponſaliorum per ablutionem, veſtiuit: recreando, regenerando, & reparando, per gratiam, ad gloriam. Et ſicut vrbem Regiam olim Tirſam conſpicuam me fecit.

Paſtricem verò, quia Sanctos, qui per omnem orbem terrarum frequentiſſimè degunt, mea opera ſpiritualiter paſcit. Dum praeter ſacramenta, quae Pontifices & Sacerdotes miniſtrant: per Doctores & Rhetores, praedicatione & ſcriptione, vtriuſque paginae panis frangitur.

Decentem, quoniam torquibus monilibúſque ex auro & argento fulgentibus gemmis diſtinctis, me decorauit, per bona ſpiritualia: qualia ſunt gratiae ſacramentorum, virtutes theologicae, & dona Spiritus ſancti. Et ditauit per Principes mundi bonis temporalibus: qualia Regna ſunt, & Principatus & Poteſtates. Vt iam altera Hieruſalem videar, ante eius aduentum religionis ſedes.

Terribilem, ob vnionem innumerabilium populorum, barbaricarúmque gentium: quae omnes ſub eiuſdem Amoris, ſuauia iuga redactae: inſtar multorum millium militum, acies inſtructa: vna mente, & vno ore, in Euangelio, in fide, atque in Catholica, & Apoſtolica Eccleſia conſentiunt.

Columbam, non ſolùm ob manſuetudinem & tractabilitatem, atque iracundiae carentiam, ob defectum bilis. Et ob charitatem ac pudicitiam

diciciam : quoniam ipſi Amori,vt Columba marito fidem ſeruo : atque oris oſculo,concordiam pacis agnoſco. Sed etiam propter munditiam & ſimplicitatem,rerúmque diuinarum contemplationem:certiſſima argumenta & inditia praeſentiae Spiritus Sancti.

Perfectam, quoniam non ſolùm me dotauit naturae bonis : quae hominem inprimis clarum faciunt, ad naturales operationes agendum:& bonis gratiae ; quae ab ipſo meo Amore gratis & ſine meritis dantur:ad hominem ſublimandum:verum enimuerò,poſt funera,bona gloriae ſpopondit,vt me ſecum beet in Coelo.

Beatam autem : quoniam in hoc mundo me beauit in ſpe, per expectationem praemij perennis beatitudinis, alterius vitae : poſtquam per ſeruationem mandatorum,omnium coeleſtium ſpirituum laetitia, nuptiaé verae dignitatis plenae celebrabuntur in Coelo. Et ſui fruitione (vt modò dicebam) me beatam reddet.

Sed & ab Oculis me laudauit : quoniam per Epiſcopos Eccleſiarùm Paſtores,tam ſubtiliter,támque acriter omnia exploro : vt étiam occultiſſima quaeque,& ab hominibus inuoluta errata clarè cernam. Sicut,quae,conuexa etiam montium,viſu penetrant lynces. Et lyncei quondam ambo : qui etiam ſuper nubila, & ſub terra acie oculorùm ſpectabant. Quoniam enim perſpiciens, parcere rogo, adeò delectat, quod eum vetat iudicia exercere ſeuera.

A capillis autem, ob multiplices populos, gentéſque varias : quae relictis idolis, ex lignis, lapidibus, metalliſve, aut alia materia hominum manu factis : heroum, ſtellarum, ac cicurum & ferarum beſtiarum : quae in mari, Coelo, & terra naſcuntur : quibus adorantes, ſacrificabant : ipſum Amorem,filium Dei viui,cum Patre,& Paracleto, vnum Deum colunt. Ipſique & thus & cereos adolentes, immolant ſacrificium laudis : ſuáque vota reddunt.

A dentibus, ob innumeros omnium gentium Doctores : qui omnibus linguis, vtriuſque teſtamenti ſcripta, provt Spiritus ſanctus eis dictat : vertunt, explanant, explicant, exponunt, declarant, interpretantúrque. Ac demonſtrationibus,argumentis,rationibus,concluſionibus,diſtinctionibus,definitionibúſque plana faciunt: Atque illiteratis imperitiſque hominibus,& idiotis praemanſa in os inſerunt.

A genis verò, ob innumerabiles Clericos, Pontifices, Sacerdotes, Diaconos, & inferiorũ ordinum Eccleſiaſticae Ierarchiae miniſtros, ſeculares & regulares : qui in ſortem Dei electi, Deóque dicati, totíque & animis & corporibus altari addicti, obſceonitatem, petulantiam, procacitatem, laſciuiámque carnis, cohibentes, caſti perpetuò, coelibéſque viuunt. Parati per ſe ſe millies pro Amore occumbere, mortémque oppetere : vt mala punica in malis praemonſtrant.

Aurorae autem me comparauit : non ſolùm, quoniam de tenebris & nocte peccati ſurrexi paruis principiis, poſt eius aduentum, cùm

pauci admodum eſſent credentes. Et antequam homo fieret Amor: cùm populus duntaxat Iſraëliticus crederet in eum venturum. Quae Aurorae conueniũt,quae de nocte cõſurgit opaca:vecta biiugis equis, ob luminis modicitatem. Verùm etiam ob eiuſdem Aurorae ruborem, ſanguinis concolorem : qui Eccleſiae initia, ad caedem & cruorem trahi,ne dum ipſius Aurorae, ſed Solis luce clarius ſignum dabat.

Lunae porrò,non tam,quia eius mei Amoris Solis iuſtitiae,ſplendoris radiis,illuſtrata fulgeo : inſtar Lunae,quae luce lucet aliena,Solis videlicet : quam ob varietatem & mutationem ſtatus , quam Lunae facies prae ſe fert:dum ſingulis diebus immutata cõſpicitur.Nam quae modò,planè annis M D C. ſub lege & vmbra eram,& ſub ira & captiuitate & ignorantia, tenebriſque noctéque : nunc ſub die & claritate & ſapientia & libertate,gratiáque ſim, & veritate & Euangelio mox ſummum bonum adeptura , & in ſtatu praemij honoris gloriaéque futura.

Soli verò,cùm ob ſummam rerum omnium gubernationem,temporalium & ſpiritualium, duum gladiorum , ſummúmque imperium, quod mihi ab eo datum eſt : tum ob nutrimenta & incrementa, quae inſtar Solis mortali generi,eius fidelibus praebeo.Tum verò etiam ob inſignes pietate viros : qui vel morte pro ipſo oppetita : ſiue ſummè omnium doctrinarum copia eruditi : aut rebus praeclarè adminiſtratis : aut vitae denique ſanctitate,ſingulis aetatibus me illuſtrant.

LOCVS

LOCVS MAMMAE III.

TERTIVS nunc ſequitur locus Cantici nominis שד *ſciad*, ex octonis, quos in hac Annotatione Amoris interpretandos ſuſcepimus: vbi Salomon Sponſae vberum mentionem faciens, gemellis ea Capreae catulis componit. Et eſt verſus paulò pòſt initium ſeptimae partis, ſecundùm Graecorum verſionem, & vulgatam Latinorum editionem: & nonae partis, ſecundùm eos, qui in decem partes Canticum partiuntur: qui in Hebraeis codicibus ita ſe habet.

שני שדיך כשני עפרים
Scene ſciadaich chiſne nhafarim.
תאמי צביה
Theome tſeuÿah.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Ambo vbera tua, vt duo catuli
Gemelli Capreae.
ἄμφω μαςοί σου, ὡς δύο νεβροὶ
οἱ δίδυμοι τῆς δορκάδος.

De quo quidem loco, quoniam repetitio eſt, eiuſdem verſus, qui habetur parte 4. ſuper quem ſcripſimus loco 2. huius nominis שד *ſciad*: illicò poſt vndecimum locum, nominis דוד *dod*, vlterius annotare praetermittam.

LOCVS MAMMAE IIII. ET V.

QVARTVS, & QVINTVS loci Cantici nominis שד *ſciad*, qui nunc ſe offerunt ex praedictis octonis: eiuſdem ſeptimae partis circa finem verſus ſunt, vbi Salomon, Virginum chorum inducens in ſcena laudes Sponſae canentem, Palmae, altitudinem eius, vitiſque racemis, Hubera comparare facit.

זאת קומתך דמתה לתמר
Zoth comathecha damethah lethamar,
ושדיך לאשכלות׃
Veſciadaich leaſcholoth:
אמרתי אעלה בתמר
Amarthi enheleh bethamar
אחזה בסנסניו
Echezeh beſanſinnau,
ויהיו נא שדיך
Veiheieu na ſciadaich
כאשכלות הגפן׃
Cheaſcheloth hagghefen.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Iſta ſtatura tua ſimilis facta eſt Palmae
Et Hubera tua racemis.
Dixi aſcendam in Palmam
Contemplabor ramos eius
Et erunt nunc Hubera tua
Quemadmodum racemi vitis.
τοῦτο τὸ μέγεθός σου ὡμοιώθη τῷ φοίνικι.
καὶ οἱ μαστοί σου τοῖς βότρυσι.
εἶπα ἀναβήσομαι ἐπὶ τῷ φοίνικι,
θεωρήσομαι τοὺς κλάδους αὐτοῦ,

καὶ

καὶ ἔσονται δὴ οἱ μασοί σου
ὥσπερ οἱ βότρυες τοῦ ἀμπέλου.

Intelligit autem Salomon per ſtaturam, modum corporis Sponſae, cui perſonam impoſuit Amor magna cum excellentia. Quo eminentem ſtatum Eccleſiae facilè quiſque cerneret: quae omnium regnorum & monarchiarum, ac rerum publicarum quot ſunt, quótque fuere, quótque poſt alios erunt in aunos, principatum tenet. Et per vbera duo teſtamenta, per quae Eccleſia mater magna fidelibus populis, mammas, appetentibus: hoc eſt, iucunabula & rudimenta fidei: lactem praebet doctrinae & eruditionis omnium quaecunque neceſſaria ſunt, ad credendum, & operandum, ad aeternam ſalutem. Et per ramos Palmae, vuaéque racemos, ſuauiloquentiam, atque nutrimenta, vtriuſque ſacrae paginae: quae ſuauiſſimus paſtus animarum ſunt, iis, qui ſe totos Amori dicarunt.

Vt iure optimo Spiritus ſanctus, qui eſt ſumma ſapiētia, per os Prophetae, Eccleſiā, ob eius ſublimitatē & celſitudinem, Palmae, propter eius proceritatem, comparauerit: quae vna ex omnibus arboribus excellit: cuique caeterarum arborum palma defertur. Vbera autem, hoc eſt, duo teſtamenta, racemis vuae aſſimilauerit: quae omnes alios fructus, quarumcūque arborū, ſuauitate excedit, atque plus caeteris omnibus, qui in fundo naſcuntur, fructibus nutrit. Quod equidē mirandum non eſt, cùm racemi à vite ferantur, quae ipſemet eſt Amor, Ioan. 15. qui omnium rerum, quas natura deſiderat, abundantiam & copiam ſuppeditet, atque ſatietatem ſine faſtidio: Palma verò crucis arbor nobilis ſit, in quam Amor, ipſo aetatis flore, volens, actus: ex humani generis hoſte triumpharit, ac clariſſimo trophaeo inferorum ſpoliis eam ornauerit. Erat enim ex Palma pars Crucis: vt ſup. dicebamus, p. 5.

Vt victoriam mittam, quam aſſidua aſſectatorum eiuſdem Amoris copia, in dies reportant: Martyres de tyrannis, Virgines & continentes de carne, Monachi & contemplatiui de mundo, & Doctores de haereticis: quam ob rem incomparabiles fructus capit Eccleſia, Palmae dactylis dulciores.

LOCVS TRIGESIMVS TERTIVS.

TRIGESIMVSTERTIVS, locus Cantici, nominis דוד *dod*, quod hactenus in Graecis codicibus, ἀδελφιδὸς exponitur, & ἀγαπητός, id eſt, diligibilis, & nepos, & in Latinis verſionibus dilectus exponitur: eiuſdem ſeptimae partis verſus eſt, poſt quintum locum nominis שד *ſciad*, ſuper quem iam nunc ſcripſimus. Vbi Sponſae palatum, ſiue guttur (vtrumque enim חך *chec* Hebraeis eſt) virgines laudibus efferunt.

וחכך כיין הטוב

Vechiccha cheÿaÿn hattob.

הולך לדודי למישרים

Holech ledodi lemeſciarim.

דובב שפתי ישנים

Dobeb ſifthe ieſcianim.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

καὶ οὐρανίσκος σου, ὡς οἶνος ἥδιστος,
πορευόμενος ὄρθως τῷ ἔρωτι μου,
ποιούμενος λαλεῖν χείλη καθευδόντων.

Et palatum tuum, vt bonum vinum,
Vadens Amori meo directè,
Faciens loqui labra dormientium.

Eſt autem elegans metonymia, Sponſae palatum, vox Eccleſiae, effectus, pro efficiente. Vox autem Eccleſiae ſunt Patriarchae, Prophetae, Pſalmographi, cātores inſtrumenta Muſica quibus canebatur: Legiſlatores, Sacerdotes, Pontifices, caeteríque veteris Teſtamenti amici Dei: ſanctiſſima mater Virgo, Praecurſor Apoſtoli Euangeliſtae diſcipuli Doctores Epiſcopi praedicatores & praeſules: quique omnes Graio nomine Presbyteri nūcupantur: ſiue ſaecularem, ſiue monaſticam, vel regularem vitam agant: obedientiam colentes & paupertatem & caſtitatem: & Virgines, quae & ipſae Deo votae, ſub regulis in ſeptis degūt, continenter pſallentes. Ad haec preces, orationes, lectiones,

nes, Prophetiae, Euangelia, & vtriuſque teſtamenti hiſtoriarum recitationes, hymni pſalmi laudes, verbaque, quibus per acceſſum ad elementa fiunt ſacramenta: carmina, cantuſque omnes vocum neruorum & tibiarum, qui alternis choris modulantur: omníſque deníque Muſica ſymphonia, quam cantu & fidibus, in antemeridianis ſacrificiis, & veſpertinis horis canit Eccleſia. Conciones praeterea, quae à ſacris Rhetoribus in pulpitis, & ſuggeſtis habentur: atque eorundem clamores & vociferationes, quibus vtuntur, cum amplificata & exaggerata altius oratione, populum moribus prolapſum refrenant, à peccatis cohibent, atque quae fidelium partes ſint admonent. Itémque quae lamentationes, gemitus, ploratus eiulatus & ſingultus non ſolum ab ipſis fidelibus propria errata agnoſcentibus eduntur: & ſuſpiria voces doloris expreſſa: quibus Amor potiſſimum delectatur, maximéque ad miſericordiam commouetur, vt deinceps peccata non reminiſcatur: ſed à miniſtris etiam publicis Dei ſacerdotio praeditis, qui ſacris praeſunt & fanis: quibus id munus impoſitum eſt, de populi delictis flere.

Quoniam enim palatum, vocis eſt inſtrumentum, & in eodem, ſenſus ſaporum guſtatus eſt: & ſuauiſſimum ſuper omnia eſculenta & poculenta eſt vinum, ita vt bibentium mentem teneat, vnde temetum dictum: concinne admodum fletus Eccleſiae, atque ad ſuos fideles hortationes, & ſacrificia, & ſupplicationes ad Deum, optimo vino Salomon componit. Vt pote, quae magnopere Amori & gratae ſint & iucundae: vt ſitienti optimi vini potio. Etſi enim Amor, nil tam vehementer cupiat, quam animarum ſalutem, quarum cauſa homo factus eſt: nil adeò valde aueat, quàm peccatoribus parcere, pro quibus paſſus eſt: nihílque tandem magis expetat, quàm exercere miſericordiam in fidelibus ſuis, quos inprimis amat, charóſque habet: laudari tamen ab ipſis, & appellari, & implorari, & deprecari, ſibíque immolari, ſacráque confici, atque pro beneficiis collatis, gratias agi, vult, iubet, & gaudet. Et de palato ſatis dictum eſt.

Deinceps (iuxta loci ſeriem) de vino dicamus. Quod quidem optimum, vadens ad Amorem directè, faciens loqui labra dormientium: nihil aliud profectò eſt, niſi merum vinum, ex vuis expreſſum, & altari praebitum: de quo in maiori quantitate, quàm de aqua in ſacrificio ponitur. cap. perniciofius, de celebr. miſſ. quod ipſius Amoris verbis, ritè per ſacerdotes noui Teſtamenti, prolatis, in eiuſdem met Amoris ſanguinem tranſit, & carnem, per concomitantiam. Hoc enim ad Amorem directè vadit, quod in eum transformatur, & tranſubſtantiatur. Hoc loqui facit labra dormientium, dum libatum & guſtatum tantùm, ne dum potum & obbibitum, humi ſtratas, terraéque defixas mentes fidelium, in conſideratione rerum temporalium.

& corruptibilium, ad coeleſtia ſpectandum, erigit & aeterna. Vt non amplius ſopiti fideles, veluti muti & elingues, ſileant & conticeſcant, non laudantes Deum: ſicut qui in inferno poſiti ſunt. Hoc eſt enim dormire, hoc ſopitum eſſe & ſilentium agere: ſicut infernus Hebraeis declarat, quorum lingua, inter caetera nomina דומה *dumah*, id eſt, ſilentium nuncupatur. Pſal. 116. ſecundum Latinorum editionem 113. ſicut alio loco dicebamus. Sed iam velut è ſomno expertecti, nihil aliud, niſi Deum loquuntur: ac pleniore ore laudant, glorificant & benedicunt.

* * *

LOCVS

LOCVS TRIGESIMVSQVARTVS, TRIGESIMVSQVINTVS, ET Trigesimvssextvs.

TRigesimvsqvartvs, Trigesimvsqvintvs, & Trigesimvssextvs loci Cantici nominis דוד *dod*, eiuſdem ſeptimae partis, verſus ſunt, ſecundum vulgatam Latinorum editionem, & Graecam LXXII. tranſlationem: qui ſecundae partis noni Cantici ſunt, ſecundum eos, qui Canticum in decem Cantica diuidunt. Vbi & petitionem ſuam filiabus Hieruſalem Sponſa recenſet, quam in beneficij loco & gratiae ab Amore petiuit:& donum ſuorum Amorum, quos vltro illi obtulit, commemorat:in compenſationem fructuum,qui ab ea Sponſo debentur:atque mutuam & reciprocam retributionem ac remunerationem beneuolentiae,viciſſitudinémque ſtudiorum officiorúmque Sponſi.

אני לדודי ועלי חשוקתו׃

Ani ledodi, venhalai cheſciucatho.

לכה דודי נצא השדה

Lechah dodi natſe haſſadeh.

נלינה בכפרים

Nalinah bacchefarim.

נשכימה לכרמים

Naſchemah laccheramim.

נראה אם פרח הגפן

Narah im parach haggafen.

פתח הסמדר

Patthach haſſemadar.

הנצו הרמונים

Hannetſu harmonim.

שם אתן את דודי לך׃

Sciam etthen eth dodai lach.

In quibus tribus locis, in omnibus Latinis editionibus nomen דוד

dod, locis 34.& 35.Dilectus,& loco 36.hubera,conuerſi reperiuntur: & in omnibus Graecis codicibus, aliàs ἀγαπητὸς, aliàs ἀδελφιδοῦς, & μάστους μου. Vbera mea,videlicet, Nepos & Dilectus. Cum tamen loci 36. cum duobus ſuperioribus 34. & 35. idem ſit nomen, idémque ſignificans: mutato tantum numero vnitatis in pluralitatem. Sicut Graecè nos vertimus & Latinè.

Ego Amori meo, & erga me adhaeſio eius
Veni Amor meus, exibimus in agrum
Remorum faciemus in villis
Auroram praeueniemus in vineis
Aſpiciemus an germinarit vitis.
Aperuerit gemmam,
An floruerint mala punica,
Ibi dabo Amores meos tibi.

ἐγὼ ἔρωτί μου, καὶ ἐπ᾽ ἐμὲ ἡ κόλλησις αὐτοῦ
ἔρχου ὢ ἔρως μου, ἐξέλθωμεν εἰς ἀγρὸν,
χρονίσομεν ἐν ταῖς κώμαις
ὀρθρίσομεν εἰς τὰς ἀμπελῶνας
ὀψόμεθα εἰ βλάστησεν ἡ ἄμπελος
ἀνέῳγεν ὁ κυπρισμὸς
εἰ ἤνθησαν αἱ ῥοαὶ
ἐκεῖ σοὶ δώσω τοὺς ἔρωτας μου.

Non autem quemadmodum Latinorum omnes editiones habent & Graecorum.

Ego dilecto meo, & ad me conuerſio eius. Et infrà.
Ibi dabo tibi hubera mea.

ἐγὼ τῷ ἀδελφιδῷ μου, καὶ ἐπ᾽ ἐμὲ ἡ ἐπιστροφὴ αὐτοῦ,
ἐκεῖ δώσω τοὺς μάστους μου σοὶ.

Nam miſſo nomine דודי & דדי *dodai & dodi*, quod vnum & idem non mammas vel hubera, ſed Amor meus & Amores meos ſignificat, ſicut ſaepiſſimè dictum eſt à nobis: verbum חשק *chaſciac*, à quo חשוקתו *cheſciucatho*, ſynonimū eſt cum verbo דבק *dauac*, de quo Gen. 34. & cum verbo חגר *chaghar*, & cingere ſignificat & adhaerere. Non autem ἐπιστρέφειν, conuertere, vel reſpicere. Sicut patet Geneſ. 4. quando Deus Caim, alloquitur, & liberum arbitrium edocet. Ibi, vt nos vertimus.

Non ne ſi bene egeris, accipies.
Et ſi non bene egeris, apertè peccatum cubat.

ואליך

ואליך תשוקתו

Veelecha cheſciucatho.

Et ad te adhaeſio eius.

καὶ πρὸς σε ἡ κόλλησις αὐτοῦ.

Hoc eſt. Si bene feceris, bene pariter recipies. Et ſi non bene feceris, peccabis, & peccatum apertum manifeſtúmque erit, tibíque adhaerebit cingens te. Tametſi nihilominus tu dominaberis illius: vt illud volens arcere poſſis, pellere à te, & propulſare.

Et Exod. 38. in principio, vbi narratur hiſtoria, quando Baſalel de tribu Iuda (ſpiritu Dei plenus ad faciendum Tabernaculum, & Arcam, caeteráque de quibus cap. 35.) fecit Columnas tentoriorum. Vbi quater habetur, ſicut nos vertimus.

Columnae & baſes eius ex aëre.

ווי העמודים וחשקיהם כסף

Vauue hannhammudim, vechaſciuceem chaſef.

Capitella columnarum, atque cinguli earum ex argento.

ἐπιστυλία τῶν στύλων, καὶ αἱ ζωναὶ αὐτῶν ἐξ ἀργυρίου.

vel ἀργυρία.

Erant autem cinguli ornamenta argentea, quae aeneas columnas cingebant: quae Pagninus, fila, vertit.

Sed etiam Iſa. 38. in Cantico Regis Ezech. verſ. 8. ſecundum vulgatam partitionem.

ואתה חשקת נפשי משחת בלי:

Veatthah Chaſciacetha nhaſſci miſciachath beli.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Sed tu cinxiſti animam meam ne interiret.

καὶ συ ἔζωσε τὴν ψύχην μου, ἵνα μὴ ἀπόληται.

Sic D. puella Agnes, pulcherrima virgo Romana, nobili genere orta, ad gnatum Praefecti Vrbis: qui eius forma captus, amore flagrans, Virginem in matrimonium, ducere cupiens, ingentia dona, immenſáſque opes, ne montes aureos pollicebatur: de Amore Sponſo loquens Diua, qui iam ſibi eam deſponderat. Recede à me (inquit) nam multo te nobilior ditiórque Sponſus praeuenit, Dominus Deus Rex coeli & terrae. Qui me veſtiuit aureo veſtitu, qui aures meas ornauit inſignibus margaritis, & collum cinxit monile ex fulgentibus gemmis.

Sic igitur Sponſa, vt immenſum mutuum amorem, inter ſe, & Sponſum facilè quiſque cerneret.

Ego

Ego (canit) *Amori meo,& erga me cingulus eius.*

Sic (inquit) ego Amori meo,qui mecum coniunctiſſimè & amantiſſimè viuit: qui mihi vſque adhaeret: qui me cingit aduerſus vaſtos impetus tenebrarum: vt non nauem frangam, dum ruit Oceano nox.

Exibimus in agrum,
Remoram faciemus in villis.

Ad priſcam Eccleſiam attinent. Cum poſt Sponſi aſcenſionem in coelum, incidit in perſecutionem Iudaeorum, & omnium Regum terrae:in qua innumerae Martyrum myriades variis ſuppliciis occiſae ſunt: Tunc enim Sancti amici Dei,ad euitandum immaturum interitum, in villis latitantes degebant: quae domus in agris ſunt.l.fundi appellatione.ff.de verbor.ſignificat.& in agris,qui loci ſine villa ſunt. l.ager.ff.eod. Neque verò ſolum in agris & villis ſe abdebant: ſed in agrorum etiam ſolitudinibus, eremiſque & ſpeluncis & cauernis terrae,nodiſque: qui κόμβοι Graecè appellantur,vnde Catacombae extra Vrbem,vbi Sancti latebant. Quod autem ſequitur.

Auroram praeueniemus in vineis,
Aſpiciemus an germinarit vitis.
An aperuerit gemmam, & an
Floruerint mala punica.

Sequentia indicant tempora poſt conuerſionem Conſtantini. Cum procul ab omni metu, in conciliis coetibúſque hominum iure ſociatis,quae ciuitates appellantur,honos iuſtus & debitus Sponſo decretus eſt:apertéque & palàm ei canere,aras dedicare,thura & odores & cereos incendere, ſacra facere, ſtatuas ponere, fanáque & templa aedificare, coeptum eſt. Ciuitates enim & oppida & vrbes, hoc eſt, ciuium frequentia copia & multitudo, iurium conſenſu legúmque ſociatae:in quibus cógreſſus fideliũ ſunt,ſub vna fide & lege Euangelica Deum colentes: quibus nihil in terris Deo acceptius, vineae Domini ſunt. Ex quibus Amor vinum & oleum exprimit,& granum Euangelicum metit,& in horrea ſua congregat:ad cibum potúmque fidelium, & gloriam ſuam.

Et in his ciuitatibus vitem Amor,ac fructuoſas arbores ſaeuit:hoc eſt,fidem & Euangelium,ſuíque veri Dei cognitionem: tum per ſeſe, tum per Apoſtolos, & eorum ſucceſſores. Sicut in Euangeliis habetur,& in Actis legitur Apoſtolorum, & paſſim in ſcriptoribus Eccleſiaſticis,qui Eccleſiae hiſtorias texuerunt. Dicit igitur Sponſa. In his vineis, non ſolùm totos dies te verum Deum, qui omnia genuiſti, quique omnia nutu Regis, colemus vniuerſi generis cultu, qui tibi debetur: verùm etiam ante lucem, nocturnis cantibus, pleniore ore pſallentes laudabimus, ſupplicabimúſque.

Aſpiciemus

Aſpiciemus an germinarit vitis,
An aperuerit gemmam.

Eſt ordo conuerſus, figura vſitata in ſacra Scriptura. Nam, cum venit aeſtas (ſicut eſt apud Poëtam)

Torrida, iam laetae turgent in palmite gemmae.

Id eſt: Oculi vitis inflantur, ac tum exitum quaerentes aperiuntur, móxque germinaſcunt: pampinos, videlicet, & ſurculos, & propagines emittentes. Sententia eſt. Aſpiciemus an Eccleſiae ad fidem conuerſae, vnde fructus tibi debentur: vt tempeſtiuè opimos eos demetere & percipere poſſis, ſe praeparent. Tum verò maxime, an floruerint arbores malorum punicorum, quae ſpem faciant, ſummam hominum frequentiam, vndique te teſtificaturam: etiam quod cum ſanguine vitam ſibi effluere ſentiant. Ad ſummam.

Ibi dabo tibi Amores meos.

Hoc eſt. Quoniam tu, omnium Amorum veriſſimus Amor qui ob tui Amoris exceſſum, ab aeterno me amaſti, elegiſti, & praedeſtinaſti: & in tempore me creaſti ad imaginem & ſimilitudinem tuam, vt tuae efficeres participem gloriae: & poſt primi parentis praeuaricationem, vt captiuam redimeres, de coelo deſcendiſti: quorum beneficiorum, tanta eſt magnitudo, vt debitam, ac meritam gratiam, nunquam ſperem poſſe referre: referam certè partem, dando tibi Amores meos, & eoſdem tuos, Apoſtolos, Prophetas, Epiſcopos, Doctores, Sacerdotes, Leuitas, Monachos, Eremitas, Virgines, Continentéſque, caeteróſque fideles, virilis, ac muliebris ſexus, qui in te credunt. Quorum magna pars, legis Euangelicae teſtes, quemadmodum pro mea ſalute, tu paſſus es: ad tui imitationem, probra conuicia contumelias, vincula carceres, compedes, verbera flagella virgas, percuſſiones vulnera plagáſque, omníſque generis quaeſtiones atque exquiſita ſupplicia, turpiſſimáſque mortes, pro tui nominis defenſione ſubibunt. Quod eo libentius exequar, quòd loco excelſo & illuſtri ſitae ſunt huiuſmodi mortes in conſpectu tuo. Sicut Regius Propheta canebat Pſal. 116. vnus ex meis Amoribus, quem à te acceptum, tibi reddidi.

יקר בעיני יהוה המותה לחסידיו

Iacar benhene Iehouah hamauethah lachaſidau.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Pretioſa in oculis Domini mors piorum ſuorum.

τίμιος ἐν ὀφθαλμοῖς Κυρίου ὁ θάνατος τῶν εὐσεβῶν αὐτοῦ.

Hoc eſt. Grata & periucunda Deo eſt mors oppetita à Piis ſuis, pro patria & parentibus. Pro parentibus, id eſt, pro Deo, qui omnium rerum ſeminator & ſator & parens, atque educator & altor eſt. Pro parentibus, id eſt, pro Deo, qui pro Piis ſuis, mortem non dubitauit occumbere: vt Pij illum veſtigiis conſequantur. Pro Patria, id eſt, pro Ecclesia, in qua alti ſunt: vt eorum deuotionibus, Deus placatus, fideles contra barbaros defendat. Pro patria, id eſt, pro mundo, vt eorum neces, pro Amore obitae, illis ad gloriam, caeteris proficiant ad ſalutem.

LOCVS

LOCVS TRIGESIMVS SEPTIMVS.

TRIGESIMVS SEPTIMVS locus Cantici nominis דוד *dod*, eiuſdem ſeptimae partis, vltimus verſus eſt, ſecundùm vulgatam Latinorum editionem, & Graecam conuerſionem: qui vltimus itidem ſecundae partis eſt, Noni Cantici, ſecundùm eos, qui in decem Cantica Canticum partiuntur. Vbi Salomon, poſtquam Spóſam offerentem induxit, magnificum munus ſuorum Amorum, de quo proximo loco dicebamus: Mandragorarum meminit fragrantiae, deliciarúmque Sponſae, quas Sponſo conditas ſeruat.

הדודאים נתנו ריח
Haddudaim nathenu reach
ועל פתחינו כל מגדים
Venhal petachenu chol meghadim
חדשים גם ישנים
Chadaſcim gham ieſcianim
דודי צפנתי לך
Dodi tſafanthi lach.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Mandragorae dederunt fragrantiam,
Et ſuper portis noſtris omnes delicias,
Renouatas atque etiam priſcas
Amor meus recondi tibi.

αἱ μανδραγόραι ἔδωκαν ὀδώδιαν,
καὶ ἐπὶ θύρας ἡμῶν πάντας τρυφαῖς
ἀνανέωσας, καὶ μὴν παλαίας·
ἐτήρησα σοὶ ὦ ἔρως μου.

O Sponſae graues ſerióſque verſus, immò verò potiùs Spiritus ſancti. Poſt voluntariam oblationem, pollicitationémque ſuorum Amorum.

Mandragorae (canit) *ſuum dederunt odorem.*

Ad oſtendendum Sponſo, quomodo iam parati eſſent fideles, pro ipſo quiduis pati, omniáque perpeti. Veluti qui Mandragorae medicamentum ſumpſerunt: qui non ſolùm, ſi dolorum ſibi admoueantur faces, non exterrentur: ſed neque ſi vrantur, vel ſecentur, ferrum ſentiunt, neque ignem. Sicut de tot Sanctorum vtriuſque ſexus millibus ſcimus. Qui ſuppoſitos ignes, ſubiectáſque prunas, candentéſque carbones, ardentéſque laminas, quaſi non ſentientes, non curarunt. Atque ſceleſtis, nefariiſque modis, ab impiis tyrannis, ab improbis & perfidioſis nationibus, feris potiùs quàm hominibus, laniari, diſcerpti, lacerati, truncati ſectíque atque excarnificati ſunt, pro fidei teſtimonio. Quamobrem Graeco vocabulo Martyres Sponſa nominat. Qui cum talibus, aliiſque mille genus cruciatibus, ſuppliciiſque angerentur, torrerentur, conficerentur, tunderentur, obruerentur, praecipitarentur, lapidibus appeterentur, beſtiis obiicerentur, ſubditis ignibus efferueſcerent, rotarum aculeis aliiſque machinis frangerentur, ſecuribus percuterentur, & in cruces & patibulos agerentur, vitámque cum ſanguine & inteſtinis profunderent: non voces audiebantur plenae ſtomachi & quaerelarum, non lamentationes & quaerimoniae: ſed preces pro tyrannis, pro carnificibus, pro tortoribus: ſed ſuaſiones, vt à vanis futilibúſque ſimulachris conuerterentur gentes ad Deum viuum & verum, qui fecit Coelum & terram & mare & omnia quae in eis ſunt.

Et ſuper portis noſtris, omnes delicias
Renouatas, atque etiam priſcas,
Amor meus recondi tibi.

More paſtorali commemorat Sponſa, munera quae ſeruat Amanti (nam, Donis conciliatur Amor) Sic Corydon praeter fiſtulam diſparibus ſeptem compactam cicutis.

Praetereà duo, nec tuta mihi valle reperti
Capreoli, ſparſis etiam nunc pellibus ambo,
Bina die ſiccant ouis vbera: quos tibi ſeruo.

Sic igitur Sponſa.

Et ſuper portis noſtris.

Hoc eſt, in conuentibus ſynodis, conciliis, coetibus, coronis & congregationibus Eccleſiarum: quae toto orbe terrarum, in ciuitatibus, vrbibus, oppidis, caſtris, aedibus, domibúſque, ſub vna Sancta Catholica & Apoſtolica Eccleſia, fundatae & ſtabilitae ſunt: quae in nomine tuo congregatae, portae & fores ſunt: quibus ad te aditus eſt, qui in medio eorum es. Matth. 18.

Omnes

Omnes delicias renouatas, atque etiam priſcas.

Hoc eſt, Apoſtolos, Epiſcopos, Martyres, Doctores, Confeſſores, Virginéſque, caeteróſque fideles: necnon & Prophetas, & Patriarchas, Sanctóſque reliquos viros ab origine mundi. Qui partim Eccleſiam ſanguine ſuo rigarunt, partim doctrina illuſtrarunt, partim vitae ſanctitate roborarunt. Tibi recondi, tibíque aſſeruo, vt tui ſint, tecúmque ſine fine laetentur.

Iſti enim ſunt, מגדים *meghadim*, id eſt, delectamenta, oblectamenta, voluptates, mel ac deliciae tuae: quos in deliciis & Amoribus habes: quibus perfrueris, quibus paſceris, quibus ſpeculis oblectaris, quibus ludis delectaris & duceris.

Iſti ſunt פרי מגדים *pere meghadim*, fructus deliciarum, quos tu met paulò ante me habere, canebas in horto. par. 4.

Iſti ſunt,

חדשים גם ישנים

Chadaſcim, gham ieſcianim.

Renouati, atque etiam priſci.

Priſci (inquam) qui antiquiſſimi ſunt, qui ab initio orbis fuerunt, quibus nihil antiquius hominum ſermone celebratur.

Renouati autem, quoniam denuò nati ſunt, quoniam tuo ſanguine dealbati ſunt: atque tua morte redempti, viuaces immutabili aeternitate facti ſunt.

LOCVS MAMMAE VI.

SExtvs locus Cantici nominis שר *ſciad*, qui modò ex octonis propoſitis ſequitur: octauae partis ſecundùm LXXII. partitionem & Latinorum vulgatam conuerſionem, ſecundus verſus eſt: qui tertiae partis noni Cantici, ſecundus ſimiliter eſt, ſecundùm eos, qui Canticum in decem Cantica diuidunt. Vbi Salomon Eccleſiam inducit, ante Meſſiae aduentum, expromentem magnum deſiderium ſuum, quo tenebatur, vt valuis Coeli apertis deſcenderet & oriretur.

מי יתנך כאח לי
Mi itthenecha cheach li,
יונק שדי אמי
Ionach ſcede immi,
אמצאך בחוץ אשקך
Amſaacha bachuts aſciacecha.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Quis dabit te, vt fratrem meum,
Sugentem vbera matris meae,
Reperiam te foris, diſſuauiabor te.
Τίς δώσῃ σε, ὡς ἀδελφόν μου,
μυζοῦντα μαστοὺς τῆς μητρός μου,
εὑρήσω σε ἔξω, φιλήσω σε.

Non autem. *τίς δώσει. Quis dat.* Nam (vt in prima Annotatione latiùs diſſeruimus, cui ab exordio Cantici, Oſculabitur nomen indidimus) non ſolùm ex ſponſionibus pollicitationibúſque facillimè Sponſa ſciebat: ſed ex pactionibus & foederum ſanctionibus manifeſtò comperterat: quod mitteret Deus filium ſuum, vt opem ferret & ſalutem gentibus. Et proptereà non quaſi ancipiti contentione diſtracta: vt optans canebat. *Quis dat*.. Quaſi. *Vtinam quis dat*. Sed non incerta, & non ignara aduentus.

Quis dabit te vt fratrem meum.

Ob naturam videlicet humanam, quam aſſumpturus erat.

Sugentem vbera.

Quod

Quod omnibus hominibus commune eſt: lac è mammis haurire.

Matris meae.

Eiuſdem naturae matris & communis parentis.

Reperiam te foris.

Hoc eſt, in terra, in medio mundi locata: extra Coelum, vbi domicilium habes: vbi eſt domus & ſedes tua. Pſal. 11.4. & 103.19. & Matt. 23, Oſculabor te. Infantem, lactentem, in cunis vagientem: puerum, ephebum, adultum. Sic Regius Propheta, totius generis humani corruptionem, deplorans: ſolúmque Meſſiam Saluatorem futurum, praeſagiens, Pſalmis 14. & 53. canit.

מי יתן מציון ישועת ישראל׃

Mi itthen mitſion ieſciunhath Iſrael.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

τίς δώσει ἐκ Σίων τὴν σωτηρίαν τοῦ Ἰσραήλ.

Quis ſalutem ex Sion dabit Iſrael.

Non autem. *Quis det.* Sic Pſal. 55. In quo tractatur materia perſecutionum, quas Meſſias habiturus erat, nec non & Eccleſia, Chriſtum inducit Propheta canentem.

מי יתן לי אבר כיונה׃

Mi etthen li euer chaÿonah.

τίς δώσει μοι πτέρυγας, ὡσεὶ περιστερᾶς.

Quis dabit mihi pennas, ſicut Columbae.

Non autem. *Quis det.* Sic igitur Sponſa.

מי יתנך

Mi itthenecha.

Quis dabit te.

Quis dabit, vt homo naſcaris: vt ad cōplexum tuum, & oſculum poſſim currere? Quis dabit, vt tu Deus forma hominum indutus, prodeas? vt diuina natura cum humana copulata, ego tua Sponſa homo, te hominem & Deum oſculer, neceſſitudine contubernij conuictúſque, & coitione oris ad os? & tu viciſſim Deus & homo, me Sponſam hominem oſculeris: cum eiſdem milléque aliis oſculis, tum oſculo Redemptionis?

Et certè quidem pater Amoris dabit: immò verò dedit, quando (vt Apoſtolus inquit.)

ὅτε δὲ ἦλθε τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου, ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς.

Vbi venit plenitudo temporis, miſit Deus.

Ecce. *Quis dabit.*

τὸν υἱὸν αὐτοῦ.

Filium ſuum.

Ecce. *Te.*

γενόμενον ἐκ γυναικὸς.

Factum ex muliere.

Ecce. *Vt fratrem meum ſugentem vbera.*

γενόμενον ὑπὸ νόμον.

Factum ſub lege.

Ecce. *Reperiam te foris.*

ἵνα τοὺς ὑπὸ νόμον ἐξαγοράσῃ.

Vt eos, qui ſub lege erant, redimeret.

Ecce. *Oſcula.* Gal. 4.

Sic Ioannes prima epiſt. 4.

καὶ ἡμεῖς τεθεάμεθα καὶ μαρτυροῦμεν, ὅτι ὁ πατὴρ ἀπέσταλκε τὸν υἱὸν σωτῆρα τοῦ κόσμου.

Et nos vidimus & teſtificamur, quod miſit Pater Filium Saluatorem mundi.

LOCVS.

LOCVS TRIGESIMVS OCTAVVS.

TRIGESIMVS OCTAVVS locus Cantici Canticorum, in quo Salomon eodem nomine דוד *dod*, vſus eſt: eſt verſus octauae partis, quem in decem Canticum ſecantes, decimae initium faciunt, & quinti actus, qui tragicomoediam. In quo Salomon, ocium tandem, laxamentum & quietem Eccleſiae praeſagiens: quam per conuerſionem ad fidem Romani Imperatoris, habitura erat: vna cum poteſtate vitae necíſque, in populos, qui in ſuum imperium & ditionem venturi erant: ſic canit.

מי זאת עלה מן המדבר

Mi zoth nhalah min hammidbar

מתרפקת על דודה

Mithraſeceth nhal dodah.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Quae iſta aſcendens à deſerto,
Innixa Amori ſuo.

τίς αὕτη ἀναβαίνουσα ἐκ τῆς ἐρήμου,
σκηπτομένη τῷ ἔρωτι αὐτῆς.

Non autem, vt Graeci Codices habent.

ἐπιστηριζομένη ἐπὶ τὸν ἀδελφιδὸν αὐτῆς,

Confirmata ſuper nepotem ſuum.

Neque quemadmodum Latinorum omnes.

Innixa ſuper dilectum ſuum.

Per ea, quae in Annotatione Phiala, in fine diſſeruimus. Quomodo omnes & Poëtae & Oratores Latini locuti ſunt. Et egregius Homerus, cùm mendicantem Vlyſſem, viceſimo anno, quàm ab Ithaca ſoluerat, Ciuitatem ingredientem inducit, ſubulco comite: vt procos ignotus adoriretur.

ὃ δ' εἰς πόλιν ἦγεν ἄνακτα
πτωχῷ λευγαλέῳ ἐναλίγκιον, ἠδὲ γέροντι
σκηπτόμενον.

Ille autem in ciuitatem duxit Regem
Mendico, anxio, ſimilem, & ſeni
Innitentem. ſupple. *Baculo*, vel *Scipioni.*

Etſi enim nō in agris ſolummodò & deſertiſſimis ſolitudinibus, procul à plebe & cultura hominum, vitam incultam & deſertam ageret Sponſa: vt quae fide iam per Apoſtolos & eorum ſucceſſores, per vniuerſum orbem terrarum, ſparſa & diſſeminata, in Ciuitatibus ſuſcepta fuiſſet, & in vrbibus loca occupaſſet: quoniam tamen, ob pauorem & formidinem tyrannorum, populorúmque etiam tum non credentium, maximo cruciatu timoris angebatur, ob ſupplicia miſerrima & crudeliſſima, quae Sancti perferebant: quamobrem abditè ſacra faciebat, atque occultè orationi & miniſterio verbi inſtabat, in deſerto ſtare dicebatur. Donec Magni Conſtantini conuerſione, qui à Diuo Siluestro baptizatus eſt: fide vndique propagata atque ab omnibus viris Principibus mundi, nationibúſque recepta: ne dum palàm & publicè Sponſa Amori ſacrificabat, ſacramenta conficiebat, de religione concionabatur, reliquáque omnia, quae ad colēdum Deum pertinent, omnibus ſuis numeris & partibus explebat: verùm etiam templa, fana, aedes, aras, Diis gentium vanis futilibúſque fabricatas, eidem Deo viuo & vero conſecrabat, ac de integro extruebat.

Quamobrem iure & meritò, & à deſerto aſcendere, & Amori ſuo inniti Sponſam Salomon cecinit: cùm eius Princeps Sponſi Vicarius, à Soracte, vbi latebat, accerſitus, in omni Romano imperio Eccleſiam ſtabiliuit. Cùm annuente Amore, ſublatis vndique inanium Deorum ſimulachris, veri Dei cultum Pontifex Sanctus induxit: ac duobus Conciliis generalibus Niceno & Romano, haereſes damnauit, & alterum poſt Apoſtolicum ſymbolum ſanciuit: atque coronam & omnem Regiam dignitatem, in vrbe Romana, & in Italia, & in partibus occidentalibus, ſibi, ſuíſque ſucceſſoribus adeptus eſt; ſedémque ſacratiſſimam, amplius quàm imperium, terrenúmque thronum glorioſè, ſicut decuit, exaltauit. 96. d.c. Conſtantinus, & 12. q. 1. c. futuram.

LOCVS MAMMAE VII. ET VIII.

SEPTIMVS & OCTAVVS loci Cantici nominis שד *ſciad*, eiuſdem octauae partis verſus ſunt, ſecundùm Septuaginta duo partitionem, & Latinam vulgatam conuerſionem: qui ſecundae partis, decimi Cantici, ſunt initium, ſecundùm eos, qui Canticum in decem ſectiones diuidunt. Vbi Salomon Eccleſiae è gentibus conuerſae rudimenta & incunabula canens: ineuntis aetatis puellae, mammis adhuc, ob aetatem, carentis eam comparat.

אחות לנו קטנה
Achoth lnau cetannah.
ושדים אין לה
Veſciadaim en lah
מה נעשה לאחותנו
Mah nanhaſeh laachothenu
ביום שידבר בה
Beÿom ſceÿedabber bah
אם חומה היא
Im chomah hi
נבנה עליה טירת כסף
Nibbenah nhaleah tirath cheſef
ואם דלת היא
Veim deleth hi
נצור עליה לוח ארז
Natſur nhaleah luach arez
אני חומה ושדי כמגדלות
Ani chomah veſciadai chammigddaloth.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

ἡ ἀδελφὴ τῶν ἡμῶν μικρὰ
καὶ οἱ μαστοὶ οὐ τῇ αὐτῇ,
Τί ποιήσομεν τῇ ἀδελφῇ ἡμῶν.

ἐν ἡμέρᾳ ᾗ λαληθήσεται περὶ αὐτῆς
εἰ τεῖχος ἡ αὐτὴ
οἰκοδομήσωμεν ἐπ' αὐτὴν ἐπιτείχισμα τοῦ ἀργυρίου.
εἰ δὲ θύρα ἡ αὐτὴ
ἰσχυρίσωμεν ἐπ' αὐτὴν τὴν σανίδα κεδρινήν.
ἐγὼ τεῖχος, καὶ οἱ μαστοί μου ὡς πύργοι.
Soror noſtra parua
Et ſine vberibus ipſa
Quid faciemus ſorori noſtrae
In die, qua dicetur de illa
Si murus illa
Aedificabimus ſuper eam arcem argenteam.
Et ſi oſtium illa
Fortificabimus eam tabula cedrina.
Ego murus & vbera mea vt turres.

Iam à principio praeſentis Annotationis, tertio & quarto loco Amoris, & primo mammarum, diximus, Vbera, ambo eſſe teſtamenta, quorum doctrina, velut lacte, fideles ſuos nutrit Eccleſia. Cùm autem Synagoga, ante Sponſi aduentum, Prophetas habuerit, & legum latores, & interpretes, qui Scripturam interpretando, explanabant res obſcuras: & poſt eius aduentum. Apoſtolos, qui accepto Spiritu ſancto, non ceſſabant & in templo, & per domos docere: neque ſolum Hieroſolymis, ſed omnibus regionibus Iudaeae & Samariae, nec non Graecis & Latinis, & barbaris gentibus: neque ſolùm priuatis locutionibus, & concionibus ad populum: ſed ſcriptis etiam, literarúmque monumentis, ſicut quae eorum extant epiſtolae declarant: non de Synagoga, Sponſi, eſſe ſermonem planum eſt, ſed de Eccleſia potiùs è gentibus conuerſa.

Haec enim initio, nutrimento ipſa indigens, doctrina videlicet & inſtructione fidei & ſacramentorum, & interpretationis ſcripturarum, ad arcanorum notionem: quarum rerum copiam abundè Apoſtoli ſuppeditarunt, cum ſermonibus concionibúſque, vt ex actis conſtat: tum ſcriptis, quae ad noſtram aetatem peruenerunt: quomodo ſua membra & partes ipſa per ſe nutricare & educare potuiſſet?

Quamobrem ſane bene Amor ad Synagogam populum electum, qui à mundi creatione omnia diuina myſteria nouerat,

Soror noſtra parua,
Et ſine vberibus ipſa.

Hoc eſt. Quoniam gentes, quibus etiam poenitentiam dedit Deus ad vitam.

vitam. Act. 11. ſcientiam non tenent colendi Deum: initia ſacra non callent: atque rerum occultarum, ac mirabilium, quae ad beatam vitam conſequendam, neceſſariae ſunt, cognitionem non habent: veſtrae partes erunt ô Apoſtoli id muneris ſuſcipere: vt à vobis ſic vtriuſque legis praeceptis & conſiliis inſtituantur, & imbuantur, vt ad earum conſuetudinem morémque deducantur, ſeſéque componant. Quod valde vehementer, ab Apoſtolis, Deo propitio, confectum peractúmque eſt. Cùm baptizantes omnes gentes non ſolùm erudierunt, quia & Dominum & Chriſtum fecit Deus Ieſum, quem Iudaei crucifixerunt. Act. 3. verùm etiam triadis myſterium patefecerunt: vſúmque ſeptenum ſacramentorum à Chriſto inſtitutorum, inſtruerunt: atque docuerunt ſeruare omnia, quaecunque in ſcripturis ſanctis praecepit Deus: vt per obſeruantiam mandatorum, homines filij Dei efficiantur. Et quod apprimè in Eccleſia vtile eſt, & è Republica Chriſtiana, ſcripturam interpretatione excuſſerunt. Hoc enim plurimùm conducit ad fidei propagationem, ſicut in Actis patet.

Nam, vt mittam Iſaiae interpretationem, quam Aethiopi Philippus interpretatus eſt: quamobrem Eunuchus baptizatus eſt. Act. 8. Vt mittam interpretationes Pauli & Barnabae ad gentes, quae audientes gauiſae ſunt, & crediderunt quot quot erant praeordinati ad vitam aeternam. Act. 14. aliáſque multas, quas texere longum eſſet. Cùm Princeps Apoſtolorum ſcripturae loca exponeret, circiter tria millia hominum Hieroſolymis, vna die baptizati ſunt. cap. 2. Et cùm idem explicaret ſcripturae loca, gentes primum receperunt verbum, & baptizati ſunt, cùm cecidiſſet Spiritus ſanctus ſuper eos, qui audiebant: ita vt obſtupeſcerent ex circunciſione fideles. capp. 10. & 11.

Sed licet initio haec Eccleſia vbera non haberet, vt adhuc per aetatem cruda puella marito: cùm tamen, alloquenda fuit, id eſt, deſponſanda Amori, eíque in matrimonium collocanda: grandis nubiliſque facta, matérque magna innumerabilium populorum, ad multiplicem foetum alendum, mammarum magnitudinem, à ſui amantiſſimo Sponſo accepit: ſicut modò videbimus. Nam cùm primùm ab Apoſtolis de fide audiuit: ſic ſe in eorum diſciplinam tradidit: ſic ab eis Sponſa ſtudiis, praeceptis, conſiliis & ſacramentis Amoris imbui, inſtituíque ſiuit: ſic ad nouae vitae inſtitutionem docilem ſe praebuit vt דלת *deleth*, id eſt, oſtium, vel ianua dici mereretur. Quemadmodum de Corinthiis & Troade Apoſtolus: cùm ad eos ſibi oſtium apertum ſcribit. 1. Cor 16. & 2. Cor. 2.

Ac praetereà haec eadem Eccleſia, ita conſtanter & perpetuò in fide Sponſi perſeuerauit: oppoſuítque ſe ad omnes impetus obtrectatorum aduerſariorum, hoſtiúmque, qui diuinam eius de Amore opinionem mente comprehenſam, conuellere: atque ipſam met Sponſam, & eandem Amoris ſororem, perturbare, labefactare & euertere

ſemper conati ſunt: vt חומה *chomah*, id eſt, murus, appellari, promerita ſit. Quoniam ſicut firmiſſimus murus, iaculorum, telorúmque iactus ſuſtineat, impetúſque arietum, caeteráſque machinas.

Quamobrem optimo iure, vt oſtium fortificatur tabula cedrina, ad ſignificationem aeternitatis, ob minimè obnoxiam corruptioni materiam: & vt murus, argenteis propugnaculis munitur, ad quam longiſſimè retorquendum inimicorum ictus, ſicut quàm procul eius metalli ſonus auditur.

Quorum alterum poſt conuerſionem Magni Conſtantini impletum eſt, cùm maximam copiam virorum Doctorum, Latinorum & Graecorum dedit Deus Eccleſiae: qui arces, muri, & mammae, fideles populos, veram ſolidámque rerum diuinarum ſapientiam docuerunt & erudierunt: falſáſque opiniones exploſerunt & confutarunt: atque magnis editis voluminibus, perennes lactis fontes ad alimenta credentium reliquerunt: ex quibus in dies Eccleſia, rerum plurimarum abſtruſas, & reconditas, in vtraque pagina, intelligentias haurit.

Alterum quidem certè manifeſtum eſt, quoniam haec Eccleſia, quae ſe oſtium exhibens, ianua & oſtium ſalutis effecta eſt, fores cedrinas habens: quae ab aetate Apoſtolorum, tot iam ſaecula militans manet, tempeſtatibus procelliſque agitata: non ſolùm tam diu fluctibus iactata durabit, quamdiu mundus terráque conſiſtet: ſed poſteà etiam triumphans in ſempiterna gloria erit.

Quare praeclarè ipſa met Sponſa ſorórque conuerſa, ſimul ac creuit, adoleuítque, firmáque & ſtabilis facta eſt: & ad lactandos foetus, partúſque ſuos: hoc eſt inſtituendos fideles educatione & doctrina Chriſtiana, apta & habilis, cecinit.

Ego murus, & vbera mea, vt turres.

Hoc eſt. Egó armata muro conſtantiae Amoris mei fidei: cuius propoſitum ſemper cuſtodiam, ſuſceptúmque conſilium ſeruabo perpetuò: ego tuta vtriuſque ſacrae paginae ſcriptis, foecundiſſimis vberibus meis, è quibus continuò lac iugis emanat: ego vallata antiquis moribus conſuetudinibúſque Eccleſiae Catholicae: ego munita traditionibus & inſtitutionibus ſanctorum Patrum: ego ſepta doctrinis & interpretationibus Diuorum Doctorum: ego ſtipata legibus & decretis Oecononomicorum Conciliorum: ego tecta iuſſis ſcitiſque ſummorum Pontificum: quae omnia mihi turres ſunt & propugnacula & ſpeculae: inuicta & inexpugnabilis ſum, aduerſus quaſcunque barbaricas gentes, cũctóſque haereticos, & contra omnium hoſtium Chriſtiani nominis, peditum cuneos, equitúmque turmas: acies copias exercitúſque manúſque: qui me incaſſum obſidere, & occupare conantur: qui me fruſtra vincere & expugnare contendunt.

Ecce igitur (quoniam ad extremum locum Cantici deuenimus, in quo de Mammis δραμαδιδασκαλὸς Regius Propheta agit) quod quoties,

quoties in Cantico huberum mentio fit:octies autem fieri ad plenum numerum,nec plus, nec minus,repertũ eſt: ſemper in textu Hebraeo proprio & genuino nomine שדים *ſciadaim*, hubera appellantur.Sicut ſupra initio huius Annotationis,& loco 2.dicebamus.

Quemadmodum etiam vbi vis in aliis ſacris Hebraeis libris huberum ſermo habetur: ſemper enim eodem nomine שד *ſciod*, non דד *dod*, nuncupantur:ſicut à me animaduerſum & notatum eſt.Nam quoniam aſſiduè ambo teſtamenta legere ſoleo:quoniam admodum ad ſalutem, immortalitatémque cõſequendam inſtruunt,ob plenitudinem diuinae ſapientiae: mirificéque delector ea volumina ſua lingua legere,in qua nata ſunt: alterum quidem Graeca, alterum autem Hebraea: eorum lectione ſatiari non queo. Quamobrem etiam nuper, cum Iſaiam legerem, duo eius loci ad manus peruenerunt, in quibus huberum meminit:quos operae pretium proponere duxi.

Eſt autem alter eorum locorum, Iſa.cap.60.16. Vbi Propheta de ſecundis rebus Eccleſiae agit, eiúſque proſperitate, poſt Meſſiam Sponſum è virgine natum.Póſtque vniuerſo hoc mundo partitè inter Apoſtolos diuiſo: & vndique omnibus hominibus, qui vbique ſunt, quacunque in ora, ac parte terrarum, Euangelio diſſeminato, omnigenum nationum & gentium prole parens facta eſt Eccleſia. Haec enim ſumma eſt eius capitis ſexageſimi:quod Latinè de Hebraeo expreſſum, ita incipit.

Surge lux mea

(cum Eccleſia Deus ſermonem habet)

Quoniam venit lux tua

(nam Meſſias natus eſt tibi)

In eo igitur capite de elatione Eccleſiae loquens Propheta, ſic inter caetera fatur.

וינקת חלב גוים

Veianacthe chaleb ghoim,

ושד מלכים תינקי׃

Veſciod melachim thinaci.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Et ſuges lac gentium

Regúmque mammam ſuges.

καὶ θηλάσεις γάλα τῶν ἐθνῶν,

καὶ μαστὸν φάγεσαι τῶν βασιλέων.

Non autem πλοῦτον, vt in Graecis codicibus. In quibus vertentes ad ſenſum reſpexiſſe videntur:quod non eſt officium vertentium de lingua in aliam, ſed eorum qui paraphreſes ſcribunt.

Et

Et intelligit Propheta per lac, opes externorum populorum, quibus Eccleſia parua ab initio, quaſi puer lactens, in gremio matris ſedens, mammam appetens, alta & educata eſt. Per hubera autem dona & munera, quae Reges & Imperatores Eccleſiae largiti ſunt: non ad vſum domeſticum tantum, ſed ad amplitudinem etiam & maieſtatem. Quibus quidem donis, illum in locum, atque in illam celſiſſimam ſedem dignitatis atque honoris Sponſa aſcendit, in qua nunc ſedet.

Alter autem locus eſt capite vltimo circa medium. Vbi poſtquam Deus contra perditos homines acriter inuectus, illis maledixit, debitúmque ſupplicium conſtituit. Tum ad bonos pióſque conuerſus, qui lugere, qui gemere Eccleſiae vexationem conſueuerunt: quique angi, quique cruciari aſſolét, cum fluctibus agitantur: propitium ſe illis futurum promittit, Sponſae Eccleſiae, gentium gloriam, pollicens ſe daturum. Ita vt non ſolùm boni, redundent omnibus bonis, poſſeſſionibúſque omnibus: ſed recentibus praeſentibúſque fructibus iucunditatis & ſolatij elati, infinitate laetitiae perfruantur, expleántque animum gaudio. Sic enim eo capite Propheta II.

Laetamini cum Hieruſalem, & exultate in ea omnes amatores eius, gaudete cum ea gaudio omnes lugentes ſuper eam.

למען תינקו ושבעתם משד תנחמיה

Lemanhan thincu vſeuanhthem miſciod thanchumeah.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Vt ſugatis & ſaturetis vos de vbere ſolatiorum eius..

ἵνα θηλάσητε, καὶ χορτάσθητε ἀπὸ μαστοῦ τῶν παραμυθιῶν αὐτῆς.

Hoc eſt. Vt labris & ore ex eius mammis lac hauriendo, ſatietis vos vbertate huberum grauidarum ſolatiis eius. Videntes innumeros populos, immanes & barbaras nationes, immanſuetas atque feras gentes ad Eccleſiam confluere, matrémque magnam agnoſcere: cámque omnes ſuo complexu recipere, retinere, fouere tegeréque & alere: inſtar nutricis, quae puerum quidem geſtans in ſinu lactat, manſáque omnia infanti in os inſerit.

LOCVS

LOCVS TRIGESIMVS NONVS.

VNDEQVADRAGESIMVS & vltimus locus Cantici, vbi Salomon, eodem nomine דוד *dod*, vſus eſt: exitus eſt & determinatio eiuſdem octauae partis, totiúſque dramatis. Vbi Salomon concluſionem Sponſae & perorationem collocans, poſt caeteras petitiones, quas eam ab Amore petere fecit: ad extremum ſummo bono frui, ipſo ſcilicet Deo, qui foelicitat & beatificat homines & angelos eam petentem inducit.

בדח דודי ודמה לך

Berach dodi vdmeh lecha.

לצבי או לעפר האילים

Litſui, o lenhofer haaialim.

על הרי בשמים

Nhal harre beſamim.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Fuge Amor meus, & par eſto tu
Capreae ſiue catulo Ceruorum
Super montes aromatum.

φύγε ὦ ἔρως μου, καὶ εἴκελος ἔσω σὺ
τῇ δορκάδι, ἤτοι τῷ πολῷ τῶν ἐλάφων
ὑπὲρ τὰ ὄρη τῶν ἀρωμάτων.

Cum enim Sponſam monuiſſet Amor, ſocios obſeruare, comites aduertere: & quicquid narretur, agatur & petatur, per foederatos notando attendere. Hoc enim ſibi vult.

חברים מקשיבים

Chauarim macſciabim.
Socij auſcultant.

οἱ ἑταῖροι ἀκροῶνται.

Hoc eſt. Angeli, qui ſemper vident faciem patris mei. Matth. 18. qui iugiter illi aſſiſtunt & miniſtrant: qui continenter eius mandata effi-

ciunt, recipiunt & exhauriunt: quique ad omnia tua officia, ſtudia operáſque praeſto ſunt:atque aſſiduè dies noctéſque,toto miſerrimo tempore tuae vmbratilis vitae,omnium itinerum, nauigationum, laborum. periculorúmque omnium, comites ſunt & ſocij: téque ſiue dormias,ſiue vigiles,ſiue cubes,ſiue excubes eiuſdem patris mei, ſcirum exequentes cuſtodiunt. Pſal. 90. aures profectò ad tuas voces admouent, & ad eum referunt. Apoc.8.

Neque ſolùm Angeli hoc munus exequuntur, verùm enimuero Sancti etiam, qui tibi proximi cognati affinéſque ſunt: qui tecum amicitia & foedere ſunt coniuncti,tecúmque ſimul aliquando horridam vitam aridámque vixerunt:nunc autem ſecretis malis omnibus, & cumulata bonorum indeficientium complexione, beati in coelo, aeuo ſempiterno fruuntur. Omnes enim vnanimes tuas preces auſcultant:omnes pro te intercedunt:ac pro te rogando, tuam ſalutem impetrant. Quamobrem quaeſo.

השמיעני קלך

Haſminheni colech.

Vocem tuam fac me audire.

τὴν φωνήν σου ποίει με ἀκουίζειν.

Hoc eſt. Inuoca me, qui tuus apud patrem aduocatus,eum tibi mea morte placatum, propitium reddidi.1.Ioan.2. Inuoca me qui ſum in patre,& in quo eſt pater.Ioan.14. Et ego rogabo patrem pro te. Ioan. 16. Nec ſolum pro te rogabo Sponſa mihi chara atque iucunda: ſed & pro eis,qui credituri ſunt, per verbum tuũ in me:vt omnes vnum ſitis,ſicut ego & pater vnum ſumus:& vt pater vos ſanctificet in veritate, ſicut pro vobis,ego ſanctificaui me ipſum,vt & ipſi in veritate ſanctificati, vbi ego ſum, mecum ſitis, & videatis claritatem meam. Ioan.17.

Quod quidem certè Eccleſia diligenter curat, eiuſdem miſericordiam implorando inter patrem & paracletum: cum in omnibus precibus ſupplicationibus,litaniiſque:tum in ſanctiſſimo ſacrificio altaris. In quo equidem,non herbae floréſque,vel arbores ſacrificantur: non homines mactantur,vel ſues,maioréſve hoſtiae: ſed ipſe Amor, agnus immaculatus immolatur, qui eſus integer perſeuerat & viuus.

Haec igitur cum Sponſa ab Amore accepiſſet,magno eum opere, eius voce delectari:vt ei morem gerat, à quo cuncta ſua bona expectat,ſibíque cõſulat:fugere eum rogat,vt ſua fuga eam ſaluam faciat.

Fuge Amor meus ab hoc inferiori mũdo,in quo nihil eſt,niſi mortale & caducum: in quo ficta omnia celeriter tanquam floſculi decidunt: in quo omnia compoſita ex materia & forma, quàm citiſſimè obeunt, nimiúmque feſtinanter intereunt:& in quo tandem omnia

continen

continenter occidunt, labuntur & fluunt,nec diutius ſunt vno & eodem ſtatu. Fuge ex hac tenebricoſa terra,in quam ſordes omnes malè olentes, peſtiferorum hominum peccata, indignum quod narretur, in dies noctéſque confluunt. Fuge qui mandaſti Apoſtolis tuis, vt cum eos perſequerētur homines in ciuitate vna,fugerent in aliam. Matth.10. Fuge,inquam,vt non ſolùm tuo iure & iuſſu:verùm etiam tuo exemplo,ad ſimilem factum,eoſdem tuos Apoſtolos,caeteróſque qui in te crediturì ſunt,excites. Quemadmodum illa ſolemni die feciſti:cum poſt magnificam & lautam coenam,in qua corpus tuum in cibum & ſanguinem in potum tradidiſti,& in tui memoriam faciendum expreſſiſti: poſtquam pedes diſcipulorū lauaſti magiſter & Dominus:idem eos facere debere tuo exemplo ſanxiſti. Fuge, inquam, Amor meus, téque ad montes recipe,& ad vertices montium:Olympum videlicet,vbi omnia diuinitatem redolent:vbi mirificae ſuauitates odorum ſentiuntur:& vbi aſcendit fumus ſuffimentorum de Sanctorum orationibus. Apoc.8. Ibi enim ciuitas eſt, coeleſtis Hieruſalem,in qua ſumma tranquillitas,ſummáque pax eſt,nihil habens inſidiarum:ad quam tibi,ab hac terrena fugiendum eſt:in qua tui te perſecuti ſunt, & in qua peccatores te perſequi non ceſſant, neque vnquam ceſſabūt. Quippe ego etiam (namque fatebor enim) tua Sponſa doleo,quia tu doles & angeris: & tot mearum miſeriarum,calamitatum,aerumnarúmque iamdudum pertaeſa,quae vndique totos dies noctéſque me cingunt: his corporeis vinculis relaxari, téque ſequi, tecúmque illam aliam vitam malorum expertem,quae ſemel adepta, eripi non poteſt,ducere aueo & concupiſco. Sed impedior ob clauſum adhuc coelum,cuius fores,hominibus mortali conditione generatis,tu ſolus aperire dignus es. Quamobrem quoniā iam hunc curſum,humanae vitae confeciſti,opúſque tibi à Deo demandatum conſumaſti:vt terram luſtrares, gentes doceres, ſacramenta ordinares:vt ea conſtitueres,quae Eccleſia ſequeretur:vt opera faceres, quae nemo alius fecit. Ioan.15. atque pro mundi redemptione tam multa patereris,mortémque obires. Age nunc, qui ſolus es inter mortuos liber. Pſal.88. extrahe,qui iam tot ſecula te praeſtolantur, patres de limbo: coelúmque ſcandens,aperi,eóſque tuos,tecum in coelum educ. Vt ſicut in tua natiuitatē,cum ratione, gauiſi ſunt:ſic tecum effuſè ſine fine laetentur. Ac tum poſtea, etiam me tuam Sponſam, de terreno èductam ergaſtulo, in quo malorum non eſt modus,neque fines:non ſine omnium beatorum ſpirituum voluptate, ſublime extollens, aeterna triumphali laude decorabis. Sic enim Ceruo ſimilis eris, & Capreae, quorum vterque veloces, cum à venatoribus ſectantur, montium quidem ardua cacumina petunt:catulóſque cientes ſecum trahunt,ad inacceſſa praerupta,vt vna ſecum ſaluos praeſtent.

TVCCII TVCCII
PATRITII LVCENSIS
I. V. C. AC PROTONOT. APOST.

ANNOTATIONES

Super

CANTICO CANTICORVM SALOMONIS.

Ad Sanctiſs. D. N. Paulum V. Dei Vicarium.

Annotatio VINEA.

ARGVMENTVM.

Loci duo Cantici Canticorum, alter primae part.6. alter 8.par.12. proponuntur: vbi hactenus in Graecis Latiniſque codicibus, non integri verſus repraeſentantur, quemadmodum in prototypis Hebraeis leguntur. Appoſitiſque ambobus locis, ſuis repetitionibus, ſicut in carmine habentur Hebraeo: de vna duntaxat Chriſti Domini noſtri Sponſi, cum Sponſa Eccleſia, communi Vinea, agitur, atque de eiuſdem Vineae fructibus.

ANNO

ANNOTATIO QVARTA.

QVAE res dignae animaduerſione duae ſemper viſae ſunt iis, qui aliorum luculentè ſcripta, de lingua, in qua nata erant, in aliam conuerterunt: ſatis quidem à nobis (vt arbitror) Deo propitio, in noſtris Graecis Latiníſque priſcarum ſacrarum ſcriptionum verſionibus curatae ſunt. Nam in eo primum vigilarunt curae & cogitationes meae, vt in omnibus locis, ſic verterem de lingua in alias, vt exponerem id, quod poſitum erat, aliis aliarum linguarum vocabulis, quae idem valerent: vt rebus non mutatis, linguam immutarem. Ac ſimul etiam ſtudioſiſſimè & diligentiſſimè operam dedi: vt ſic vbique Graecè & Latinè, de Hebraeis Chaldaeíſque verterem, vt tota oratio integra, non manca quodammodo atque imperfecta repraeſentaretur. Quemadmodum oppido in Cantico Salomonis fecimus, in quo, tum vertendo Latinis Graecíſque verbis vſitatis, & propriè demonſtrantibus ea, quae Hebraea locutio ſignificat, magnopere elaboraui: tum ne quid, in noſtris verſionibus, eorum, quae in textu Hebraeo habentur, deeſſet, accuratè aduerti. Ac tum praeterea interpretando explanandóque res obſcuras, quae ſub eius cortice verborum latent, ſecundum donum, nobis à Deo datum, niſus ſum. Quare eo loco primae partis Cantici, vbi cum choro Sponſa conqueritur, de aſperis duríſque temporibus: quibus miſerias, aerumnas, contumelias, iniqua iudicia, vim denique & oppreſſionem, mortémque ſuorum paſſa eſt: quamobrem tum propter luctum & moerorem, ac propter triſtitiam ſpiritus: vnde exſiccantur oſſa, vultúſque palleſcit: tum propter habitationem multorum annorum in agris, vnde fuſcantur corpora campo: fuſca facta. Hoc eſt enim.

Decolorauit me Sol. par.1.6.

Dolens Sponſa, quod à mundo ſeducta, mundanis negotiis ſe immiſcuerit. Hoc eſt enim.

Filij matris meae pugnauerunt contra me.

Poſuerunt me cuſtodem Vinearum.

Poſt haec igitur. Ibi.

Vineam meam non cuſtodiui.

Vbi reatum Sponſa agnoſcens, ore peccaſſe fatetur: quod ad indulgentiam conſequendam, neceſſarium erat: repetitionem iſtorum verborum. *Quae mea* quorum in textu Hebraeo, repetitio eſt: quam hactenus vertentes omiſerunt: in noſtris tribus verſionibus poſuimus, vt cum Hebraeo Codice protinus compares eſſent. Sic etenim in textu Hebraeo.

כרמי שלי לא נטרתי׃

Charmi ſceli lo natarthi.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Vineam meam, quae mea, non cuſtodiui.

ἀμπελῶνα μȣ, ὁ ἐμȣ̃ οὐκ ἐφύλαξα.

Sponſae verſus eſt, è gentibus conuerſae: peccatum ſcilicet moerentis, ob vineae gentilitatis culturam, ex ſacrificiis nimirum gentilitiis ab idolatris contractum. Cum populi gentiles,qui vnum Deum adorare debebant, eique ſoli hoſtias immolare, ſolemniáque & ſtatuta ſacrificia facere,atque ad eum corda contrita erigere: ſecundum traditiones Patriarcharum & Propheterarum, legem Moyſes, doctrinámque Euangelicã:à veri & vnius Dei omnipotentis,eiuſdémque rectoris & Domini,creatoríſque coeli & terrae,deſciſcentes latria,creaturas adorauerunt. Alij quidem homines, alij ſydera, alij terrenas beſtias,alij aquatiles, alij oſcines & alites, alij nocturnos lemures, alij futiles Deós vanóſque ſimulachráque ex auro & argento, & alia materia,artis & humani commenti ſigna:ipſúmque diabolum varietate idolatriae, coluerunt. Dum quilibet populus Deum ſuum diuerſum ab aliis colebat, contra praecepta legis.

Non habebis Deos alienos.

Exod. 20.24. Deuter. 5.28. Ioſ. 24. Pſal. 81.10.

Non facies tibi ſculptile, neque omnem ſimilitudinem, eorum quae in coelo terráque & aquis.

Non facies Deos argenteos, neque aureos.

Non adorabis, neque coles ea.

In quo verſu.

Vineam meam, quae mea, non cuſtodiui.

Dum ſanè Sponſa ſuum peccatum accuſat,quis non intelligit, quod dum repetit.

Vineam meam, quae mea, non cuſtodiui.

Vehementer eſſe ſolicitam,& in commuui errato,praecipuo quodam dolore, ſe angi oſtendit? Tamquã ſic flens lamentaretur.En quomodo quaeſo virgines lapſa ſum?quae cultrix Vineae conſtituta,eius cultionem non colui? quae officium, quod facere debui praetermiſi? quae munus penſúmque mihi aſſignatum,non praeſtiti? ſed ab vnius Dei viui religione declinaui? Quae profectò confeſſio, lamentatióque errati, ad quemlibet etiam naufragum accommodari poteſt:cum poſt baptiſmum, in hoc immenſo mari, vndique occaſione peccandi agitato,naui fracta,ſecundam tabulam arripit.

Altera eadem relatiui & pronominis repetitio eſt parte Octaua Cantici : quam ſimiliter vulgata Larina editio miſſam facit. Vbi de eadem met Vinea, cuius cultionem, ſupra prima parte Sponſa non coluiſſe dolebat, δραματικῶς ἀπαλὸς Propheta agens, ſic Sponſam canentem inducit.

כרם היה לשלמה בבעל המון
Cherem haiah liſclomoh bebanhal hamon
נתן את הכרם לנטרים
Nadan eth haccherem lannoterim
איש יבא בפריו אלף כסף
Iſc iauo bepirio elef chaſef.
כרמי שלי לפני
Charmi ſceli leſanai
האלף לך שלמה
haelef lecha ſcelomoh
ומאתים לנטרים את פריו
Vmathim lannoterim eth pirio.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Vinea fuit pacifico, in valle multitudinis,
Dedit vineam cuſtodibus:
Vir affert de fructu eius mille argenteos,
Vinea mea, quae mea, coram me
Mille tibi pacifico.
Et ducentos cuſtodientibus fructum eius.

ἀμπελὼν ἐγενήθη τῷ εἰρηνικῷ ἐν τῇ κοιλάδι τοῦ πλήθεος,
ἔδωκεν τὸν ἀμπελῶνα τοῖς φύλαξι:
ἀνὴρ προσφέρει ἐκ καρποῦ αὐτοῦ, τὰ χίλια τὰ ἀργύρεα.
ἀμπελὼν μου, ἡ ἐμοῦ ἐναντίον μου,
τὰ χίλια σοὶ εἰρηνικῷ,
καὶ διακόσια τοῖς φύλαξι τὸν καρπὸν αὐτοῦ.

Vbi quamuis duae eſſe Vineae videantur, diſtinctae perſonis, interpunctae ſermonibus, vna tamen duntaxat Vinea Domini exercituum eſt : & eadem cum ea, de qua Sponſa canebat parte prima, atque eadem etiam, de qua apud Iſa. cap. 5. & de qua vbi vbi in ſacra pagina Vineae mentio facta eſt. Nam ſicut vna eſt arca Noë, vna nauis Petri, vna ſpes vocationis, vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma, vnus Deus

Deus & pater omnium,& vna Sancta Eccleſia Catholica, extra quam non eſt ſalus: ita etiam vna eſt Vinea, Vinea Dei, cuius vitium ligna ſciſſa nihil quicquam valerit,niſi ad comburendum. Cùm caeterarum arborum confeſſio,magnos vſus afferat ad nauigia facienda,milléque alios vſus vitae neceſſarios. Ezech.15. Et haec Vinea, Sponſi Vinea profectò eſt. Ipſe etenim Sponſus eſt filius patris familias, qui eam plantauit. Et ſi filius, ergo haeres. Et ſi haeres,ergo Dominus Vineae. Praeter quam quod etiam alia ratione, eſt Sponſus Dominus Vineae: quoniam videlicet ſimul cum patre & paracleto filius eam plantauit. Namque opera eorum ab extra ſunt indiuiſa.Sed & haec Vinea,Sponſae etiam profectò Vinea eſt:quoniam regni ſocia eſt,Sponſique coniux. Ac propterea vtérque Sponſus ſcilicet, & Sponſa,Vineam ſuam appellat,vt hac 8.par.Sponſus.

Vinea fuit Pacifico in valle multitudinis.

Et vt prima parte Sponſa.

Vineam meam,quae mea,non cuſtodiui.

De hac igitur Vinea,quam,iam inde à rerum primordiis, vniuerſis mundi accolis Deus Dominus ad culturam tradidit: quámque antequam ſua ſponte naſceretur Sponſus,ſola domus Iſrael ſtudioſè colebat: caeteris omnibus orbis terrarum indigenis, eius culturam deſerentibus. De hac igitur (inquam) ſua Vinea in tertia perſona, de ſe Sponſus canit.

Vinea fuit לשלמה *liſclomoh.* Id eſt, *pacifico.*

Hoc eſt. Ego Meſſias cognomento pacificus: quoniam cùm bellum eſſet inter Deum & hominem, ego obediens patri vſque ad mortem. Philip.2. patri cumulatè ſatisfeci,pro peccatis mundi: pacémque feci εἷς μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων. Vnus medius interiectus inter Deum & hominem 1.Timoth.2. Sicut de me Iſaias verbis iteratis prophetauerat. cap.27.

שלום יעשה לי

Scàlom ianhaſeh li,

יעשה שלום לי

Ianhaſeh ſcialom li.

Pacem faciet mihi,

Faciet pacem mihi.

εἰρήνην ποιήσει μοι

ποιήσει εἰρήνην ἐμοί.

Ac quemadmodum in mea natali nocte Deum Angeli laudauerunt. Luc.2.

δόξα

δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη ἀνθρώποις εὐδοκία.
Gloria in altiſsimis Deo, & in terra pax, hominibus bonae voluntatis.

Ego igitur Pacificus, Vineam quondam habui.

בבעל המן

Bebanhal hamon.

Videlicet, *in valle multitudinis.* Id eſt, in mundo, qui dicitur vallis. Sicut Pſalm. 84. cuius, De torcularibus inſcriptio. In quo de ſuppliciis, cruciatibus, torturis, tormentíſque regius Propheta agens: quibus in hoc mundo beati premuntur, inſtar vuarum & oliuarum, in torculari: mundum vocat.

נמק הבכא

Nemec habbacha.

Id eſt, ac ſi Latinè dixeris.

Vallem fletus. Vel. *Conuallem ploratus.*

Siue vt Codices Graecorum habent & Latinorum, ver. 6.

Vallem lachrymarum.

Κοιλάδα τοῦ κλαυθμῶνος.

Conuallis enim mundus eſt, hinc atque hinc conuexis Coeli vallatus.

Et conuallis fletus, ob angorum & amaritudinum redundantiam, nocturnos diurnóſque metus: quibus ab ortu, ad occaſum vitae, infoelicior homo caeteris animantibus, vexatur. Quippe qui à nouerca potiùs natura, quàm matre, editus in has tenebras, potius quàm lucem, corpore & nudo & fragili & infirmo: animo autem anxio ad moleſtias, humili ad timorem, molli ad labores, pronóque ad omne genus peccati: adeò miſer atque miſerandus eſt, quod foenum etiam & cinerem eſt pro eſca, atque cyathis fletũ miſcet. Pſ. 102. 10. Dan. 4. 30.

Quippe qui ad vitam immortalem conſequendam, quae bonis piiſque poſt hanc mortalem promittitur: ita ſemper viuere cogitur, tanquam ſemper moriturus: ob memoriam enimuerò earum rerum, quae nouiſſima hominis ſunt. Eccl. 7. 40. Cùm caeterae animantes, quarum aliae coriis tectae, aliae villis veſtitae, aliae ſpinis hirſutae naſcuntur: ita ſemper viuant, tanquam ſemper victurae. Vnde & infantes pueri, quam mox enixi in has miſerias, fandi impotentes, eiulant magnitudine dolorum. Quemadmodum & ipſe Sponſus expertus eſt: qui Deus homo factus, nec Deus eſſe deſinens, ridere viſus eſt nunquam, ſaepè autem flere. Ob miſerrimas enimuerò miſerias humanas, quibus iugiter, verus homo affligebatur, vt nõ perenniter homo miſer eſſet. Quare Propheta Pſal. 88. de paſſione Chriſti agens, nec non

& Sanctorum, ad quos, & eius gloriae, cohaereditas, & factorum imitatio pertinet: eundem Meſſiam in ſua perſona, & ſuorum membrorum, vſque à prima ſua aetatula perpeſſum, canentem inducit.

עני אני וגוע מנער

Nhani ani veghoueanh minnonhar,

נשאתי אמיך אפונה

Naſathi emecha efunah.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Anxius ego & moriens à puero,
Suſtinui populos tuos rotans.

θλιβόμενος ἐγὼ καὶ ἐκπνεύων ἐκ νεότητος,
ἤνεγκα τοὺς λαοὺς σου τροχήλατος.

Facit autem loqui Meſſiam humano more. Nam quoniam viuere homines appetunt, mortémque fugiunt, quae eſt diſſolutio naturae: tunc grauiùs vehementiúſque, quàm vnquam anteà anguntur, immò potiùs angi ſe putant, cùm mortem obeunt. Quaſi verò mors malum ſit, & non potiùs è carcere euolatio. Sicut non ſolùm Sancti viri amici Dei iudicauerunt: vt D. Martinus & plerique alij: ſed & inter gentes docti & eruditi literis conſignarunt. Vt Orator in Somnio Scipionis, & alij. Inquit igitur Meſſias. Enimuerò pater aeterne, dum vſque ab ineunte aetate, huc & illuc rotans, fero populos tuos, gentem inſipientem, populum non credentem & contradicentem mihi: ſic inſigniter patior, ſic graues dolores tolero, magníſque corporis cruciatibus, animaéque vitam ago, cùm compatiens anima corpori repletur malis: quemadmodum qui è vita diſcedit. Vel ſic.

Enimuerò pater aeterne, dum mea Sponſa Eccleſia, quam ego antequam fieret, ab aeterno tempore, vita mea cariorem habui: quámquam tu mihi deſpondiſti, à teneris eius vnguiculis, ab Abel iuſto, per Abraham, Iſaac, Iacob, & Moyſem, alióſque Duces: varias oras, partéſque terrarum circuens, portat populos tuos incredulos, leues, & inconſtantes: eiuſmodi ſane poenas ſuffert, cuiuſmodi qui letho intereunt.

Sic ergo quemadmodum Pſalmographus mundum nuncupat vallem lachrymarum: quoniam inſitae illi, vel potius innatae perpetuae aerumnae ſunt: ſic & Propheta Salomon, nomine quidem diſpari, at ſynonimo tamen, mundum appellat, vallem multitudinis: ob frequentiam, crebritatem, conuentúmque populorum, qui vniuerſum mundum incolunt.

Niſi fortè mauis lector vertere.

בעל המון

Banhal

Banhal hamon.

Vallem tumultus.

Vel, *ſtrepitus.* Vel, *ſonitus.*

Quae cum multitudine & mundo conuenientiam habent, & ὁμολογίαν (vt Stoici appellabant) & quae המון *hamon* ſignificat. Quid enim aliud profectò mundus eſt, niſi ſtrepitus & ſonitus? ipſa ſic ferente natura, vt extrema ex altera parte grauiter, ex altera acutè ſonent?

Terra namque ima ſede haerens, ſempérque immobilis manens: ſaepe etiam mugitum edit, & ſtrepitum: ſaepéque maximis atque horribilibus motibus conquaſſata, contremiſcens, ſonitum reddit.

Aqua autem imperioſa, per quam fontes fundunt flumina fluunt, circuúntque maria terram: & murmure ſtrepit, vndíſque, atque fluctibus fremit.

Ipſe verò aër, qui ſpiritu ductus, alit & ſuſtentat animantes: dum oriens ex reſpiratione aquarum, atque tum fuſus & extenuatus ſublime fertur: tum autem concretus in nubes cogitur, ſonum fundit.

Sic & ignis etiam, qui omnibus rebus vitalem calorem impertit: dum ſurſum in coeleſtem locum, propriam ſpheram ſubuolans cietur, & agitur, perſtrepit motu ſuo.

Sed quid plura? Coelum ipſum, quod extremum atque vltimum mundi eſt: impulſu & motu ſuorum orbium, ſonum efficit.

Omnéſque beſtiae ferae & cicures, volucres & piſces, & omnia animalia, quae in mari coelo & terra naſcuntur: quibus datum eſt, vt ſe, vitam, corpus, partúſque tueantur: omnes pro incolumitate, libertate, victu, & foetu tumultuantur.

Quod ſi omnia omnium generum animantia, pennigera, aërea, aquatilia, & terreſtria, quibus ſenſus tantùm dati ſunt, vt ſenſa ſentiant, ipſa tumultuantur.

Quod ſi coelum, & quae abſque anima ſunt elementa, è quibus concreta ſunt corpora, ſonitum edunt, ſtrepúntque.

Quanto magis homines perſtrepere, tumultuari, & ſonitum edere credendum eſt: quibus animus compos rationis, omnium rerū, quae ſub intelligentiam cadunt, & particeps datus eſt? Itaque nimirum hoc illud eſt, quod bella, duella, certamina, praelia, pugnae, dimicationes: tribunalia, ſubſellia, fora, praetoria, faſces, magiſtratus, ipſáque iudicia, omnis exercitus, forenſiſque acies: omnis congreſſus, conuictus, ſocietas, omníſque denique humana actio tumultus ſunt & ſonitus.

Verum non ſolùm eius generis ſunt tumultus in mundo, quales commemorauimus: ſed alterius etiam generis, laudabiles tumultus ſunt. Quales eorum ſunt, qui coloni vineae Sponſi ſunt, & aratores. Qui de Sponſi coeleſtibus factis, diuiníſque dictis, & honoratè, & ho-

 norificè,

norificè,& grauiter praedicant:vt gentium animos ad eiùs cultum, à vitae prauitate conuertant. De quibus Regius Propheta Pſal.59. In quo liberari ſe petens Propheta à Deo, de manibus Saul: qui domo incluſum,militibus circumſederat, ſepſerátque, vt eum interficeret. Samuel.19. Immo potius(vt ex lectione patet ſecundae & tertiae partis Pſalmi) myſticè Meſſiam, in ſepulchro conſtitutum, orantem patrem,inducens:vt ſe eriperet de inimicis Iudaeis, qui tumulum militibus munierant,vt eius nomen extinguerent. Poſtquam enim pro ſe Meſſias patrem obſecrauit,immo potius pro ſua Vinea:vt eam pater eximeret ex hoſtibus,ex irruentibus,éxque malè agentibus,ſuáque miſericordia Vinitoribus obuiam occurreret: ad Iudaeorũ, tum quidem,& externorum populorum,qui & ipſi fructum ſuae paſſionis demetere,& percipere debent,ſermonem conuertens canit.

יָשׁוּבוּ לָעֶרֶב

Iaſciubu lenhereb.

יֶהֱמוּ כַכָּלֶב

Iehemu chaccheleb.

וִיסוֹבְבוּ עִיר׃

Viſouebu nhir.

Id eſt,quemadmodum nos vertimus.

Conuertentur ad veſperam,
Tumultuabuntur vt canis,
Et circuibunt ciuitatem.

Prophetia eſt gentium & nationum, quae circa finem mundi, relictis idolis,fidem Sponſi ſuſcipient. Ac tum verò maxime Iudaici populi, qui ſuo errore agnito, in quo perfidi verſantur, Meſſiam praeſtolantes:tum quidem credent in Dominum noſtrum Ieſum, verum Chriſtum,filium Dei:qui ab eorum patribus & maioribus, iam plus mille ſexcentis annis, vt vitam noſtram ſua morte redimeret, in crucem (quemadmodum ipſe voluit) actus eſt. De illis, enim Iſrael reliquiis praedictum erat.

ἐπιστρέψουσιν εἰς ἑσπέραν
θορυβήσουσι ὡς κύων
καὶ τὴν πόλιν κυκλώσουσι.

Conuertentur ad veſperam,
Tumultuabuntur vt canis,
Et circuibunt ciuitatem.

Quando

Quandoquidem adeo vehementer fidem profitebuntur, adeóque ardenter ſuſtinebunt,acriter pro ea ſe morti offerentes : quod quaſi canes,quorum eſt fida cuſtodia,amans dominorum adulatio , odium in externos, incredibilis odora vis,atque alacritas in venando:deſiderio ſuae met gentis, Iudaeos,toto orbe terrarum,diſperſos, aliáſque barbaras nationes ad fidem conuertendi:ciuitates & regiones circuibũt, clamando,obſecrando,increpãdo,arguendo, adulando, latrandóque, atque etiam mordendo nolentes credere Ieſum eſſe filium Dei , & Chriſtum in ſcripturis promiſſum,eúmque Deum colere.

Tametſi & de noſtris praedicatoribus prophetiam intelligi debere piè credimus : qui in communibus ſuggeſtis populum docent, & explicant quid faciendum fugiendúmque ſit. Ij enim ſunt canes , qui lingendo vulnera ſanant : de quibus Pſal.68.de elatione Eccleſiae & bonorum,& expugnatione inimicorum eius , agens Propheta , canit poſt medium.

לשון כלביך

Leſcion caluecha.

מאיבים מנהו׃

Meoieuim minnehu.

Id eſt , quemadmodum probè in Graecis Latiniſque exemplaribus redditus eſt locus:neque nos immutauimus, cũ Pſalmos verteremus.

Lingua canum tuorum
Ex inimicis ab ipſo.

ἡ γλῶσσα τῶν κυνῶν σȣ
ἐκ τῶν ἐχθρῶν παρ' τȣ αὐτȣ.

Quoniam cum gentiles eſſemus,ex infidelibus fideles facti, pura gratia Dei:ex nobis ipſis praedicatores proficiſcuntur,manántque latius. Ac dum ſuo oratorio munere funguntur partim placidè ſedatéque admonent : partim iraſcentes & ſtomachantes cum peccatoribus, non loquuntur , ſed more canum , cum impetum faciunt , tumultuantur.

Sed magis equidem apte congruentérque de Iudaeis Pſal.59. intelligendus videtur:ob conſenſum concentúmque loci, qui eſt apud Mich. cap.2. Vbi cum pleraque ſcelera domui Iſrael Propheta exprobraſſet , quae in Samaria & Hieruſalem populus patrauit Iacob: adieciſſétque poenas, quibus ob ea ſcelera plectendus erat:poſt ſeueritatem tunc quidem , quam res ipſa flagitabat, ad lenitatem orationem conuertens : quomodo tandem ea natio circa finem mundi, fidem amplectetur,in haec verba praeſagit.

אסף אאסף יעקב כלך

Aſof eeſof ianhacob cullach.

קבץ אקבץ שארית ישראל יחד

Cabbets acabbets ſceherith Iſrael iachad.

אשימנו כצאן בצרה

Aſimenu chetſon betſerah.

כעדר בתוך הדברו

Chenheder bethoch haddabero.

תהימנה מאדם:

Thehimennah meadam.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Congregans congregabo Iacob te totum,
Cogens cogam reliquias Iſrael ſimul.
Ponam illum ſicut ouem in anguſto (loco)
Quaſi gregem in medio caulae ſuae.
Tumultuabuntur propter hominem.

ἀγείρων ἀγερῶ σε ἰακὼβ σὺν πᾶσιν,
ξυνάγων συνάξω τοὺς καταλοίπους ὁμοῦ τοῦ ἰσραὴλ
θήσομαι τὸν αὐτὸν ὥσει οἶν ἐν (τοπῷ) στενῷ,
ὥσει ποιμνίον ἐν μέσῳ τῆς ἐπαύλης αὐτοῦ.
θορυβήσουσι διὰ τὸν ἄνθρωπον.

Ineſt autem in duobus prioribus verſibus *ταυτολογία*. Congregans congregabo, cogens cogam: & ſermo dirigitur ad populum Iſrael, de quo in ſecunda perſona eſt ſermo. Cum in aliis verſibus ad tertiam perſonam ſermo dirigatur: ad morem ſacrarum literarum, in quibus fit tranſitus, de vna perſona ad aliam, etiam aliquando in eodem verſu.

Atque haec eſt ſententia. Quemadmodum propè iam occidente Sole, & veniente heſpero, paſtor cogit pecus, & in ouili intus includit: ſic ego (Deus fatur) vergente mundi veſpere, reliquias domus Iacob, ſuperſtites filios Iſrael, regno expulſos, domo eiectos, patria ſpoliatos, totóque orbe terrarum extorres, & diſſipatos, in vnum congregabo. Contraháınque in exiguum & anguſtum locum: ſicut opilio de ſaltibus, & camporum patentibus aequoribus, oues aſtringit in ſtabulo. Atque ibi in tanto conuentu, & frequentia tumultuabuntur: ob multitudinem nimirum numerúmque hominum.

Quod

Quod ſanè quidem de electis accipere debemus: de quibus Propheta intelligit, ſub verbis. Te totum Iacob. Et, Reliquias Iſrael. Cum enim ſaepe & diutius Iudaeorum natio ſeruitutem perpeſſa fuerit: ſicut cum Rex magnus Aſſyriorum Salmanaſar decem tribus captiuas duxit, anno ſexto regni Ezechiae. 4. Reg. 18. ac poſt eum Nabuchodonoſor duas reliquas tribus, anno vndecimo regni Sedechiae 4. Reg. 25. quarum decem priores, nunquam ab hoſtibus redierunt. Et ſicut cum Veſpaſianus anno Dom. 69. in Hieroſolymae expugnatione, ſupra triginta millia vendidit: praeter eos, quos Neroni tranſmiſit, & eos, quos Agrippae donauit. Ioſ. de bel. Iud. Quamobrem per diuerſas gentium oras, latè & variè diffuſi ſunt. Nequaquam certò ſcit Eccleſia, an omnis proles illa futurorum hominum quae ad finem mundi ſub variis coeli plagis repecietur, creditura ſit. Sed vnum hac de re certi ſcit: quod ante finem mundi, ante eius cònſtitutionem electi, omnes vnam, eandémque religionem Meſſiae ſuſcipient. Namque omnes electi ſunt totum Iacob, qui inſtar gregis in ſuo cubili, intra vnam Eccleſiam cogendus eſt. Sicuti Propheta lóquitur.

בתוך הדברו

Bethoch haddabero.

In medio caulae ſuae.

Singulariter, quemadmodum in meo Codice Antuerpiae impreſſo, habetur, & in omnibus codicibus, qui ad noſtras manus peruenerũt. Et quemadmodum LXXII. Interpretes legiſſe manifeſtum eſt, ex eorum tranſlatione, quae habet.

ἐν μέσῳ κοίτης τῶν αὐτῶν. Id eſt:

In medio cubilis ipſorum.

Non autem, pluraliter, quemadmodum Latina vulgata editio habet.

In medio caularum.

Deeſt enim litera י *iod*, in text. Hebr. Et vna tantùm eſt Eccleſia (vt initio huius Annotationis dicebamus) quam Propheta vocat הדברו *Haddabero*. Videlicet. Caulam ſuam. Id eſt, gregis. Pro quo LXXII. verterunt *αὐτῶν*, ipſorum pluris numero, ad gregem reſpicientes, qui ex pluribus capitibus cõſtat. l. oues. ff. de abig. & §. ſed ſi gregis. Inſtit. de rer. diuiſ. הדברו *Haddabero* autem, caulam Eccleſiam, bene & conuenienter Spiritus ſanctus vocat, per os Prophetae, nomine, à verbo דבר *dibber* deducto, quod ſignificat *loqui*, ſermocinari, verba facere, & eiuſmodi: ob nunquã intermiſſum in caula balatum: ouium ſcilicet vocem, qua cum caeteris beſtiis terrenis aëreis, & aquatilibus Deum benedicunt. Pſal. 148. & paſſim: & ob nunquam intermiſſos in

Eccleſia

Eccleſia cantus,quibus fideles Deum collaudant. Ibi enim loqui dicitur,vbi Deus laudatur & benedicitur.

Sicut è contrario Spiritus ſanctus, *Infernum*, praeter caetera nomina, vocat דומה *duma*, quod *ſilentium* ſignificat.Et tamen in Inferno (vt alias dicebamus) erit fletus & ſtridor dentium. Matth.8.12. Et damnati clamabunt prae dolore cordis:& prae contritione ſpiritus vlulabunt. Iſa.65. Atque etiam in Deum maledicta coniicient. Apocal.16. & D.Thom. 2.2.q.13.art.4. Sed ideo ſilentium,quoniam Deus ibi non laudatur.

Sed ad locum Mich.Proph. Propter multitudinem igitur eorum, qui ſimul aggregabuntur, tumultuabuntur. Eſt enim tumultus, vox plurimorum edita vna:atque prae ſtudio & laetitia & alacritate adeptae ſalutis,multitudinis exultans congeſtus.

Atque iſti enimuerò laudabiles tumultus,Deóque placentes ſunt in mundo. Vt ipſum non iniuria,idem Rex,& idem Propheta Salomon appellet.

בעל המן

Banhal hamon.

Videlicet. *Vallem multitudinis*,vel *tumultus*.

Sequitur text. Cantici,in quo Meſſias Sponſus, de ſe (vt dixi) in tertia perſona canit:

נתן את הכרם לנטרים

Nadan eth haccherem lannoterim.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Dedit Vineam cuſtodibus.

ἔδωκεν τὸν ἀμπελῶνα τοῖς φύλαξι.

Hoc eſt. Ille ego Meſſias,Dominus Vineae,dedi Vineam cuſtodibus. Id eſt locaui eam viniroribus,quos mundus colonos partiarios vocat, ad fructum participandum. Quia videlicet conſtitui homines agricolas.Et beatos nimirùm tales agricolas,qui procul mundanis negociis, mea rura exercent:qui meam Vineam arant,vomere ſulcant,fodiunt, proſcindúntque: qui capita vitium coniugant, religant, propagant, putant,traducéſque connectunt:qui lappas, tribulóſque euellunt : qui vuas vindemiant, vinúmque in mea cellaria condunt. Cùm etiam Oratore autore de ſeneꝫ. & de Offic. Omnium rerum, ex quibus aliquid exquiritur, nihil ſit agricultura, melius, nihil vberius, nihil dulcius, nihil libero homine dignius. Nihílque tam regale ſit, quàm ſtudium agri colendi. Quamobrem & Homerus cùm de Vlyſſe canit, patrem Laërtem in fundo ſentante,ſi cum agnoſceret,poſt vigeſimum annum , quàm à patria terra diſcedens,è portu ſoluerat : ſenem Regem Ithacae & Dulichij , inſtar coloni agrorum , fodientem facit, plantáſque purgantem.

τὸν

τὸν δὲ οἶον πατὲρ' εὗρεν ἐϋτιμένῃ ἐν ἀλωῇ,
λιςρεύοντα φυτὸν, ῥυπόωντα δὲ ἕςο χιτῶνα
ῥαπτὸν ἀεικέλιον. περὶ δὲ κνήμησι βοείας
κνημίδας ῥαπτὰς δέδετο γραπτῦς ἀλεείνων
χειρίδας τ' ἐπὶ χερσὶ βάτων ἕνεκ'. αὐτὰρ ὕπερθεν
αἰγείην κυνέην κεφαλῇ ἔχε πένθος ἀέξων.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Atque patrem ſolum rediens inuenit in agro
Purgantem plantas,lacero veſtitus amictu
Hic erat,illius circundabat ocrea ſuras
Bubula,quo ſciſſus meliùs vitaret iniquos.
Atque manus manicae, ne vepres forte nocerent.
Tempora velabat,caprinus feſſa galerus.

Sed tametſi vniuerſo mundo, omnibus, omnium gentium, aetatum, ordinum, viris & mulieribus, omnis conditionis ac loci, Vineam Deus Dominus colendam dedit : non tamen omnes colere voluerunt : ſed

איש יבא בפריו אלף כסף:

Is iauo bepirio, elef chaſef.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Vir attulit de fructu eius mille argenteos.

ἀνὴρ ἤνεγκε ἐκ καρποῦ αὐτοῦ, τὰ χίλια τὰ ἄργυρα.

Hoc eſt. ישרל *Iſrael* Patriarcha,cuius nomen interpretatur, Vir videns:cuius domus Vinea Domini eſt. Iſa.5.quam Dominus de Aegypto tranſlatam,in Paleſtina,terra promiſſionis plantauit. Pſ.80.9.Hic vir,eiúſque genus, eiúſque ſemen, qui munus aſſignatum à Deo, ſua bona agnoſcentes,non defugerunt,Vineam coluerunt.

Atque ſolus vnus איש *Is*, vir, qui ſolus hoc nomine איש *Is*,Vir, (quod egregium & excellentem virtute & praeſtantia ſignificat) dignus eſt : diuina ſimul & humana natura, ex eius Iſrael ſobole ortus: ego met,qui loquor,idem Meſſias,idémque Salomon, id eſt,Salomonis filius:Deo patri & Domino exercituum,de Vineae fructu,fructum tuli,qui non habet extremum. Quoniam quidem caeteris omnibus Vinitoribus, operariis, agricolis, coloníſque partiariis, qui ſunt, qui fuere,quíque poſthac futuri ſunt:ego ſolus,plus operae in Vinea conſumpſi,plus deſudaui, atque elaboraui.Quoniámque non corruptibilibus auro & argento : ſed meo pretioſo ſanguine hominem redemi de maledicto legis, factus pro homine maledictum. 1.Pet.1.& Gal.3.

Nam quoniam ſanguis meus, labores mei, ſudores mei, operaéque meae, ratione meae deitatis,cum humanitate coniunctae, inaeſtimabilis aeſtimationis ſunt: fructus meus, quem tuli, non habet extremũ,quia nẽpe infinitus eſt,& immenſus. Quãuis claudere libet mille argenteis,ad cõmune iudicium, populorúmque intelligentiam. Quorum ſiue ſinguli ſeparatim homines,ſiue etiam vniuerſi ſimul inter ſe coniuncti, cùm finiti ſint, mei, meíque fructus infinitatem comprehendere nequeunt. Argenteis autem nummis, de quibus priùs ſignatis,quàm aureis,pretióque ex eis conſtituto,res mercatae ſunt.

Mille autem numero maximè perfecto,& cubo,& pleno myſteriorum: & quo vel res pretioſiſſimae venire ſolent.

Et qui in meis ſcripturis ſanctis pro vniuerſitate accipi ſolet. Vt meus Eccleſiae Doctor,idémque ſummus Pontifex annotauit. Moral. lib.9.cap.1. D.Gregorius.

Etſi neque vel innumerabili pecunia,vel cuiuſvis rei permutatione, vel totius mundi penſione, vel mei fructus pars comparari poſſet. Quemadmodum probè mea Eccleſia cognoſcit, quae ex ſynagoga, gentibúſque fidelibus, vnigena mea Sponſa, ex multis ſingulis hominibus, populíſque compacta & finita tamen: immenſum & infinitum meum fructum, nec numero metiri, nec menſura numerare valens, mille argenteos,finitum pro infinito,mihi refert acceptos.

כרמי שלי לפני
Charmi ſceli leſanai
האלף לך שלמה
Haelef lecha ſcelomoh
ומאתים לנטרים את· פריו:
Vmathim lannoterim eth pirio.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Vinea mea,quae mea,coram me
Mille tibi pacifico,
Et ducentos cuſtodientibus fructum eius.

ἀμπελών μου, ἡ ἐμοῦ ἐνάντιον μου
τὰ χίλια σοὶ εἰρηνικῷ.
καὶ διακόσια τοῖς φύλαξι τὸν καρπὸν αὐτοῦ.

Non enim Meſſiae, nec aeterni patris,verba ſunt haec, ſicut quidam caeteroqui docti & ſapientes tradiderunt:ſed Sponſae Eccleſiae,quae grato animo fructum Sponſi commemorat.

Ac quemadmodum prima parte Cantici ſuam Vineam,non coluiſſe,ſed alienigenas confeſſa eſt.

Poſue

Poſuerunt me cuſtodem Vinearum.

Vineam meam, quae mea, non cuſtodiui.

Sic hac octaua parte, & ſynagoga & gentilitas, vna Eccleſia, & Sponſa, audiens Sponſum Meſſiam, de ſuo fructu canentem:

Vir attulit de fructu eius mille argenteos.

Eidem (vt aequum erat) aſſentiens canit:

Vinea mea, quae mea, coram me
Mille tibi pacifico
Et ducentos cuſtodientibus fructum eius.

Iam ſuprà diximus, vnam tantummodò Vineam eſſe: & ſimul etiam rationibus confirmauimus, eandem vnam Vineam, Sponſae Vineam eſſe. Modò igitur audiens Sponſa, ſuum Sponſum de ſe ipſo canentem. Mille argenteos de fructu Vineae tuliſſe. Idem ſuo teſtimonio confirmans, & ipſa Sponſa canit. Totidem mille ſuam Vineam, ſuo Sponſo accepta referre.

Et ducentos cuſtodientibus fructum eius.

Quandoquidem, qui apud Sponſam mirabilem dignitatem tenent, qui imperium & poteſtatem habent, qui ampliſſimum Eccleſiae ordinem aſſecuti ſunt, quíque in gradibus officiorum ſunt locati: ducentos argenteos ferunt. Iſtos enim praeſides Eccleſiae & conſeruatores propugnatoréſque & vindices, Vineae cuſtodes Sponſa appellat. Atque tum praetereà etiam priuatos omnes, omnis generis credentes, virilis & muliebris ſexus.

Omnes enim fideles, qualeſcunque ſunt, ſiue ſummi Eccleſiae viri, ſiue medij ſiue infimi, dum in his incluſi compagibus corporis, ſua officia & munera exequuntur: omnes pro ſua quota, Vineae conductores, ducentos argenteos Deo Domino Vineae reddunt. Tantùm enim vniuſcuiuſque partem fructuum, cuiuſuis ſit, & quantulacunque ſit, vel parua, vel magna Sponſa aeſtimat: quippe ducentos argenteos. Haec namque mille Sponſi quinta pars eſt, quae Regibus debetur. Geneſ. 41. 31. & 47. 24.

Non quod vel quiuis cultor, ſatórve, vel arator Vineae: vel qui colonus habet conductum de Vinea fundum, agróſve, tantum fructum afferat, qui cum Sponſi quinta conferri poſſit. Cùm adeò diſpar adiuncta ratio ſit: quòd non ſolùm quinta, ſed nec milleſima inter eos queat eſſe proportio: quòd hic infinitus, finitus ille ſit. Sed ideò ducentos argenteos Sponſa exprimit, vt aliquò certo numero, fructum Vinitorum claudat: ſicut & Sponſi fecit. Nam cùm Sponſi fructus eiuſmodi ſit: quòd infinitum meritum paſſionis eius, innumerabiles mundos, ne dum ſexcenta millia mundorum (ſi ſexcenta millia mun-

dorum eſſent, vt quidam nugabantur, vel innumerabiles, vt Democritus rebatur) ſaluare poſſet: fructus cuſtodientium Vineam, cuiuſlibet videlicet animae fidelis, eiuſmodi eſt, reddere ſe ipſum Deo. Hoc eſt enim, quod maximè Sponſae cordi eſt, nimirum ſalus animarum. Atque hic ſolus modus eſt, per quem Vinea Sponſae, Vineae fructus cuſtodientibus ducentos argenteos acceptos refert: Quemadmodum in praeſentia, & ante oculos Sponſi, Sponſa canebat de ſua Vinea, ſuam repetens.

Vinea mea, quae mea, coram me,
Mille tibi Pacifico,
Et ducentos cuſtodientibus fructum eius.

Vbi quemadmodum in prima parte lugens Sponſa moerénſque, quod hactenus Vineam ſuam non cuſtodierat, per non cuſtodiam mandatorum: ad locupletandum magnum ſuum & incredibilem dolorem, repetitione vtebatur.

Vineam meam, quae mea, non cuſtodiui.

Sic hac octaua parte, vt quàm maximè fieri poteſt, dilatet magnam ſuam & incredibilem voluptatem, quam ex fructu capit, quem Vineam cuſtodientes Deo reddunt: cùm fideles, vel lactentes paruuli, vel in primis puerorum aetatulis, ante doli capacitatem, mortem obeuntes, ſola regeneratione ſalui fiunt: vel iam renati & adulti, adhibitis ad fidem operibus bonis, malíſque declinatis, ſalutem poſt exiguum huius vitae curriculum nanciſcuntur: eadem repetitione vtitur.

Vinea mea, quae mea, coram me.
Mille tibi Pacifico,
Et ducentos cuſtodientibus fructum eius.

Quarum quidem repetitionum amborum verſuum primae & octauae partis, vna eſt ratio factum exaggerans, & ornatus etiam cauſa, carmen amplificans.

Sed ſimiles geminationes, verbáque etiam interpuncta, quae in ſacra pagina reperiuntur: ſicut hìc in Cantico cernimus, & in locis ſuprà citatis Mich. cap. 2. & Iſa. cap. 27. interdum etiam in eius tranſlationibus deſunt: quae reponi conſulerem, praeſertim in Pſalmis, in quibus repetitiones ſunt peculiares. Sicut Pſ. 18. In quo gratias agens Propheta ſecundùm literam, pro ſummo beneficio ſuae liberationis de manibus inimicorum: myſticè autem pro liberatione Meſſiae, à morte, & à diabolo, & ab inferno: multis intereà modis Deum laudans, quòd ſuos electos, ex tot bellorum ore & faucibus eripuit: quòd filium ſuum miſit in mundum ad ſaluandum genus humanum: &

quòd

quòd infinitis muneribus Eccleſiam Chriſti Sponſam decorauit: Deum tantùm noſtrum, Deum & Dominum eſſe, canit his verſibus.

כי מי אלוה מי בלעדי יהוה

Chi mi eloah, mi ballenhade iehouah.

ומי צור זולתי אלהינו׃

Vmi tſur Zullathi elohenu.

Qui quidem in Graecis Latiníſque Codicibus ſic habentur.

Quoniam quis Deus, praeter Dominum,
Aut quis Deus, praeter Deum noſtrum.

ὅτι τίς Θεὸς πάρεξ τῦ Κυρίυ,
ἢ τίς Θεὸς πλὴν τῦ Θεῦ ἡμῶν.

Cùm tamen in textu Hebraeo, in primo verſu, repetitio ſit, pronominis interrogatiui, & in altero nomen ſit grauitati contrarium: quae hactenus vertentes omiſerunt. Ac propterea binos illos verſus, in noſtris verſionibus ita reſtituimus.

Quoniam quis Deus, quis praeter Dominum,
Et quis meae leuitatis petra? Deus noſter.

ὅτι τίς Θεὸς, τὶς πάρεξ τῦ Κυρίυ,
ἢ τὶς πέτρα ἐλαφρίας μῦ; Θεὸς ἡμῶν.

Metaphora eſt, à leuibus corpuſculis, ſuper quae, ne ambiens aër, ventúſve flans, huc & illuc pellat, petra vel alia res ponderoſa locatur. Leuiſſima autem profectò eſt hominum ſpecies, ſicut ſcriptum eſt Pſ.62. In quo de contemptione ac deſpicientia rerum humanarum, quae plenae ſunt futilitatis, ſummaéque leuitatis, canit Proheta 10.

המה מהבל יחד׃

Hemmah meheuel iachad.

במאזנים לעלות

Bemoznaim lanhaloth

כזב בני איש

Chazab bene iſch

אך הבל בני אדם

Ach heuel bene adam

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Vtique vanitas filij hominis,

Mendacium filij viri,
In librae lancibus ad eleuandum,
Ipſi plus quàm omnis vanitas.

ἄγε ματαιότης υἱοὶ τοῦ ἀνθρώπου,
ψευδὸς υἱοὶ τοῦ ἀνδρὸς,
τοῖς ἐν ζυγοῖς πρὸς ἔπαρσιν,
αὐτοὶ πλείων τῆς ματειότητος παντὸς,

Hoc eſt. Vſque eò humana ſpecies vana eſt,quod ex eo intelligi licèt quòd inania,falſa ſpe inducta ſibi pollicetur : quod ne dum homines vulgares de populo , ſed viri etiam graues alioquin fortéſque, quibus datum eſt, gerere negocia publica,ſibi met aſſentiendo blandiendóque leuiſſima procurant. Vt, vel ſi omnes homines populares, qui Hebraicè ſub nomine אדם *Adam*, continentur , quod terram ſignificat, quaſi terreni ſint, ſicut & Latinum nomen homo ab humo declarat : & omnes pariter viri excellentes,virtute & praeſtantia praediti,qui Hebraicè ſub nomine איש *iſc*,veniunt,quod ignẽ ſignificat, quaſi tales coeleſtia magis meditentur, vbi puriſſimus ignis eſt Deus,in quo cum Latinorum nomine conuenit,vir à virtute. Omnes iſti (inquam) & illi ſimul, ſi conglobati in altera librae lance ponantur,in altera,vanitate impoſita, grauior adhuc lanx vanitatis propendens deprimatur.

Sed altiùs dictum Prophetae expendendo,quamobrem hominum, & virorum etiam leuitatem , immò potiùs ipſos viros hominéſque, ponderet regius Propheta במאזנים *bemoznaim*,in ſtateris, vel trutina, inquirentibus nobis : veriſſima ratio ſe ſe offert, propter iniuſtitias. Quoniam quidem altera pars hominum & virorum, iniuſtitias faciunt, condendo leges iniquas, & proterendo, conculcandóque pauperes in iudiciis : ac tum praedando pecunias viduarum, & pupillorum fortunas diripiendo. Non adnimaduertentes,quòd talia agentibus maledixerit Deus per Iſaiam 10.ibi in exordio.

הוי החקקים חקקי און
Hoi hachocecim chicce auen,
ומכתבים עמל כתבו:
Vmechattheuim nhamal chitthebu:
להטות מדין דלים
Lehathoth madian dallim,
ולגזל משפט עניי עמי:
Veligzol miſcpat nhaniije nhammi.

להיות

להיות אלמנות שללם

Liheioth almanoth ſcelalam.

ואת יתומים יבזו׃

Veeth iethomim iauoζu.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Οὐαὶ τοῖς νομοθέταις νομοθεύσοις τὴν ἀνομίαν,
καὶ τοῖς γραφεῦσι (οἳ) ἔγραψαν κάκωσιν.
τοῦ διαστρέφειν τὸ κρῖμα τῶν πτωχῶν,
καὶ ἐπιπλέκειν κρίσιν δικαιῶν τοῦ μοῦ λαοῦ.
ὥστε εἶναι αἱ χῆραι εἰς τὰ σκῦλα αὐτοῖς,
καὶ εἰς τὴν λείαν οἱ ὀρφανοί.

Vaeh legiſlatoribus ferentibus leges iniquas,
Et ſcribus (qui) *afflictionem ſcripſerunt.*
Vt opprimerent cauſam pauperam.
Et implicarent iudicium egentium populi mei
Vt eſſent illis viduae in ſpolia,
Et pupillos vt praedarent.

Hactenus Iſaias. Pars autem altera, iniuſtitias, ab huiuſmodi viris & hominibus factas, non propulſant: cum poſſent bona pupillorum, & opes viduarum ablatas, reſtitui facere: & pauperibus ſubuenire, euertendo quae iniurioſè ſunt decreta. Huiuſmodi etenim homines viríque, non propulſantes iniurias, ab aliis factas, ac facientes eas, & caetera omnia peccata peccantes, nihil aliud enimuerò ſunt, niſi merae leuitates, leuibus culmis ſtipuliſque volantibus leuiores. Quid namque magis leue eſſe poteſt, quàm quod nihil eſt? ſed peccatum nihil eſt, ergo. Leuitates autem contrariae ſunt iuſtitiae, quae aliquid eſt, & grauis eſt, ob conſtantiam: ſicut eius definitio probat. Iuſtitia eſt conſtans & perpetua voluntas, ius ſuum cuique tribuens. l. iuſtitia. ff. de iuſtit. & iur.

Bene igitur hoc Pſal. 61. Propheta Regius appendit in lancibus librae, quae eſt iuſtitia, in quam omnes peccauerunt, hominum ac virorum leuitatem, contractam propter peccatum, in quod peccator transformatur: non ſecus ac qui adhaeret meretrici, vnum corpus efficitur cum ea: & qui adhaeret Domino, vnus ſpiritus eſt. 1. Corinth. 6. 16. & 17. Qui idem Propheta aliàs Pſal. 1. 4. canebat de peccatoris miſeria proueniente ab inconſtantia, contraria grauitati. Non ſic impij.

כי ים כמוץ

Chi im cammots

אשר תדפנו רוח

Aſcer thiddefennu ruach.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Sed ſicut ſtipula,

Quam perſequitur ventus.

ἀλλ' ὡς ἡ καλάμη

ἣν καταδιώκει ὁ ἄνεμος.

Vbi ventus eſt Dei verbum, quod in ſingulos dies quadrageſimae, caeteráque ſtata tempora, quando areas, ſcilicet Eccleſias ventilat Sponſa, de ore praedicatorum exiens, ſtipulas perſequitur: id eſt, paleas iactat inanes. Dum peccatores, improbos videlicet & malos, à bonis & probis Sponſa ſecernit: quemadmodum à grano paleam, ventus ſeparat. Atque ob eas cauſas petra, ſic maximopere homine indigente, canebat Propheta.

Et quis meae leuitatis petra? Deus noſter.

Videlicet Chriſtus Dominus, qui eſt petra ſalutaris noſtra Pſal. 61. in princ. & 89. 22. & 95. in princ. De eo enim dictum eſt. Saluum faciet populum ſuum, à peccatis eorum. Matth. 2.

Qua ſententia (quam Graecorum verſionem, vulgatámque Latinam editionem ſequentes, notam habere non poſſunt) qualis quaeſo alia dicendi acutior, oblectandi argutior, commouendi grauior eſſe poteſt?

Similis ademptio habetur Pſalmo omnium celebratiſſimo & peruulgato, quem his diebus Dominicae paſſionis, quibus haec exaraui, octies quotidie decantat Eccleſia, ad placandum Deum: qui eſt quinquageſimus primus apud Hebraeos, & quinquageſimus ſecundum Latinos & Graecos. In eo namque, in quo Rex Dauid eximia vicinae pulchritudine captus, cum tria magna ſcelera commiſiſſet, furtum, adulterium, & homicidium: erratorum tum poſtea, vt veniam impetraret, ad Deum, lugens geménſque clamabat, verſu quarto primo hemiſtichio. Non autem verſ. 5. ſicut in Graecis Latiniſque tranſlationibus, in quibus vertentes primum verſum Hebraeum, in duos partiti ſunt: ſicut econtrario, quartum & quintum verſum Hebraei carminis, vnum conſtituerunt, quintum facientes. In eo igitur, vbi ad hunc modum Hebraicè legitur, verſ. 4.

לְךָ לְבַדְּךָ חָטָאתִי

Lecha leuaddecha chatathi.

Graecorum & Latinorum ſimul editiones habent.

Tibi ſoli peccaui.

Σοὶ μόνῳ ἥμαρτον

Cum

Cum tamen in textu Hebraeo illa geminatio adſit, quae magnam vim & pariter magnum leporem habet. Quamobrem nos cum Pſalmos verteremus, illud hemiſtichium reſtituimus.

In te, ſolum in te peccaui.

Σοί, μόνῳ σοὶ ἥμαρτον.

Quae repetitio ſic auget factum cum commiſeratione, vt nullus eſſe poſſit, tam agreſti aure & hiſpida, quem non delectet & moueat. In ea enim, lachrymis obortis, ad impunitatem alloquendam, ſua peccata, contritum Regem confiteri, mihi audire, & videre videor, ad hinc fermè modum.

Etſi, ô Deus immortalis, in vxorem Vriae peccaui: cum à mea effrenata cupiditate, duci me ſinens, libidine, non ratione rem gerens: quare moechata ſit, in cauſa fui.

Etſi in Vriam peccaui: cum, vt meam intemperantiam explerem, eius coniuge nunciis corrupta, & cum ea nefario ſtupro habito, etiam illum innocentem occidi.

Etſi in populum peccaui: cum pernicioſè merui de Republica vitioſus Rex, non ſolum peccato, ſed exemplo: propterea quod rem deteſtabilem feci, & infudi in populum.

Etſi, in legem peccaui, quae habet in ſecunda tabula. Non furtum facies. Non concupiſces vxorem proximi tui. Non moechaberis. Non occides. Cum ego Rex defendere deberem.

In te tamen, in te ſolum peccaui: qui ſummè iuſtus, omnéſque iuſtitia ſuperans, ſolus facinorum noxios potes arguere.

In te tamen, in te ſolum peccaui: cuius ſolius eſt, iudicium facere, & ad quem ſolum ſpectat, ſententiam in maleficos ferre.

In te tamen, in te ſolum peccaui: qui vnus reos in vincula conijcis, ſontéſque damnas, ac damnatos ſummo cruciatu, ſupplicióque punis.

In te tamen, in te ſolum peccaui: quia cum Rex ſim, alius non eſt, qui in me poteſtatem habeat, niſi tu Deus princeps Regum terrae.

Ff TVC

TVCCII TVCCII

PATRITII LVCENSIS

I. V. C. AC PROTONOT.

APOST.

ANNOTATIONES

Super

CANTICO CANTICORVM

SALOMONIS.

Ad Sanctiſs. D. N. Paulum V. Dei Vicarium.

Annotatio PASTRIX.

ARGVMENTVM.

Loci tredecim Cantici Canticorum, in quibus Salomon nouies vſus eſt nomine Paſtrix mea, Hebraicè רעיתי ranhiathi: *& ſemel nomine Paſtores, Hebraicè* רעים renhim: *& ſemel nomine Paſtor meus, Hebraicè* רעי renhi: *atque ſemel gerundio (vt Grammatici vocant) verbi Paſco, Hebraicè* לרעות lirnhoth, *ad paſcendum, vel vt paſcat: & iterum ſemel eiuſdem verbi participio* הרעה haronheh, *paſcens, vel qui paſcit, hac Annotatione Paſtrix, ſingulatim iuxta eorum ſeriem dilucidantur. Et quidem.*

Primae

Primae partis loci duo.

Qui in Latina editione habentur.

Paſtrix 1. דמיתיך רעיתי׃
Dimithich ranhiathi.
Aſſimilaui te amica mea,

Paſtrix 2. הנך יפה רעיתי׃
Hinnech iafah ranhiathi.
Ecce tu pulchra es amica mea.

Secundae partis loci tres.

Paſtrix 3. כן רעיתי בין הבנות׃
Chen ranhiathi ben hebbanoth.
Sic amica mea inter filias.

Paſtrix 4. קומי לך רעיתי׃
Cumi lach ranhiathi.
Surge amica mea.

Paſtrix 5. קומי לך רעיתי׃
Cumi lach ranhiathi.
Surge amica mea.

Quartae partis loci duo.

Paſtrix 6. הנך יפה רעיתי׃
Hinnech iafah ranhiathi.
Quam pulchra es amica mea.

Paſtrix 7. כלך יפה רעיתי׃
Cullach iafah ranhiathi.
Tota pulchra es amica mea.

Quintae partis loci tres.

Paſtores 1. אכלו רעים ישתו׃
Achelu renhim iſcthu

Comedite amici & bibite.

Paſtrix 8. רעיתי יונתי תמתי׃

Ranhiathi Iônathi thammathi.

Amica mea, Columba mea, Immaculata mea.

Paſtor 1. זה דודי וזה רעי׃

Zeh dodi, vezeh renhi.

Talis eſt dilectus meus, & ipſe eſt amicus meus.

Sextae partis loci tres.

Ad paſcendum 1. לרעות בגנים׃

Lirnhoth bagghanim.

Vt paſcatur in hortis.

Qui paſcit 1. הרעה בשושנים׃

Haronheh baſcioſciannim.

Qui paſcitur inter lilia.

Paſtrix 9. יפה את רעיתי כתרצה׃

Iaſah atthe ranhiathi chethirtſah.

Pulchra es amica mea ſuauis.

ANNO

ANNOTATIO QVINTA.

SED & Regale nomen, quo ſemel Eccleſia Sponſum, ſaepius verò inter caetera, Eccleſiam Sponſus compellat: quod nequaquam hactenus penitus perſpectum, planéque cognitum, non ſuo proprio, verum enimuerò alieno vocabulo erat tranſlatum: dignum mihi viſum eſt Annotationibus noſtris. Eſt autem רעי *renhi*, & רעים *renhim*, & רעתי *ranhiathi*, vnum, atque idem nomen, quo Propheta Salomon vſus, Sponſam inducit, nominantem Sponſum part. V. ad fin. & Sponſum compellantem Sponſam, I. II. IV. V. & VI. partibus Cantici. In quibus omnibus in Graeca tranſlatione רעי *renhi*, ἀδελφιδὸς μου, & רעים *renhim*, πλησίοι, & רעיתי *ranhiathi*, πλησίον μου hoc eſt, ac ſi Latinè dixeris.

Nepos meus, Proximi, & Proxima mea

reperitur interpretatum. Et in vulgata Latina editione,

Amicus meus, & Amici, & Amica mea

reperitur conuerſum. Et vt opinor, non à textu Hebraeo verſione accepta: ſed de verſionibus potiùs Aquilae vel Symmachi, quorum alter per nomen φίλος alter per ἑταῖρος, verterunt. Quae ambo nomina Amicum & ſodalē magis propriè Latinè redduntur, quam πλησίον, quod cognationem magis affinitatem, proximitatem & propinquitatem (vt infrà etiam deducemus) ſignificat.

Sed certè tametſi Graeci Codices, & vulgatae Latinae editionis, nec non Aquilae & Symmachi verſiones ſuſtineri poſſint: nos tamen, tribus ita ſuggerentibus rationibus, quas ſubiiciemus, tribus Praemiſſis, Graecè ποιμὴν μου, vertimus, & ποιμένες: Latinè autem, Paſtor meus, & Paſtores, & Paſtrix mea, à paſcendi verbo nomine formato. Quarum eſt

PRAEMISSVM PRIMVM.

PRIMA. Quoniam hoc nomen רעי *renhi*, & רעים, *renhim*, & רעיתי *ranhiathi*, quòd vnum tantum eſt: idem atque illud eſt, quod libro Geneſ. legitur cap. 29. in Rachelis hiſtoria. Vbi textus Hebraeus habet:

ורחל באה עם הצן אשר לאביה כי רעה הוא

Verachel baah nhim hatſon, aſcer leauiah, chi ronhah hi.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Venit Rachel cum grege patris ſui, quandoquidem Paſtrix illa.

καὶ ἤρχετο ῥαχὴλ μετὰ βοσκήματος πατρὸς αὐτῆς, ὅτι ἡ ποιμὴν ἐκείνει.

Vbi hactenus Graecè vertentes, quod nomine Archetypus; verbo, ac etiam longiori ambitu exponentes reddiderunt.

καὶ ἰδοὺ ῥαχὴλ ἡ θυγάτηρ λαβὰν, ἤρχετο μετὰ τῶν προβάτων τοῦ πατρὸς αὐτῆς, αὐτὴ γὰρ ἔβοσκε τὰ πρόβατα τοῦ πατρὸς αὐτῆς. Id eſt.

Et ecce Rachel filia Laban venit cum ouibus patris ſui: ipſa enim paſcebat oues patris ſui.

Niſi quòd in Cantico cum coniunctione eſt affixi pronominis רעי *renhi, Paſtor meus*: & רעיתי *ranhiathi, Paſtrix mea.* Et à verbo רעה *ranhah* deſcendit: quod, alere & paſcere, & gubernare, quod eſt, regere, & quae ſunt eiuſmodi definit. Sicut ſuprà habuimus. Vbi Salomon inducit gentilitatem כשה אבד *cheſeh oued*, vt Propheta canebat. Pſalm. 119. verſ. vlt. de homine poſt peccatum, ὡς ἀμνὸν ἀπολωλός. Tanquam agnum perditum, cupientem in gregem Sponſi aggregari: paſtoricio more, interrogantem Sponſum.

איכה תרעה איכה תרביץ
Echah thirnheh echah tharbits.

Id eſt, ſecundùm noſtram conuerſionem.

Quomodo paſcis, quomodo recubare facis.

πῶς ποιμαίνεις, πῶς κοιτάζεις.

Hoc

Hoc eſt. Quomodo regis, quomodo gubernas populum electum, quomodo contines aeſtuante meridie, reprobrorum flagrantibus vitiis. Non autem.

Vbi paſcas, vbi cubes.

Vt vulgata habet Latina editio, & omnes Latinorum Codices & Graecorum.

πῦ ποιμαίνεις, πῦ κοιτάζεις.

Non enim. Vbi, praedicamentum: ſed quomodo איכה *echah* ſignificat. Vnde איכות *Ichuth*. Qualitatem Hebraei appellant: Sicut lamentationes declarant Hieremiae Prophetae prima, & ſecunda, & quarta, quas ea particula exorſus eſt Hieremias. Et. Vbi praedicamentum Hebraeis eſt איפה *efah*. Sicut Geneſ. 37. 16. Cùm Ioſeph popoſcit, vbi fratres paſcerent.

הַגִּידָה נָּה לִי אֵיפֹה הֵם רֹעִים

Hagghidah nah li efah hem ronhim.

Indica mihi vbi nunc illi paſcunt.

ἀπάγγειλόν μοι πῦ νῦν ποιμαίνουσι ἐκεῖνοι.

Cui pariter ritu paſtorum reſponſum dat Sponſus petenti.

ורעי את גדיותיך

Vrenhi eth ghedaiothaich

על מִכנות הרעים

nhal mizchenoth haronhim.

Et paſce haedos tuos

Iuxta tabernacula paſtorum.

καὶ ποίμαινε τὰς ἐρίφους σοῦ,

ἐπὶ σκήνεσι τῶν ποιμένων.

Quo ſcilicet poſui regere Eccleſiam. Hoc eſt. Imitare exempla maiorum, fidem videlicet & conſtantiam, & patientiam Apoſtolorum caeterorúmque Patrum, & Martyrum; atque eorum in rebus gerendis conſilia. Quomodò in rebus aduerſis ſe geſſerunt. Quomodo viri fortes & animoſi, acriter pro me morti ſe obtulerunt. Ipſi enim te docebunt, Sic Luc. 16.

ἔχουσι μωσέα, καὶ τοὺς προφήτας, ἀκουσάτωσαν αὐτῶν.

Habent Moyſem & Prophetas, audiant illos.

Quibus locis paſcere dicitur per verbum רעה *ranhah*: & paſtores genere

genere maſculino הרעים *harenhim*, ab eodem verbo רעה *ranhah*, nomine ducto appellantur. Cuius Paſtor ſingulari numero, habetur ſine affixo lib. Geneſ. cap. 4. & Exod. cap. 3. in princ.

ויהי הבל רעה צאן

Vaiehi Heuel ronheh tſon

ומשה היה רעה את צאן יתרו חתנו

Vmoſce hayah ronheh eth tſon Ithro chethno.

Id eſt, ſecundum noſtram conuerſionem.

ἦ δὲ ἄβελ βοσκήματος ποιμὴν

καὶ ἐγένετο μωσῆς ποιμὴν τοῦ βοσκήματος ἰοθὸρ τοῦ γαμ-
βροῦ αὐτοῦ.

Erat autem Abel paſtor gregis.

Fuit autem Moyſes paſtor gregis Iethro ſoceri ſui.

Et cum affixo, Pſalm. 15. Vbi regius Propheta, & miniſtrantium & fidelium omnium militantis ac triumphantis Eccleſiae, vndecim qualitates animae enumerans: quae per totidem Leuitarum corporeas, quondam figuratae erant, Leuit. 22. quintam & nonam, in haec verba promit.

לא עשה לרעהו רעה

Lo nhaſah lerenheu ranhah.

נשבע להרע ולא ימר

Nisbanh learanh velo iamir.

Id eſt, ſecundum noſtram conuerſionem.

τῷ αὐτοῦ ποιμένι κακὸν οὐκ ἐποίησε.

ὁ ὀμνύων τῷ ποιμένι, καὶ οὐκ ἀθετῶν.

Nequaquam ſuo paſtori malum fecit

Is qui iurat paſtori, & non negligit.

Hoc eſt, Nulli vnquam hominum, cum quo negociatus eſt, damnum, vel incommodum, vel detrimentum attulit. Et cum iureiurando pactionibus ſe obligarit, affirmatè quaſi Deo teſte promittens: id tenuit, quod ſpopondit.

Non autem proximo, vt Latinorum habent vulgatae editiones.

Nec fecit proximo ſuo malum

Qui iurat proximo ſuo, & non decipit.

Et Graecorum Codices πλησίον. Nomen enim πλησίον (vt latiùs infrà in

in tertio Praemiſſo praeſentis Annotationis deducemus) altero eiuſdem Pſalmi verſui conuenit. In quo ſextam, ex iam dictis, animae qualitatem Propheta deſcribit.

וחרפה לא נשא על קרבו

Vecherpah lo naſa nhal cherouo

Id eſt ſecundùm noſtram conuerſionem.

Nec proximo ſuo inuſſit ignominiam.

κ' αὐτῦ τῶ πλησίῳ ὐκ ἐκαστηρίασε ὄνειδος.

Hoc eſt. Neque dedecore, vel macula, vel contumelia, vel infamia, aut probro, aut labe, ſuum affinem, vel propinquum, vel citimum, vel cognatum, aut neceſſarium coniunctùmve notauit.

Accipiendo proximum, vt boni Latini autores accipiunt, tam ſanguine coniunctum, quàm vicinum, quem γείτονα, Graij appellant. Sicut apud Heſiodum.

πῆμα κακὸς γείτων, ὅσσον τ' ἀγαθὸς μέγ' ὄνειαρ.
ἔμμορέ τοι τιμῆς ὅς' ἔμμορε γείτονος ἐσθλοῦ.

Damnum vicinus malus, auxilium bonus ingens.
Atque bonum nactus vicinum, eſt nactus honorem.

Vtrunque enim קרב *cherob*, nomen Hebraeum ſignificat. Exod. 12. 4. & Num. 27. 11. Intelligit autem ibi Propheta, per Paſtorem quencunque cum quo quiſpiam negocia gerit. Nam omnis priſcorum temporum negociatio, atque adeò opes & diuitiae omnes ex re pecuaria conſtabant. Vt ſic, qui eiuſmodi ſcelera in Paſtores, hoc eſt ſocios negociationum ediderit: quique dedecore, aut macula, vel cognatum, vel vicinum, vel paſtorem affecerit, mentita & falſa in eos obiiciendo, quae Regius Propheta dolentiùs deplorabat. Pſal. 12.

שוא ידברו איש את רעהו׃

Scaue iedabbereu iſc eth renheu.

Id eſt ſecundùm noſtram conuerſionem.

Falſo in Paſtorem ſuum quiſque loquuntur.

ψευδῶς εἰς αὐτῦ ποιμένα πᾶς τὶς λαλεῦσι..

Hoc eſt. Doloſè, fallaciter, malitioſè, inſidioſèque atque etiam ſimulatè cum ſuo, vel de ſuo connegociatore loquens: neque in terreno Dei domicilio, quod eſt Eccleſia militans deget: nec in monte Dei, ſuperna nempe Ciuitate quieſcet. Sed Deo, hominibúſque exoſus, aqua & igne interdictus: ex finibus humanae naturae, atque adeò etiam ex vrbe & monte coeleſti, exterminabitur. Quemadmodum

Regius idem Propheta minatur, terrétque denunciatione ſupplicij, Pſal. 101. Vbi miſericordiam Meſſiae, iudiciúmque proſequitur.

> מלושני בסתר רעהו אותו אצמית׃
>
> *Atelouoſceni baſſether renheu otho atſmith.*

Id eſt ſecundùm noſtram conuerſionem.

> *Vituperantem clam Paſtorem ſuum, ipſum exterminabo.*
>
> λατρεὰ καταλαλοῦντα αὐτοῦ ποιμενῆ, τὸν τοῦτον ἐξορίσω.

Hoc eſt. Ex mea Ciuitate (Deus fatur) expellam eiiciámque omnem vituperatorem: qui ex occulto, & abſconditè, eum, cum quo negocia gerit, inceſſerit, probríſve ludificauerit, aut dictis male criminatus fuerit.

Neque iniuria. Quoniam domum Dei decet ſanctitudo. Pſal. 93.

Et qui ſocium fallit, in bonorum virorum numero, non eſt habendus. Autore M. Tull. in Orat. pro ſex Roſ. Et ratio dictat. Et plurale foemininum habetur. Pſal. 45.

> תובל למלך בתלות אחריה
>
> *Thubal lammelech bethuloth achareah,*
>
> רעותיה מבאות לך
>
> *Renhotheah mubauoth lach,*
>
> תבלנה בשמחת וגיל
>
> *Thubalnah biſmachoth vaghil,*
>
> תבאנה בהכיל מלך
>
> *Theboennah beechal melech.*

Id eſt, vt nos vertimus, Hebraeorum verborum, ne dum vim, ſed varietatem etiam (vt aſſueuimus) & numerum imitati.

> ἄξεται πρὸς βασίλεα, παρθένικαι μετ᾽ αὐτὴν,
> ἐπὶ ποίμενες αὐτῆς, ἀπενεχθήσαι πρὸς σε.
> συνάξονται ἐν γηθοσυναις καὶ τέρψει,
> ἀπενεχθήσονται εἰς ἄρχειον τοῦ βασίλεος.

> *Ducetur ad Regem, Virgines poſt eam,*
> *Paſtrices eius allatae tibi:*
> *Conducentur cum gaudiis & tripudio*
> *Afferentur in palatium Regis,*

Haec eſt enim Hebraeorum verſuum, germana conuerſio. In quibus de Sponſae proximis, vt Graeci Codices habent, αἱ πλησίον αὐτῆς, verbum nullum, quicquid alij confingant. Niſi latiſſimè ſumpto vocabulo,

cabulo Paſtores, proximos, affinitate videlicet, vel cognatione aggnationéve coniunctos nuncupauerimus.

Quoniam huiuſmodi affinibus, propinquis, agnatíſque, pecudum paſtus cura, apud Hebraeos committi & commendari ſoleret. Vt de Moſe & Rachele ſuprà commemoraui. Et ſicut de Iacob Patriarcha legimus,qui ouium auunculi,eiuſdémque ſoceri Laban magiſter erat. Geneſ.29. Et de Dauid,qui paſcebat oues patris ſui.Iſai.Reg.1.16.

Erit igitur conſona & conſentanea verſuum ſententia, ab antecedenti (vt in carminum apta compoſitione & accommodata ſtructura fit)Regificè ad Regem Regina ducetur comitata virginibus. Quae Paſtrices eius,ouium ſcilicet Sponſae magiſtrae, ac propterea amicae & ſodales eius, afferendae tibi : conducentur cum delectatione & voluptate. Atque vt omnia omnibus,paribus paria reſpondeant : introducentur Regia magnificentia & apparatu, in Regiam Coeleſtis Sponſi.Regiúmque conclaue, Thalamúmque pudicum,Sanctuarium Regis : cum Virginum Domina,Virgines : cúmque Paſtorum Paſtricúmque Regina,veriſſimae ouium magiſtrae.Non fictae & commentitiae, quales, Nimphae Nearae,filiae, Phaetuſa, Lampetiáque : quas Solis ſeptem boum armenta, totidémque ouium greges in Trinacria Inſula,paſcere Poëtae commenti ſunt : pecora obſeruando paterna,& & curuas boues.

Quod & temporibus noſtris in militanti Eccleſia perfici cernimus: cùm infiniti in ſeptis Virginum chori Regi omnium offeruntur, ad ei perpetuò ſeruiendum. Et in primaeua abundè ſpectatum ſcimus: quando innumerae virginum Myriades Sponſae.

Cuſtodes ouium, teneraéque propaginis agnum;

Locupletiſſimè ſparſo verbo, Sponſum teſtantes : pro eius nominis gloria,mille genus horrificae mortis oppetere non dubitarunt.

Inter quas D.Catharina Alexandrina,de Regum proſapia orta:poſt Sanctiſſimam Deiparam, mea inter caeteros Diuos aduocata : quam cultus ergo nomino : Sponſae ouium magiſtra effecta, quinquaginta vnica diſputatione Philoſophos,qui vt eam redarguerent, atque conuincerent,magnis propoſitis praemiis adducti fuerant : praeter caeteros complures, tanto in Sponſum inflammauit amore : vt pro eo ſibi letho pereundum,praeclarè admodùm habuerint.

PRAEMISSVM II.

SECVNDA, quia Sponſam Sponſus Paſtricem compellans, ἁγίως εἰς τὸν αἰῶνα, auguſtè ſcilicet, ſanctéque perpetuo Paſtricem prorſus planè voluit: non fictè atque inaniter Poëtarum humano ritu. Neque verò ſolum corporei paſtus, quem omnibus etiam brutis animantibus, largè & copiosè Deus comparauit: qui Hebraeis מרעית *marnhith* nominatur, ab eodem verbo רעה *ranhah* nomine compoſito. Non aliter quam apud Graecos & Latinos: qui νομὴν, à νομεύω, paſtum à paſcendo vocant.

Et pabuli vitae (vt piè & religioſè credimus) veri cibi, veríque potus, carníſque & ſanguinis agni, qui immolatus viuit, nec eſus conſumitur: & aliorum ſenum ſacramentorum, quae aeternitatem, immortalitatémque bonis ſe vtentibus donant. Dum malis, id eſt, peccatis oppreſſas afflictas ſauciatas perditáſque animas, cuiuſque noſtrum, Sponſi ſacramentis nouae legis, reficimus, ſuſtentamus, colligimus & recreamus: atque vſque quaque in ruinis iacentes, erigimus & extollimus. Quorum amborum Propheta meminit Pſalm. 74. in princ. & 79. in fin. & 95. ad med.

ואנחני עם מרעיתו׃

Veanachnu nham marnhitho.

οἱ δὲ ἡμεῖς τῆς νομῆς αὐτοῦ λαός.

Et nos populus paſtus eius. Hoc eſt.

Quoniam ſcilicet, & in deſerto manna, & in Aegypto & Paleſtina & vbi vbi terrarum fuimus & ſimus, paſcit pauítque non oluſculis ſolum, frugibúſque & leguminibus, arborúmque pomis: verum etiam multa carne pecudum, & altilium, atque inſuper oſtreis conchyliiſque, multiiugíſque piſcibus.

Et ſpiritualis paſtionis etiam doctrinae legis ſuae: cuius non ſolum, aſſidua ac vehementi cum voluntate occupatio, quae ſtudium dicitur: ſed diſciplinae etiam & eruditionis profeſſio, ſic animos paſcit, ſic oblectat, ſic voluptate afficit, vt ſenſum ad ſe rapiat, atque captiuet. Sicut Pſal. 19. Propheta cecinit.

תורת יהוה תמימה

Thorath Iehouah themimah

משיבת

משיבת נפש

Meſciuath nafeſc.

Id eſt, ſecundum noſtram conuerſionem.

ὁ νόμος τοῦ Κυρίου τέλειος

αἰχμαλωτίζων ψυχήν.

Lex Dei perfecta

Captiuans animam.

Nec mirum profectò. Cum Euangelica lex, de qua Regius Propheta indubiè eo Pſalmo loquitur: vna de multis, in iure diuino inſtruat: vnica qualis eſſe oporteat quiſque fidelis informet: ſoláque, ſolida doctrina & digna homine Chriſtiano, credentium animos excolat, atque exornet.

Cúmque caeterae omnes humanae leges confuſae ſint, manchae, & imperfectae: ſicut de primis Romanorum legibus accepimus, quibus, per decem viros, in decem tabulis, pro roſtris digeſtis, duae aliae, quàm mox addi neceſſe fuit, vnde leges duodecim tabularum appellatae.

Et ſicut de legibus Imperatoriis ſcimus, quas ob eam cauſam Iuſtinianus, antea confuſas, cum ad immenſa veteris prudentiae volumina, opus ab aliis deſperatum Imperatoribus, ſuam curam extendit: in luculentam (ſicut ei viſum eſt) conſonantiam erexit: nouo etiam Codice facto.

Et ſicut de caeteris legibus, vbi vis gentium promulgàtis, & compoſitis, euenire ſolet: vt quotidie vel in totum abrogentur: vel derogetur aliquid de eis: vel commutentur aliqua ex parte: recentéſque, ac nouae ſanciantur. Sola lex Euangelica, plena & abſoluta eſt: ſola omnibus ſuis partibus perfecta: ſoláque omnes numeros habet.

Quemadmodum per os Dauid, eam Spiritus ſanctus nuncupat תמימה *themimah:* nomine à תם *tham* verbo deducto, quod perfectionem, abſolutionem, conſumationémque & integritatem ſignificat. Talibus enim eſcis & potionibus, ſummo ſemper opere Sponſus petit, paſci gregem ſuum.

Verum etiam Regum modo & more enixè à Sponſa contendit, regi moderari ab iis, quibus adminiſtratio credita eſt.

Haec ſunt enim, quae ſummatim Hebraeis verbum רעה *ranha*, Graecis νομεύω, & ποιμαίνω, & βόσκω: & generatim omnibus linguis, paſcendi verbum exprimit, quod caeteroqui latiſſimè patet.

Quamobrem ad eum ſenſum Prophetae, tum eo verbo רעה *ranha*, tum eo nomine רעה *ronhe*, vti conſueuerunt. Sicut de verbo habetur apud Micheam, cap. 7. Vbi ſupplex orans Deum Propheta, vt imperij populi ſui, clauum teneat & gubernacula tractet, in hunc modum fatur.

רעה עמך בשבטך

Renheh nhammecha beſciutecha.

צאן נחלתך׃

Tſon nachalathecha.

Id eſt, ſecundum noſtras conuerſiones.

Paſce ſceptro tuo populum tuum,
Gregem hereditatis tuae.

νομεῦε σκήπτρῳ σοῦ τὸν λαὸν σοῦ,
βόσκημα κληρονομίας σοῦ.

Hoc eſt. Rege & moderare electos tuos, tu Deus: ex cuius tui vnius, ſalutem pendere omnium, omnes intelligunt. Neque enim aliunde, niſi à te, ſalus nobis praeſtari poteſt.

Et ſparſim in Pſalmis. Vt Pſal. 2. Vbi praeuidens Pſalmographus, quod Iudaei Meſſiam non eſſent recepturi: aeterni patris iuſſa, vt ſontes puniret, referentem inducit.

תרעם בשבט ברזל

Theronhem beſceuet barzel.

Paſces (id eſt) *Reges eos ſceptro ferreo.*

νομεύσεις αὐτοὺς σκήπτρῳ σιδηρῷ.

Hoc eſt. Sic Reges eos, vt ſeuerè admodum, omni ſupplicio, eorum maleficia vendices: vtque eorum iniurias vlciſcaris, proſequariſque ſcelera. Quoniam cum tibi parere deberent, ad quem ius & iuriſdictio poteſtáſque orbis terrarum, regnúmque mundi, coelíque naturaliter ſpectat. Pſal. eod. & Matth. 28. Ob eorum perfidiam & iniquitatem te reſpuerunt & repudiarunt: factáque in te coniuratione impiè occiderunt.

Et de nomine habetur lib. Iob, cap. 2. in fin. Vbi de tribus conſolatoribus narrat hiſtoria: qui ad omnium mortalium miſeriorem Iob (ſi res humanas ſpectes) liberis fortuníſque omnibus orbatum, totóque corpore exulceratum, conſolandum acceſſerunt. Ibi.

וישמעו שלשת רעי איוב את כל

Vaiſcmenhu ſceloſceth renhe Iÿob eth col.

הרעה הזאת הבאה עליו

Haranhah hazzoth habbaah nhalau.

Id eſt, ad verſum de Hebraeo exprimendo.

Et

Et audierunt tres Paſtores Iob omne
Malum iſtud, quod venerat ſuper eum.

καὶ ἤκουσαν οἱ τρεῖς ποίμενες, ἰὼβ ἅπαν
κακὸν τοῦτο, τὸ ἐληλύθει ἐπ' αὐτόν.

Hoc eſt, aptè & emendatè vertendo.

Cúmque intellexiſſent omnia mala, quibus Iob oppreſſus fuerat tres Paſtores.

Videlicet tres Reges, qui Paſtorum nomine appellantur: quoniam vt greges & armenta Paſtores, ſubiectos populos regunt, moderantur & paſcunt.

Vbi qui Graecè reddiderunt φίλοι tranſtulerunt, id eſt, Amici, qui אהבים *ahauim*, lingua Sancta nuncupantur à verbo אהב *ahab*, de quo infrà in tertio Praemiſſo praeſentis Annotationis. Et omnes Latini verterunt. Socij, qui חברים *chauarim*, eadem lingua appellantur. Sicut Pſal. 119. litera ח *chet.*

חבר אני לכל אשר יראוך

Chauer ani lechol aſcer ireuchah.

ולשמרי פקודיך

Vleſciomere piccudechah.

Id eſt, ſecundum noſtras conuerſiones.

ἑταῖρος ἐγὼ πάντων σε φοβουμένων,
καὶ φυλασσόντων τὰ προστάγματά σου.

Socius ego omnium timentium te
Atque cuſtodientium mandata tua.

Hoc eſt. Sodalis ac particeps ego in terris, eorum, qui te metuunt: ac propter tui vnius metum, tui iracundiam formidantes, tuis ſcitis obediunt, paréntque iuſſis tuis. Sciens quoniam te timentes; malum in primis cauent, atque te Deum ſummum bonum nanciſcuntur.

Et habetur prima parte Cantici: Ibi ſecundum vulgatam conuerſionem. *Ne vagari incipiam poſt greges* חבריך *Chauarecha. Sotiorum tuorum,* vel *ſodalium tuorum.*

Hoc eſt. Haereticorum, qui quoniam mecum ſacramenta communia habent, tui ſodales ſe faciunt, ac tanquam tui ſocij, ſe gerunt. Vel: Poſt greges ſociorum tuorum.

Hoc eſt. Doce me & inſtrue, qua via & arte in meis afflictationibus, gratam aliquam conſolationem reperire poſſim. Vt non nimis angoribus ſolicitudinibus, nocturniſque diurniſque metibus afflicta, à te Deo viuo & vero deſciſcam: ſequárque Deos alienos mortuóſque vanóſque,

vanóſque, qui hominum inſaniſſimorum opinione Dij appellantur: ac propterea ſocij tui, eſſe opinantur. Et vlt.par. in fin.

חברים מקשיבים

Chauarim maſciauim.

Socij auſcultant.

Hoc eſt. Quoniam ſocij tui, ô Sponſa (Meſſias loquitur) id eſt, Angeli ſanctique, qui mecum in coelo aeuum agunt, qui ſocij tui ſunt, & tu illorum ſodalis propter participationem gloriae, qua ſimul me frui vobis continget: tuas preces audiunt, & tuarum orationum dulcedine oblectantur, dum eas rogas, rogare me pro te. De quo in Annotatione Amor, loco vltimo.

Erant enim Reges illi tres cõſolatores, quemadmodum ſcriptum eſt in lib. Thobiae, cap. 2. & ex ipſorum LXXII. omnium antiquiori verſione manifeſtum eſt. Qui vbi in Hebraeo habetur.

אליפז התימני

Eliſaz atthemani.

ובלדד השוחי

Vualedad haſciuchi.

וצפר הנעמתי

Vetſoſar hannanhamathi.

Id eſt, vt Latinae habent editiones.

Eliphaz Themanites,

Et Baldad Suites,

Et Sophar Naamithes.

Regis vbique nomen addiderunt.

ἐλιφὰξ ὁ θαιμανῶν βασιλεὺς,

βάλδαδ ὁ σαυχαιῶν τύραννος,

σωφὰρ μιναιῶν βασιλεὺς.

Sic Graecorum vetuſti illi Poëtarum & Philoſophorum Coriphaei Homerus & Plato, alter ποίμενα λαῶν, Paſtorem videlicet populorum: alter νομέα, καὶ τροφὸν ἀγέλης ἀνθρωπίνης, Paſtorem & nutritium armenti humani Regem appellant. Immo verò etiam hoc magis: Deum Paſtorem, priſcis ab initio orbis terrarum ſeculis, ſub Saturni Regum Plato commemorat περὶ βασιλείας, his verbis.

Θεὸς ἔνεμεν αὐτοὺς, αὐτὸς ἐπιστάτων, καθάπερ νῦν ἄνθρωποι. Ζῶον ὂν ἕτερον θειότερον, ἄλλα γένη φαυλότερα αὐτοὺς νέμουσι.

Id eſt, vt nos vertimus.

Deus

Deus paſcebat eos, ipſe moderator, quemadmodum nunc homines. Animal (etenim) *eſt aliud diuinius, alia* (ſecundum) *genera viliora, illorum Paſtores ſunt.*

Hoc eſt. Deus regebat ipſe praeſidens, ſicut nunc homines : qui diuiniores caeteris animalibus vilioribus, eorum quidem Paſtores Reges moderatores ac praeſidentes ſunt.

O amplum dictum, ô commemorandam ſententiam:& in eorum memoriam, qui Chriſtianã Rempublicam bene gerere volunt, penitus inſidendam. Vt ſicut caeteris ſpeciebus humana ratione praedita, diuinior praeeſt:ita caeteris hominibus, non qualeſcunque, ſed diuiniores praeficiantur. Quales ad Timotheum epiſtola prima D.Paulus deſcribit, capite tertio. Tales enim, ſi praeficiantur : Sponſi tum quidem certè ad Paſtricem Sponſam reſponſio exequetur.

Paſce haedos tuos iuxta tabernacula Paſtorum.

Huiuſmodi enim caeteris diuinioribus, non ſolum Apoſtolorum ſeculo, ſed ſucceſſiuis etiam temporibus, mandare Eccleſia conſueuit: vt in Domino ciuitatum, prouinciarum, regionum curam agerent: quod ἐπίσκοπειν Graeci dicunt, vnde Epiſcopi nomen manauit. Tum ſuo exemplo,& ſumma eruditione, potentes erunt.

καὶ παρακαλεῖν ἐν τῇ διδασκαλίᾳ τῇ ὑγιαινούσῃ, καὶ τοὺς ἀντιλεγόντας ἐλέγχειν. Id eſt.

Tum ſalubri doctrina hortari, tum contradictores confutare.

Vt diuus Paulus ſcripſit, ad Tit. cap. 1. Et vt vna comprehenſione omnia complectar: bene valentes erunt, qui non per ora Vicariorum, ſed vi ſua, quamcunque in diſceptationem, quaeſtionémque vocentur, copioſiſſimè reſpondeant : & ſcripturas interpretando explanent res obſcuras.

Quod Hieremias Propheta tantopere ſuis lamentationibus lamentabatur, cap. 4. litera ד *dalet.*

עוללים. שאלו לחם פרש אין להם׃

Nholalim ſaäalu lechem, poreſc en lahem.

Id eſt, ſecundum noſtras conuerſiones.

ἄρτον οἱ μικροὶ ᾔτησαν, καὶ ἑρμηνεύων αὐτοῖς οὐκ ἔστιν.

Paruuli poſtulauerunt panem, & non fuit qui interpretaretur eis.

Hoc eſt. Simplices, illiterati, rudes, qui in ſacra Scriptura priſca vocantur עוללים *Nholalim*, id eſt, μικροὶ, paruuli, vel infantes, ſicut LXXII. verterunt νήπια. Cuiuſmodi erant diſcipuli, antequam acciperent Spiritum ſanctum. De quibus Pſal. 8. in princ. Qui cùm non intelligerent, quae à Domino diſſerebantur, dicebant ei.

φράσον ἡμῖν τὴν παραβολήν.

Expone nobis parabolam.

Matth. 13. & 15. Et aliàs dicebant.

σκληρός ἐστιν οὗτος ὁ λόγος.

Durus eſt ſermo iſte.

Ioan.6. Et aliàs inter ſe.

οὐκ οἴδαμεν τί λάλει.

Ignoramus quid loquitur. Ioan. 16.

Vnde poſt reſurrectionem pueros Dominus compellauit.

παιδία μή τι προσφάγιον ἔχετε.

Pueritia, nunquid pulmentarium habetis. Ioan. 21.

Talibus igitur petentibus interpretationem ſcripturae ſacrae, nec verò ſolum veteris paginae, ſed nouae etiam eſt enim Prophetia: quam interpretationem, panem enimuerò Hieremias appellat: quoniam vice panis animas paſcit & ſaturat, ſicut initio dicebamus huius ſecundae rationis: non erat, qui interpretaretur eis, qui declararet, qui explicaret. Hoc enim ſignificat verbum. פרש *paraſc:* vnde פירוש *piruſc,* gloſſa Hebraeis eſt.

PRAE

PRAEMISSVM III.

TERTIA, ſi quidem Salomon omnium ſapientiſſimus, vt habetur 3.Reg. cap.3. apprimè maternam linguam ſciens, ac per bene res ſuis certis vocabulis ſcribens: nequaquam nomine à verbo רעה ranha, ducto, ad Amicam, vel Proximam ſignificandum, vſus fuiſſet. Cùm non deeſſet, in ea lingua genuinum nomen אהבה ahauah, ad aptè commodéque Amicam deſignandum, accommodatum: à praecipuo amicitiae notionis verbo אהב ahab, emanãs: quod amare diligere & colere definit. Quod φιλεῖν, ἀγαπᾶν, βιβεῖν Graiis dicitur. Quae ad ſocietates atque amicitias tum conciliandas, tum partas tuendas ſunt neceſſaria. Quo nomine אהבה ahauah, pro Amica, quam φίλην καὶ ἀγαπὴν Graeci vocant, veluti nos vertimus: ipſe Cantici autor ter par.2. vſus eſt bis par. 3. ſemel par.5. ſemel par.7. & quater par.8. ſicut in alia Annotatione latiùs diſſeruimus. Et quo verbo אהב ahab, non ſolùm Salomon prima parte huius Cantici ter vſus eſt.

עלמות אהבוך
Nhalamoth ahebucha
מישרים אהבוך
Meſciarim ahebucha
שאהבה נפשי
Sceahabah naſſci.

Id eſt ſecundùm noſtram conuerſionem.

Nuptae virgines amauerunt te.
Recti dilexerunt te.
Quem coluit anima mea.

παρθένικαι γάμεται ἐφίλησάν σε.
οἱ ὄρθοι ἠγάπησάν σε.
ὃν ἐσέβη ἡ ψυχή μου.

Hoc eſt. Serui tui, qui ſe tibi Sponſo ſpoponderunt: qui in vita ſua, nunquam ſe violari paſſi ſunt, amauerunt te. Ij enim ſunt, quos Salomon ſpiritu Prophetico, nomine foeminneo (quoniam in ſexu muliebri, vt plurimùm virginitas fulget) עלמות nhalamoth, appellat: quod virgines maritatas ſignificat. Prouerb.30.

Quales Sponſae ſunt, quae nondum viro copulatae ſunt. Quales imae Chriſti Sponſae ſunt: quae ſanctas in coelo, ac caſtiſſimas nuptias incredibili honore, cum coeleſti Sponſo celebrabunt.

Sed & boni inſuper, doli expertes, frugi homines & innoxij dilexerunt te. Tales enim lingua ſancta משרים *meſciarim*, nuncupantur. Pſalm.125. Quod probos rectóſque ſignificat: qui à veri Dei cultu, tranſuerſum vnguem nunquam diſceſſerunt.

Et ego Sponſa tuarum ouium cuſtos Eccleſia, te Deum, meum Sponſum à rerum primordiis ſemper colui. Poſtquam tota humana natura in homine vitio corrupta, humanitatem, quae ex anima conſtat & corpore aſſumpturum, pactionem accepi.

Sed pluries etiam in Pſalmis, quemadmodum Pſal.4.3. vbi regius Propheta.

בני איש עד מה כבודי לכלמה

Bene iſc nhad meh chebodi lichlimah,

תאהבון ריק תבקשו כזב סלה׃

Theehabun ric theuacceſcu chaſab, ſelah.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Filij viri, vſque quo honor meus confuſioni:

Vacuum coletis, quaeretis mendacium.

υἱοὶ ἀνδρὸς ἕως πότε ἡ τιμή μου ἄντροπῃ

Σεβήσεσθε τὴν κενότητα, ζητήσετε τὰ ψεῦδος.

Hoc eſt. Filij viri: pro virorum, numero ſingulari, pro plurali, figura ſynecdoche. Et non vtitur nomine אדם *adam*, quod homini Latino reſpondet: quo generatim quilibet plebeius homo intelligitur: ſed nomine איש *iſc*, quod viro reſpondet: quod homines inſignes ſignificat, quales ſunt, quibus à Deo poteſtas data eſt.

O igitur filij viri, id eſt Principes terrae, quos populus, reliquáque multitudo, imitandos ſibi proponunt. O Domini ciuitatum, qui, non eſt malum in ciuitate, quod non faciatis. Quoniam vt Orator inquit de legib.l.2. non tantùm mali eſt peccare Principes, quam illud, quod permulti imitatores Principum exiſtunt.

O igitur mundi reges rectoréſque, vos alloquor, qui regitis terras: quouſque maculabitis honorem meum?

Hoc eſt enim כבודי *chebodi*, quod habetur bis Pſalm.108. 2. & 6. quamuis in Graecis exemplaribus verſum ſit per nomen δόξα, quod gloriam ſignificat: de quo egimus in Annotatione Oſculis. Quouſque honor meus vobis ludibrio & deſpectui erit? Vt me Deum viuum & verum, qui feci mundũ, & omnia, quae in eo ſunt, coelique & terrae ſum Dominus. Act.17.24. cum falſis, mortuíſque Diis confundatis?

Verbum

Verbum etenim כלם *chalam*,confundere eſt. Pſal.69.7.& ab eo fit כלמה *chelimmah*, confuſio : eod. Pſalm.69. 8. Suos namque Deos, aut nouos,aut alienigenas coli, confuſionem habet religionum. Vel eodem Oratore autore eod.lib.2.de legib.

Vſque quo coletis vacuum:id eſt Idola, quae ex auro, vel argento, vel alia materia, manibus humanis ſunt conflata?

Vſque quo quaeretis mendacium : petentes de futuris rebus,à Pythio,aut Dodonaeo,aut ab Ammone,vel aliis oraculis, in quibus diabolus habitat,pater mendacij? Ioan.8.44.

Etenim gentibus loquitur Idolatriae deditis. Non ſecus ac nomine אהב *oheb*, quod ab eodem verbo emanat : quo ſaepe & multum idem Regius Propheta autoris Cantici genitor vſus eſt. Vt Pſalm.5.in fine.

אהבי שמך

Obeue ſcemecha

Amici nominis tui.

οἱ φίλοι τοῦ ὀνόματός σου.

Hoc eſt. Propheta loquitur.

Amici nominis tui.

Id eſt.Filij tui,qui eſt nomen tuum. De quo Iſa.30.27. *Ecce nomen Domini* בא *ba venit,quam longiſſimè.* Venit pro, veniet. Praeterito pro futuro,ob certitudinem Prophetiae.

Quam longiſſime. Quia à ſummo coelo,egreſſio eius. Pſal.19.7.

Amici igitur Filij tui.

Et per conſequens, *Amici tui,* qui cum Filio tuo, & Spiritu ſancto, vnus es Deus : gaudebunt & exultabunt. Hoc enim ſignificat יעלצו *ianhaltſu.*

In te.Id eſt.In coelo,tuae gloriae participes effecti.

Et alibi ſaepiùs,vt locos recenſere longum eſſet. Inſigniter autem ad propoſitum noſtrum,Pſal.38.qui eſt tertius poenitentialium:quos cum ſuperioribus annis, à publicis muneribus vacantes, ociaremur, ante alios,ſecundum Hebraicam veritatem conuertimus. In eo enim, ad medium, vno verſu,ambo ſunt nomina, ab vtroque verbo אהב *ahab*,& רעה *ranhah*,deſcendentia.Sic enim Propheta illo Pſalmo,inducit Meſſiam loquentem.

אהבי ורעי מנגד נגעי יעמדו׃

Obeuai verenhai minneghed nighnhi iannhamodu.

Id eſt ſecundùm noſtras conuerſiones.

Amici & Paſtores mei, à plaga mea procul ſtabunt.

οἱ φίλοι καὶ ποιμένες μου ἀπὸ πληγῆς μου στήσονται πόῤῥω.

Hoc eſt. Diſcipuli & Apoſtoli longè conſiſtent, latéque cùm patiar, ac mortifera infligetur mihi plaga. Apoſtolos enim & Diſcipulos homo factus Sponſus, amicos nuncupare conſueſcebat. Luc.12. & Ioan.15. Illam namque conuerſionem verba Hebraea ſonant. Non autem quemadmodum in Graecis habetur Codicibus.

οἱ φίλοι μου, καὶ οἱ πλησίον μου ἐξεναντίας μου ἤγγισαν καὶ ἔστησαν.

Vnde de verbo ad verbum, non de Hebraeo Latina vulgata editio deſumpta videtur.

Amici mei & proximi mei aduerſum me appropinquauerunt, & ſteterunt.

Nam nomen plagae deficit: verbum autem ἤγγισαν, id eſt appropinquauerunt, abundat: cùm non ſit in Hebraeo, in omnibus Codicibus, qui ad noſtras manus peruenerunt. Niſi dicamus Graecè vertentes, temporibus illis legiſſe נגעו *nighhu*, per ו *vau*, ſciurech, tertia perſona, praeteriti numeri multitudinis verbi נגע *neganh*, quod tangere propriè ſignificat. Vnde Pſal.105. qui de prim. Paralipomenon exaratus fuit, verſ.15.

אל תגעו במשיחי

Al thignhu bimſichai.

Purè LXXII. tranſtulerunt, neque nos in noſtra Graeca verſione immutandum duximus.

μὴ ἅπτεσθε τῶν χριστῶν μου.

Ne tangite vnctos meos.

Hoc eſt. Nolite laedere, offendere, vel violare, neque perſonam neque dignitatem vel exiſtimationem eorum. Et intellige non ſolùm vnctos reapſe: quales Epiſcopi & Sacerdotes, & Prophetae & Reges: de quibus 3.Reg.19.16. qui oleo vnguntur. Verum etiam vnctos ſpiritualiter fide. Sed ad verbum נגע *neganh*, redeuntes, LXXII. Pſ.38.12. videntur vertiſſe per verbum ἐγγίζω, ducti affinitate ſignificationis: quoniam praeit appropinquatio tactum. Sed quicquid Graecè vertentes legerint: hodie non cum ו *vau*, per verbum, quin cum י *iod*, per nomen legitur נגעי *nighni*: ſignificans plagam meam. Quia plaga cùm infligitur, tangit, & ita, vt nonnũquam ad tempus, & aliquando perpetuò ſignum haereat.

Quem

Quemadmodum de plaga leprae habetur Leuit.13. per tot. Et in plaga vulneris,Cicero in Ant.demonſtrauit,cùm inquit.

Luculentam ille piagam accepit,vt declarat cicatrix.

Provt nos hoc Pſal.38. vertimus, per πλήγην, & aliis ſacrae ſcripturae locis. Vt Pſal.91.ad med.

ונגע אא יקרב באהלך

Ve neghahan lo icrob beaholecha.

Tentorio tuo,non proximabit plaga.

καὶ ὐκ ἐγγιεῖ τῇ κλισία σου πληγή.

De Chriſto Domino loquitur Propheta Tentorio tuo,vel tabernaculo tuo,id eſt, corpori tuo, poſt reſurrectionem, non appropinquabit plaga vltra: ſicut in Paſſione. Quod Apoſtolus declarauit Ioan.6. Chriſtus reſurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur.

Et ita cùm י *iod*,legendum, confirmat D.Hieronymi Pſalterium Hebraicum, quod ad petitionem Sophronij Latinitate donauit. In quo ſcriptum eſt.

Chari meī & amici mei, quaſi contra lepram meam ſteterunt, & vicini mei longe ſteterunt.

Et vt crediderim mendosè pro plagam, in curia librariorum, ante typos inuentos. Neque enim ignoraſſe crediderim, tantum ac talem ſanctiſſimum Doctorem & interpretem, qui per quàm ſcitè & peritè ſcribere ſolet: nec lepra, nec alio morbo Seruatorem noſtrum laboraſſe,vt Dominum decebat,qui vita erat,& aliorum aegrotationes ſanabat,atque medebatur.Nec fugiſſe eum,non נגע *neghaanh*,Hebraeis lepram nuncupari, ſed צרעת *tſeranhath*, frequenti nomine cap.Leuit.ſup.cit. Vbi נגע צרעת *neghaanh tſeranhath*: quod Graecè vertentes,reddiderunt, ἁφὴ λέπρας, tactus leprae: nos πληγὴ τῆς λέπρας, plaga leprae vertimus.

Quod omne dicere debemus, vt ſapienti excuſatione, non modò probabili,grauiſſimis D.Hieronymi monimentis faueamus: ac Graecam tranſlationem ſuſtentemus.

In Hebraeo enim his temporibus,vnicum tantū eſt verbum יעמדו *ianhamodu*,tertia perſona numeri multitudinis futuri temporis,vt nos vertimus ςήσουσι, ſtabunt. Non autem ſteterunt: ſicut Graeci verterunt, ἔςησαν, per Aoriſtum.

Et nomen πλησίον μου,hoc eſt,proximi mei,non reſpondet cum nomine רעי *renhai*, quod paſtores meos ſignificat: à iam ſaepiùs repetito verbo רעה *ranhah*,quod eſt paſcere.

Quemadmodum principio praeſentis Annotationis,ex praecedentibus

tibus huius primae partis Cantici verſibus,ac aliis Scripturae ſanctae locis deduximus. Niſi eo modo, de quo dicebamus, cùm Paſtorum exempla poſuimus: qui agnatione vel affinitate, pecudum Dominis proximi erant. Sed dictum nomen πλησίον,ſequenti eiuſdem Pſal.38. verſui congruit. Vbi Propheta in eadem perſona Meſſiae,inquit,

וקרבי מרחק עמדו
Vcerouai merachoc nhamadu.

Id eſt,ſecundùm noſtras conuerſiones.

Et propinqui mei longe ſteterunt.

καὶ οἱ πλησίον μου μακρὰν ἔστησαν.

Quod & impletum eſt, cùm & Alphaei & Zebedaei filij, vna cũ aliis Apoſtolis,dum ad necem Dominus raperetur, fugerunt. Non autem quemadmodum hactenus Graecè, & Latinè verſus tranſlatus erat.

Et qui iuxta me erant,de longè ſteterunt.

καὶ οἱ ἔγγιστα μου,ἀπὸ μακρόθεν ἔστησαν.

Quoniam vocabulum קרבי *cerouai*, non eſt aduerbium, vt verſum erat ἔγγιστα, quod ſignificat prope & iuxta: ſed eſt nomen,atque illud idem,quod habetur Pſal.15.cuius in primo Praemiſſo mentionem feci: cùm eius Pſal.verſus tres ex Graeca noſtra,ac Latina verſione poſui: quod ſignificat propinquos, proximos, cognatos, ſanguine coniunctos,atque vicinos. Vnde D.Hieronymus probè vertit.

Et vicini mei longè ſteterunt.

Quales propinqui Sponſi fuerunt Zebedaei & Alphaei filij.

Textus eſt Num. 27. Vbi deficientibus filiis, fratribus & patruis propinquiorem defuncti ad ſucceſſionem admittendum ſancitur, his verbis.

ונתתם את נחלתו לשארו הקרב אליו׃
Venethatthem eth nachalatho liſcero haccharob elau.

Id eſt,ſecundùm noſtras conuerſiones.

Et dabitis haereditatem eius reliquo eius propinquo.

καὶ δώσετε τὴν αὐτοῦ κληρονομίαν τοῦ λοιποῦ πλησίου αὐτοῦ.

Eſt autem eo Pſal.38. Prophetia vaticinationis D.N. cuius crebra in Pſalmis eſt repetitio. Sicut Pſal.88. In quo de materia afflictionis eiuſdem Meſſiae agitur. Vbi Propheta in eius perſona,poſtquam pleraque opprobria conuicia & mala percenſuit: quibus pro humano genere Meſſias excruciatus eſt.Pſalmum tandem hoc verſu claudit.

הרחקת

הרחקת ממני אהב ורע

Hirchactha mimmenni oheb vereanh

מידעי מחשך׃

Meiudanhai machſciach.

Id eſt, ſecundùm noſtras conuerſiones.

Amicum & Paſtorem elongaſti à me,

Notos meos tenebris.

φίλον, καὶ ποιμένα ἀπ' ἐμοῦ ἐμάκρυνας,

τοὺς γνωστοὺς μοῦ ἐν σκότει.

Non autem quomodo hactenus Graecè expreſſum erat, ἀπὸ ταλαιπωρίας· à miſeria, vel aerumna. Nam ad πλησίον, ex ſupradictis patet reſponſio. Nihil enim eiuſmodi in Hebraeis Codicibus habetur: tametſi vnde hauſerint cernimus. In omnibus enim Hebraeis exemplaribus, legitur מחשך *machſciach*: quod tenebras & obſcuritatem ſignificat.

Qualis tenebris hoc eſt noctu, per vmbram terrae Soli officientis cauſatur Sicut paſſim in ſacra Scriptura. Vt Pſal. 139. vbi Dauid inducit Meſſiam. inſipientis perſonam ſuſtinentem: omnia palam ante oculos Dei eſſe declarantem; nihílque in occulto tametſi ac tenebris incluſum abditúmque ſit, eum latere.

אך חשך ישופני׃

Ach choſcech ieſcufeni.

Et infrà.

גם חשך לא יחשיך ממך

Gham choſcech lo iachaſcich mimecha.

כחשוכה כאורה

Chachaſcechah chaorah.

Id eſt, ſecundum noſtras conuerſiones.

Fortè tenebrae obſcurabunt me.
Sed tenebrae non tenebrabunt te.
Sic tenebrae eius ſicut lux eius.

ἴσως σκότος ὑποχεύψει με.
ἀλλὰ σκότος οὐ σκοτισθήσεται σε.
ὅπως αὐτῆς σκότος, ὥσπερ αὐτῆς φῶς.

Vbi tenebrae peccata ſunt, & iniquitates mundi, & mala huius ſeculi:

quae Meſſiam obſcurare non potuerunt, repletum luce ſuae diuinitatis. Quin potius lux eius tenebras illuminauit.

Et habetur Geneſ.cap.1. per tot.

Eſt autem eo Pſal.88. ſingulare vaticinium temporis, quo Meſſias primum nocte illius paraſceues, nefario ſcelere praeuaricatoris: qui pecunia corruptus, ſigno oſculi, eum ad caedem dedit, vinctus conſtrictúſque eſt. Quod à nemine, (vt & nonnulla alia mirè diuino numine diſiecta & fuſa in Pſalmis, quae Hebraicè recitando notaui) animaduerſum ſcimus.

Namque illa intempeſta nocte Ioan.13.in ſanctiſſimum ordinem, ſenatum Apoſtolicum, antea lecti duodecim. Luc.6. qui cum Domino permanere in tentationibus aſſolebant. Luc.22. vnà ſimul cum eo coenati. Matth.26. ac trans torrentem comitati ad hortum.Ioan. 18. ob armatorum violentiam timore perculſi. Matth. 26. captum eum tractúmque ad ſupplicium in fugam ſe conijcientes deſeruerunt. Marc. 14. Quemadmodum multis antea ſeculis Regius Propheta praedixerat,non ſolum hoc Pſalmo 38. ſed etiam Pſal.40. cum Meſſiam inducens, de Iudaeorum iniquitate, totiúſque mundi peccatis, apud patrem valde dolentem:angi praeter caetera & cruciari eum facit,quoniam cor eum dereliquerat. verſ.17. Et iure merito. Ecquis enim non acerbiſſimè moereret, ſi eiuſmodi illi caſus accideret, vt eum cor deſereret? Quando vitae ſenſúſque morúſque principium eſt cor: vt in pluribus locis Philoſophus affirmat: & per eum ſentimus, mouemur,& ſumus? Erat autem cor Meſſiae, & vita ipſa Apoſtoli, per quos eius religio & ſoboles propaganda erat. Et ijdem illi ſunt, quos idem Dominus,quem in Cantico par.5. Sponſa Paſtorem nuncupat:de quo agemus loco octauo:quique de ſe ipſo dicit.

ἐγώ εἰμὶ ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς.

Ego ſum Paſtor bonus. Ioan. 10.

Paſtores proprio, praeter caetera, per Prophetas nomine ſignat. Tanquam Imperatores facere conſueuerunt,cum milites,commilitones appellant. Paſtores autem Apoſtolos, ſuo, ſuaéque Sponſae nomine perhibet ipſe ἀρχιποίμην, caput & princeps Paſtorum (ſic enim diuus Petrus princeps Apoſtolorũ eum nominat epiſt.1.cap.5.) ob ſuum miniſterium praedicationis.Marc.1.quod illis iniungendum erat. Marc. vlt. Et propter curam animarum, ſecundum quod dictum eſt.

βόσκε τὰ ἀρνία μου, ποίμαινε τὰ προβατά μου, βόσκε τὰ πρόβατά μου. Ioan.vlt.

Paſce agnos meos, Paſce oues meas, Paſce oues meas. Et.

πορευθέντες οὖν μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς

αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, διδάσκοντες αὐτοὺς, τηρεῖν πάντα ὅσα ἐντειλάμην ὑμῖν.

Euntes docete omnes gentes, baptiZantes eas, in nomine Patris & Filij, & Spiritus ſancti. Inſtiuentes eas ſeruare omnia, quae mandaui vobis. Matth. 28.

Vnum eſt, à verbo אהב *ahab*, ſpeciatim, amicitiam, dilectionem, cultum, & quae eiuſdem ſunt modi deriuari & declarari. Diuerſam autem & diſſimilem, vt pote paſcéndi & regendi ſignificationem à verbo רעה *ranhah* fluere.

PRAEMISSVM IIII.

ET haec ſunt rátiones, quibus ſum adductus: vt omnibus locis Cãtici, vbi tex. Hebreaus habet רעי *reubi,* רעים *renhim*,& רעיתי *ranhiathi*,pro Amico,& Amicis,& Amica:& pro Nepote,& Proximis,& Proxima: Paſtorem, ac Paſtores, & Paſtricẽ ſummutarẽ:& illos verſus quã propriè ad Hebraicam veritatem,meo modo Graecè & Latinè conuerterem. Quemadmodũ etiam vltra locos Cãtici, de quibus ſingulis agemus,in omnibus Pſalmis fecimus,& aliis ſacrorum ſcriprorum libris: in quibus nomen illud רעת *ronheh*, eiúſque verbum רעה *ranhah*, variè reperitur conuerſum. Sicut exempli cauſa fecimus Pſalm. 139. ſuperiùs allegato ipſo exordio. In quo Propheta inducit Meſſiam, propria virtute ab inferis excitatum: ſibi & prae electis, ob ſuum laborem, paſſionem, mortémque ac reſurrectionem, à patre omnium gnato & ſciente, mercedem tribui.

יהוה חקרתני ותדע
Iehouah chacarthani vatthedanh
אתה ירעת שבתי וקומי
Atthah iadanhtha ſciuthi vecumi
בנחה לרעי מרחוק:
Banthah lerenhi merachoc.

Sic enim nos illos verſus vertimus.

Domine inueſtigaſti me & cognouiſti.
Tu ſciſti captiuitatem meam, & reſurrectionem meam.
Intellexiſti paſcere meum à longe.

Κύριε ἐξιχνιασάς με, καὶ ἔγνως με,
σὺ ἔγνως αἰχμαλωσίαν μου, καὶ ἔγερσιν μου,
σιωῆκας νομεύειν μου, ἀπὸ μακρόθεν.

Hoc eſt. Pater aeterne, tu ſcrutatus es me & exploraſti. Eſt enim חקר *chacar*, ſynonymum cum סכן *ſachan*: quod habetur paulò infrà.

Et loquitur humano more: quia Deus non indiget, vt ſcrutetur quippiam, cùm omnia ſint plana & aperta oculis eius. Et noſti me. Tu noſti me vinciendum, vt paterer pro humano genere:& patiendo more

moreter. Rom.5. & 1.Pet.2. Tu noſti quomodo per meam mortem, chirographum decreti delerem, generi humano contrarium. Col.2. Tu noſti me moriendum & reſurgendum: vt viuorum & mortuorum dominarer. Rom.14. Tu noſti quomodo genus humanum paui doctrina mea tua. Ioan.7. Et haec iam ante omnium rerum primordia. Quod intellige de omnibus ſuprà dictis. Non autem,

Intellexiſti cogitationes meas.

Vel. διαλογισμοὺς μου.

Cogitationes enim, & διαλογισμοὺς, lingua Săcta per nomina מחשבה *machſcebah*, & מזמה *me*z*immah*, exprimit. Quorum alterum מזמה *me*z*immah*, habetur hoc eodem Pſalmo 139. 20. Ibi in editione vulgata. Quia dicitis למזמה *limzimmah*, in cogitatione. Alterum habetur Pſal.33.10.

Ibi Dominus diſſipat conſilia gentium.

Reprobat autem מחשבות *machſcebo th*, cogitationes populorum. Et verſ.ſeq. Ibi in vulgata editione.

Conſilium Domini in aeternum manet.

מחשבות לבו

Machſcheboth libbo.

Cogitationes cordis eius in generationem & generationem.

Sed Pſal.139. animaduertendum, quod vbi textus Hebraeus habet.

בנתה לרעי מרחוק

Banthah lerenhi merachoc.

Intellexiſti paſcere meum à longè.

Vel. *Intellexiſti me Paſtorem.*

Magnum hactenùs myſterium latuit, quod nos pandimus: & eſt huiuſmodi. Quoniam verbum בנתה *banthah*, ab origine aedificare ſignificat: & inde ad intelligentiam tractum, quaſi ille ſolus intelligat, qui aedificium conſtruxit. Modò ſic.

בנתה לרעי מרחוק

banthah lerenhi merachoc.

Aedificaſti me Paſtorem à longe.

Hoc eſt, Quoniam tu pater ab aeterno aedificaſti me filium tuum Paſtorem, id eſt Regem humani generis: generando tibi conſubſtantialem. Tu (inquam) & magis adeò, vt nihil addi poſſit, quàm qui murum aedificauit, caementarius, comprehendiſti me, non ſolùm ap-

liquidiſti. Vt pote qui non ſolùm vt caementarius, qui lateres, ſaxula, lapidéſque omnes, tam rudes, quàm expolitos; omnémque calcem & arenulas ſabulúmque, tantùm ab extra in interioribus etiam muri partibus extrinſecus non apparentibus vidit, cùm coagmentaret; ſtrueretque: verùm etiam infinitam (vt ita dicam) vim illam innumerabilium atomorum, qui inter ſe cohaerentes iam dicta corpora ſabulum, arenulas calcem, lapidéſque ſaxáque & lateres, & quaelibet alia efficiunt: vidiſti, vides, ſempérque videbis. Qui poteſt capere capiat.

Et aduertat Lector: Quia non dicimus nos, hactenùs hoc myſterium latuiſſe, cùm axioma, id eſt concluſio in Theologia ſit: ſed eo verſu delitescere, clam fuiſſe.

Alius etiam eodem Pſalmo verſus eſt: qui in Hebraicis exemplaribus ad hunc modum legitur.

ולי מה יקרו רעיך אל

Veli mah iacern renbecha el.

Vbi nomen רעיך *renbecha*, in Latinis omnibus editionibus, quae circunferuntur, verſum eſt; Amici tui.

Mihi autem valde honorati ſunt Amici tui Deus.

Pro vt etiam in Graecorum Codicibus.

ἐμοὶ δὲ λίαν ἐτιμήθησαν οἱ φίλοι σοῦ Θεός.

Cùm Paſtores tuos ſignificet, vt nos vertimus.

Mihi autem quàm pretioſi Paſtores tui Deus.

ἐμοὶ δὲ ὡς τίμιοι οἱ ποιμένες σοῦ Θεός.

Vbi per Paſtores, non ſolùm Apoſtolos & Epiſcopos intelligit Propheta, qui ab Apoſtolis eorum vice in prouincias & Ciuitates mittebantur, ad ſeminandum Euangelium. Inter quos D. Paulinus, primus Lucenſium Antiſtes, miſſu D. Petri, antiquiſſimam noſtram totius Hetruriae dulciſſimam patriam Chriſto conſecrauit, baptizauítque: ac ſuo corpore, illuſtri morte, ſub Nerone, ſanguinem pro Sponſo profundens, decorauit. Et reliquos omnes Epiſcopos, qui ſucceſſiuis temporibus, in locum Apoſtolorum ſuffecti ſunt; caeteróſque Sanctos vtriuſque ſexus: qui virtute fidei roborati, Reges Imperatores, Tyrannóſque Sponſo ſubegerunt: ac barbaras etiam nationes, vbique terrarum & gentium, vſque ad fabuloſas olim Antipodas: qui aduerſis veſtigiis ſtant contra noſtra veſtigia: in Sponſi poteſtatem atque ditionem redegerunt. Verùm etiam alios Praelatos diuerſorum generum, qui primas in Eccleſia tenent, ſecundùm vniuſcuiuſque ordinis dignitatis gradum.

Et ſicut fecimus lib. Geneſ. cap. 26. Vbi de Abimelech Moyſes narrat.

narrat. Quod poſtquam Iſaac è Paleſtina eiecerat: quod gregibus armentorum, reliquiſque pecoris affluens, opibúſque praeditus, Paleſtinorum haberet iniuriam: non multo poſt, Deum eſſe cum Iſaac agnoſcens, ac propterea eius potentiam veritus, Berſabee ad eum venit: amicéque exceptus Abimelech, foedus cum Patriarcha iecit. Ibi enim cùm duos duntaxat Regis ſocios, comitéſque Moyſes in haec verba recenſeat.

ואחזת מרעהו ופיכול שר צבאו

Veachuzath merenheu, vpichol ſar tſeuao.

Hactenus Latinè vertentes interpretati ſunt.

Et Ochozat amicus illius: & Phicol dux militum.

Cum tamen ex ante actis noſtris inductionibus, primus in ordine Achuzat, Paſtor Regius eſſet: ſicut מרעהו *merenheu* nomen officij declarat: & nos vertimus.

Et Achuzat eius Paſtor, atque Pichol Dux exercitus.

καὶ ἄχοζαθ ὁ ποιμὴν αὐτοῦ, καὶ Φιχὼλ τοῦ αὐτοῦ στρατεύ-
ματος στρατηγός.

Nam מ *mem* in principio dictionis מרעהו *merenheu*, nihil facit, cum non ſit radicalis, ſed accidentalis. Tantúmque nomen מרעהו *merenheu*, Paſtor eius ſignificat, quantum רעהו *rehheu*. de quo infrà. מ *mem* enim eſt ſolum linguae proprietas (διάλεκτον Graeci vocant.)

Erant enim ij duo Achuzat & Pichol, ex illis, qui Regis officia & munera exequebantur: quales Latini praepoſitos, praefectóſque appellare conſueuerunt. Vnde apud Oratorem, Praefectus claſſis. Praepoſitus imperio, & alia eiuſmodi.

Namque mos fuit, perinde vt nunc, priſcis temporibus, vt Reges etiam greges pecorum, & armenta haberent: quibus partim ad veſcendum, partim ad cultus agrorum, partim ad vehendum, partimque etiam ad corpora veſtiendum vterentur: quae adhibitis pecuariis, magiſtris videlicet pecoris, paſtorúmque ducibus paſcerent.

Cum interim non ſecus ac caſtrorum Imperatores, adminiſtratoréſque bellorum, qui ſuos habent tribunos centuriones ſigniferos, caeteróſque, qui varia & diuerſa munia bellica exercent: illi magiſtri pecorum, ſuos armentarios, bubulcos, capratios, opilionéſque, & ſubulcos, caeteróſque eius generis cuſtodes, ſuo dicto audientes haberent: qui pecudes ad paſcua agerent, eáſque cum venit heſperus, herbis, ſtirpibus, arbuſtis, virgultis, baccis, omniſque generis foliis ſaturatas, in haras, caulas, mandráſque, ſtabuláque reducerent, tonderent, mulgerent, lac coagularent, caſeum premerent, butyrúmque agitarent, reliquáque paſtoralia munia obirent.

Quam

Quamobrem eodem libro Geneſ.legitur,cap.47. Quod ſimul ac Patriarcha Ioſeph Aegypti Regis Vicarius, ſui patris, & vna ſecum fratrum nepotúmque aduentum in Aegyptum, Pharaoni nunciauit: illud inter alia Rex iuſſit. Vt ſi inter eos eſſent.

אנשי חיל

Anſce chail.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

ἄνδρες λιπάροι βαρύες, καὶ τοῦ ἄχεος ἔθιμοι.

Viri maturi, graues, doloréque aſſueti.

Hoc enim ſignificat אנשי *anſce*: in quibus.

ῥωμὴ εἴη καὶ ἀρετή.

Robur eſſet & virtus.

Vtrumque enim ſibi vult חיל *chail*: eos Regio pecori, Ioſeph praeficeret.

Tales etenim & gregem bene paſcere, exhortando in doctrina ſana, & eos qui contradicunt redarguere idonei ſunt. Vt Apoſt. inquit ad Tit.1.9. Et gregis infirmitati, compati, cum & ipſi circundati ſint infirmitate. Hebr.5.2.

Et lib.1. Samuel cap.21. ſcriptum eſt. Quod quando Dauid, vt Saul euitaret, ad Achimelech ſacerdotem Nobe, cum pauculis admodum ſe contulit: cuius rei cauſa admiratus ſacerdos cur ſolus aduenisset ſciſcitabatur: dum eſurientibus panem propoſitionis dedit, ad depellendam famem: Doeg Idumaeus, de regiis miniſtris, non ſeruis, coram in tabernaculo aderat.

אביר הרעים אשר לשאול׃

Abbir haronhim aſcer leſcaul.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus:

Praepotens Paſtorum Saul.

ὁ δυνάτος τῶν ποιμένων τοῦ Σαοὺλ.

Hoc eſt. Praefectus, vel praepoſitus Paſtorum. Vel. Qui paſtoribus Regis praeerat. Qualem ἀρχιποίμενον Graeci vocant.

Sed in hiſtoria Abimelech, etiam animaduertere & notare licet: quanti etiam tunc Paſtores aeſtimati eſſent. Cum illum Achuzat Paſtorem, vel potius (vt credere par eſt, argumento alterius, qui Dux erat exercitus) Paſtorum Regis praepoſitum: ſocium ſibi itineris Rex aſciſceret. Eúmque ipſum Achuzat, tantus hiſtoricus, tanti faciat: vt exercitus Imperatore digniorem fuiſſe ſcribat, dum anteponit. Valet namque argumentum ab ordine ſcripturae. Auth. de haered. & falcid. §. inordinatum.

Quare

Quare ſaepe numero mirari ſoleo, quomodo qui antiquiſſimum volumen, ante duo millia annorum Graecè reddiderunt: altero loco, qui eſt lib. 1. Samuel. cap. 21. 7. conuerterint.

אביר הרעים

Abbir haronhim.

νέμων τὰς ἡμιόνυς. Id eſt.

Paſcens mulas.

Altero autem, qui eſt Geneſ. 26. 25. tranſtulerint.

מרעהו *merenheu.*

νυμφαγωγὸς αὐτȣ̃.

Quod nomen, ad illum ſeruum, domus, Abrahae, diſpenſatorem (οἰκονόμον Graeci dicunt) aptum eſſet: qui Meſopotamiam proficiſci iuſſus, vt de ſtirpe & genere Domini, filia Iſaac nuberet: Rebeccam gnatam Bathuelis, filij Nachor fratris Abrahae, Iſaac deſpondit: datiſque nuptialibus donis ſponſam duxit in Canaam. Geneſ. 24.

Ille enim νυμφαγωγὸς fuit. Id eſt, ac ſi Hebraicè dixeris.

כלה שובב

Challah ſcioueb.

Latinè autem.

Sponſam ducens.

Etenim de Achuzat nihil tale accepimus: ſed tantummodo מרעהו *merenheu*, textus Hebraeus habet. Quod nomen, non minus Paſtorem ſignificat, quàm in locis ſupra citatis: & in locis infrà per totam Annotationem examinandis. Et quàm etiam in cap. 38. eiuſdem libri Geneſ. Vbi memoriae prodita res geſta eſt: quando Iudas complexu venereo, cum Thamar iunctus eſt, neſciens nurum.

Nam cum Suanh vxor Iudae mortem obiiſſet, eiúſque acerbum interitum lugere deſiiſſet vir: Thamnas ſe conferebat, cauſa tondendi oues. Et ſicut ibi ſcriptum eſt.

הוא וחירה רעהו

Hu vechira renheu.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

αὐτὸς καὶ χῖρας ὁ ποιμὴν αὐτȣ̃.

Ipſe & Chiras paſtor eius.

Cúmque in itinere Thamar reperiſſet, quae iamdudum viduitatem & ſolitudinem vitae in paternis aedibus pertaeſa, agere moleſtè ferens, vt eum tunc falleret, habitum veſtéſque mutauerat, ac inſtar

ſcorti ſedebat in biuio: eius amore potitus Iudas, cum primum ad gregem peruenit, cupidus ſatisfacere promiſſo, atque pignora recuperare, quae dederat: haedum ad mulierem miſit. Et ſicut ibi ſcriptum eſt.

ביד רעהו

Beiad renheu.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

διὰ χειρὸς τοῦ αὐτοῦ ποιμένος.

Per manum Paſtoris ſui.

Et vt ex paulò ante ſcriptis coniicere licet, per manum eiuſdem Chiras, qui ſecum Thamnas venerat: qui eius Caprarius eſſe debebat, vt mihi videre videor, per haedum mercedem amoris. Vel quoniam oppidò in paſtorali officio, adiutor, & adminiſter Iudae eſſet Chiras: qualis operarius, vel mercenarius mercede conductus, cuius non ſunt oues.

Qualem apud Homerum, Eumeus ſubulcus, ignotum ſibi Vlyſſem, ſtabulorum cuſtodem ſeriò optabat: cum eum Telemachi iuſſu, cui pater ſe patefecerat, quaſi pauperem hoſpitem, ex agro, Ithacam ducturus eſſet. Odyſ. ρ.

. . . . ἧς ἂν ἐγώ γε
αὐτοῦ βούλοιμην σταθμῶν ῥυτῆρα γίνεσθαι.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

. . . . aſt ego certè,
Ipſius eſſe hunc vellem cuſtodem ſtabulorum.

Et qualem eundem Vlyſſem, Melanthius Caprarius, exprobrandi cauſa, vellicabat: cum petulanter nimis cum eodem Eumeo ſubulco, ad fontem prope ciuitatem, inter alia iurgia, ſic iurgaret. Odyſ. ρ.

τόν κ' εἴ μοι δοίης σταθμῶν ῥυτῆρα γίνεσθαι
σηκοκόρον τ' ἔμεναι θαλλόν τ' ἐρίφοισι φορῆναι
καί κεν ὀρὸν πίνων μεγάλην ἐπὶ γουνίδα θεῖτο.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Hunc mihi ſi fieri des cuſtodem ſtabulorum,
Atque gregis noſtri ſpeculatorem, quo alat haedos.
Quippe gulam ſero faceret pinguedine plenam.

Et tales enim largo modo Paſtores vocantur: licet màgis propriè cuſtodes. Sicut lib. 1. Reg. cap. 17. 20. Quando Dauid adhuc paſtor, mandato patris, ex agro deſerto in caſtra iturus, reliquit gregem על שמר *uhal ſciomer*, cuſtodi. Vel quod ſocius paſtor Chiras Iudae eſſet: vt qui,

qui, cum Iuda, pecorum ſocietatem coiſſet. Tales enim & hodie ſocij vocantur, & paſtores magis propriè.

Et id potius crediderim, propter nomen רעו *renheu*, quod Paſtorem eius ſignificat: quod repeto, ob vehementem vtilitatem. Qui namque opilio eius verterunt, neſcio, qua permoti animi diuinatione fecerunt. Tametſi ſub Paſtore, Opiliones contineri, omni aſſeueratione affirmamus. Quemadmodum etiam, idem dicimus de Caprariis, Bubulcis, caeteriſque pecudum cuſtodibus: quos ſupra commemorauimus. Omnes enim veniunt appellatione Paſtoris: ſicut eius ſpecies. Vt enim equus, aſinus, bos, elephas, caeteraéque ſpecies animantium, veniunt ſub genere animalis. Ita Opilio Caprarius bubulcus, reliquíque, qui equos, camelos caeteráſque pecudes cuſtodiunt, veniunt ſub genere Paſtoris.

Pro vt etiam de pecore idem contingit: quod praedicatur de pluribus differentibus ſpecie. Quoniam quidem pecudis appellatione quadrupedes continentur, quae gregatim paſcuntur. l. legatis. §. pecoribus, & l. ſeruis. ff. de leg. 3.

Quemadmodum videre ignoro, quamobrem de praepoſito Paſtorum Regis Saul, ſcripſerint, qui Graecè verterunt.

νέμων τὰς ἡμιόνας.

Paſcens mulas.

Cum in textu Hebraeo non ſit, an mulas, vel equos, vel boues paſceret: ſed tantummodo, ſcriptum ſit.

אביר הרעים

Abbir haronhim.

Praepoſitus Paſtorum.

Ac quemadmodum fecimus lib. Iudicum, cap. 14. in Samſonis hiſtoria: vbi textus Hebraeus habet.

ויהי בראותם אותו

Vaiehi berotham otho.

ויקחו שלשים מרעים׃

Vaÿcchu ſceloſcim merenhim.

Vbi editio vulgata, & aliae Latinae, & etiam Pagnini conciuis: nec non, & Graecae editiones.

καὶ ἐγένετο ὅτι εἶδον αὐτὸν,
καὶ ἔλαβον τριάκοντα κλητοὺς.

Cum ergo ciues illius loci, vidiſſent eum,
Dederunt ei ſodales triginta.
Et fuit, cum vidiſſent eum,
Acceperunt triginta ſocios, & fuerunt cum eo.

Cum nomen מרעים *merenhim,* non ſodales, vt vulgata: neque ſocios vt Pagnin: neque κλητοὺς, id eſt, celebres, vel vocatos, aut optatos, vt Graeci Codices: ſed Paſtores ſignificet. Quemadmodum iam dudum Graecè & Latinè nos vertimus.

Et factum eſt, quod videntes eum,
Acceperunt triginta Paſtores.
καὶ ἐγένετο ὅτι εἴδοντες αὐτὸν,
ἔλαβον τριάκοντα ποιμένας.

Hoc eſt. Videntes Samſonem Thaumanthaei, ciues videlicet ciuitatis Thamna, vnde Samſon vxorem acceperat: vt familiaritatem cum eo coirent, dederunt ei triginta Paſtores, qui vnà cum eo eſſent.

Nihil enim appetentiùs ſimilium ſui: nihílque magis familiaritatem conciliat, quàm morum ſimilitudo. Etenim Samſon Paſtor erat, vt patet cap. 15. Cum vxorem inuiſere volens, haedum ei afferebat.

Sed iam ad ipſorum verſuum Cantici explanationem accedamus, quibus Salomon eo nomine רע *reanh,* vſus eſt, eiúſque verbo: ſeruato ordine, vt ſe habent in Cantico, ſicut fecimus in praecedenti Annotatione Amor.

LOCVS

LOCVS PRIMVS.

PRIMVS igitur locus, qui ſe offert, vbi Salomon eo nomine רע *reanh*, vſus eſt: eſt verſus primae partis, vbi inſignibus equis & curribus, ſanctorum populorum Paſtricem Sponſam aſſimilauit. Vbi per currus, & equos, quorum in militia maximus eſt vſus: bella Eccleſiae oſtendit, quae ad expugnandos hoſtes Chriſtiani nominis, mundúmque carnémque & diabolum, & ad debellandos haereticos, gerere debebat, atque opus habet.

לססתי ברכבי פערה

Leſuſathi beribche Pharnhoh.

דמיתך רעיתי׃

Dimmithich ranhiathi.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Equis cum curribus Pharaonis,

Paſtrix mea comparaui te.

Ἵπποις σὺν τοῖς δίφροις τοῦ φαραώ,

παραβέβληκα σε ὦ ποιμήν μου.

Nam (miſſo nomine רעיתי *ranhiathi*, de quo ſatis ſuprà diximus, in praemiſſis tribus rationibus & earum concluſione) י *iod*, appoſitum nomini לססת *leſuſath*, non ſtat loco pronominis poſſeſſiui, ſed abundat: ſicut crebrò in lingua Sancta. Sicut Pſal. 68. In quo agitur de donis gratiarum, quae in die Pentecoſtes Apoſtoli recepturi erant, per Spiritum ſanctum. verſ. 5.

אבי יתמים ודין אלמנות

Abi iethomim, vedaïjan almanoth.

Vbi י *iod*, appoſitum nomini אב *ab*, nihl ſignificat. Neque vertitur verſus.

Pater meus.

Sed abſolutè.

Pater pupillorum & Iudex viduarum.

ὁ πατὴρ τῶν ὀρφανῶν, καὶ κρίτης τῶν χηρῶν

Hoc eſt. Cui שמו ביה *beiah ſcemo.* Nomen F V I T. τὸ ὄνομα ἦ N, coram eo exultate. Sic 1.Petri 1.6.

In quo exultabitis.

Hic namque pupillorum: eorum videlicet, qui omni ſtudio ſenſúque mentes ſuas ad ipſum Deum flexerunt: pater eſt. Huiuſmodi enim orphani ſunt, qui patrem ampliùs mundum non habent. Atque hic oppidò viduarum: animarum ſcilicet, quae mundum maritum funditùs repudiarunt: Iudex eſt. Huiuſmodi enim animae verè viduae ſunt, quibus mundus mortuus eſt. Taléſque alacres ante Deum exultabunt in victoria: quoniam mundum enimuerò vicerint, ac ſubegerint.

Sic Geneſ.4.20.& 21. Vbi primi nati progeniem Moyſes numerans percenſet: Lamech (qui Cain atnepos fuit, Adae verò trinepos) ex Ada altera vxore, binos filios habuiſſe narrat. *Quorum alter* (inquit) Iabal, היה אבי *haiah abi, Pater fuit, habitantium tentorium.*

Alter autem Iubal היה אבי *haiah abi, Pater fuit pulſantium citharam & organum.*

Cùm tamen vocabulum אב *ab*, per ſe nomen patris ſit. Sicut eod. lib. Geneſ.cap.17.4.& 5. Vbi cùm Deum cum Abraham foedus iecisſe diuinus idem hiſtoricus exponit: Deum in haec verba, cum Abraham loquentem inducit.

Ecce enim ego ferio foedus tecum.
והיית לאב המן גוים
Vehaÿtha leab hamon ghoim.
Eriſque pater multarum gentium.
Neque vltrà vocabitur nomen tuum Abram:
Sed Abraham erit nomen tuum.
כי אב המן גוים נתתיך
Chi ab hamon ghoim nethatthicha.
Quoniam patrem multarum gentium dedi te.

Sic Geneſ.29.10. Vbi Iacob, vt ex animi patris ſui ſententia, de ſua agnatione coniugem duceret, Padan venit: cùm in agro in paſtores incidiſſet, qui Rachelem illi oſtenderunt, paſcentem gregem patris: illicò à fonte ablato puteali poſtquam.

וישק את צאן לבן אחי אמו
Vaÿaſc eth tſon laban achi immo.
Potum dedit gregi Laban fratris matris ſuae.

Quem

Quem Rachel paſcebat: Rachelem Iacob oſculatus eſt, cùm illi ſignificaſſet.

כי אחי אביה הוא

Chi achi abiah hu.

Quod eius patris frater eſſet.

Cùm tamen vocabulum אח *ach*, per ſe nomen fratris ſit. Sicut Pſ. 35. 14. Vbi regius Propheta de glorioſa paſſione agens: dum Meſſiam inducit pleraſque moleſtias commemorantem, quas pro eius beneficiis Iudaeus populus, omníſque peccator illi retribuit: verſum eximij in illum populum, omnéſque peccatores, amoris, Meſſiam interſecare facit.

כרע כאח לי התהלכתי

Chereanh cheach li hithallachthi.

כאבל אם קדר שחותי:

Cheauel em coder ſciachothi.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus:

Quaſi paſtor, quaſi frater meus ambulaui.

Quaſi mater moerens atratus interij.

ὡς ποιμὴν, ὡς μου ἀδελφὸς ἐπορεύθην

ὡς μητὴρ στένει, μελάνος ἀπέθανα.

Hoc eſt. Ego quidem pater aeterne (Meſſias loquitur) per omne vitae tempus, quod mihi circumſcripſiſti: vt paſtor, in meo munere fungendo me tractaui: & vt frater meus hic populus omníſque peccator eſſet, aduerſus eos me geſſi. Atque vt te placarem, qui eorum ſceleribus laeſus violatúſque, nulla alia re, niſi meo ſupplicio expiari poteras: quaſi mater, quae vnici filij mortem moerens, pullo amicta incedit amiculo, proprio ſanguine atratus prodij, mortémque obij.

Sic Pſal. 49. 8. qui eſt contra gentes, & generaliter contra eos, qui incorrecti & inemendati ex hac vita diſcedunt; de inferni aeternitate, moeſto & flebili carmine reprobis Propheta canit.

אך לא פדה יפדה איש

Ach lo padoh iſdeh iſc,

לא יתן לאלהים כפרו:

Lo itthen lelohim choſro.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Frater non redimet, redimet vir? (certè non)
Non dabit expiationem eius Deo.

ὁ ἀδελφὸς οὐ λυτρȣ̃ται, λυτρώσεται ὁ ἀνήρ;
οὐ δώσει τῷ Θεῷ τὸ αὐτȣ̃ κάθαρμα.

Hoc eſt. O peccator, qui nihil aliud praeterquam mundi huius bona fortunas, opes, poſſeſſionéſque parare ſtudes, partíſque fidis. Quaſi verò, res humanae perennes ſint, & perpetuae, & non potiùs breues ac fugaces: & tales vt de inferno eximere non valeant.

O peccator, qui nil aliud, quàm opulentiam, copiam, abundantiam, atque affluentiam omnium rerum, ex ſanguine humano accumulare deſudas: ínque cumulatis ſpem ponis. Quaſi verò, quae omnia infra Lunam ſunt, ſtabilia firmáque ſint, & non potiùs mortalia atque caduca: & quae letho dato liberare non poſſint.

O peccator, qui nihil aliud, quàm honorem, amplitudinem, dignitatem gloriámque, etiam ſaepè contra ius fáſque congerere curas. Quaſi verò, poſt funera illis diuinum numen expiari queat.

Quod profectò non eſt ſic. Immò verò praeterquàm quod non ſunt diuturna quae mundus dat: ſed ad exiguum tempus durant, & malè parta malè dilabuntur. Vna ſumma eſt, quod cùm ſemel in infernum deſcenderis: non falſa virtus, non ſimulata religio, non inanis gloriola, non fallaces diuitiae te iuuabunt, Non fratres, non propinqui, non neceſſarij, non beneuoli, non denique ad extremum Meſſias iterùm te redimet. Stat enim immutabilis ſententia Dei: quod de inferno quidem pedem referre non licet. Et haec dè nomine לססתי *leſuſathi*.

Et ב *beth*, affixum nomini רבבי *ribche*, non ſtat pro in: ſed vice עם *nhim*, cum Latinorum. Quemadmodum Exod. 15 in hiſtoria ſubmerſionis Aegyptiorum, quam modò tangam, in fine Cantici.

כי בא סוס פרעה
Chi ba ſus Pharnhoh
ברכבו ובפרשיו בים
Beribcho vbparaſciau bayam.

Id eſt ad verbum de Hebraeo exprimendo.

Quoniam intrauit equius Pharaonis
cum curru ſuo, & equitibus eius in mare.

ὅτι εἰσῆλθεν ἵππος τȣ̃ φαραὼ
σὺν τῷ διφρῷ αὐτȣ̃, καὶ ἱππεῦσι αὐτȣ̃ εἰς θάλασσαν.

Et

Et eſt figura ſynecdoche, pars pro toto, equus pro equite, currus pro curribus: modus loquendi vſitatus in ſacra pagina. Vt ſcripti ſignificatio ſit, verborum ſententiam accipiendo: Quia cum bigis quadrigíſque & equitatu, mare Pharao ingreſſus eſt.

Aſſumit autem Salomon in Cantico equos, quorum magnus eſt vſus in bello, dum eos, in exercitu equitant electi equites: éxque eis varia armatura armati, contra hoſtem praelio dimicant. Pharaonis autem equos, ob equorum excellentiam, quos Aegyptus gignit: quare inde Rex Salomon magno emere ſolitus erat. 3. Reg. 10.

Currus autem Pharaonis ſimiliter accipit, quoniam aurigarum artifices Aegyptij, ſingulari opera, & ſumma arte quadrigas elaborabant: non ſolùm ad inſtrumenta & ſarcinas & impedimenta circunferendum, & itinera faciendum, vehendúmque recreationis gratia: verùm enimnero etiam ad bellorum vſum.

Quandoquidem in bigis quadrigíſque conſiſtentes inſtructi paratíque pugnabant antiqui priſcíque: qui praeter equeſtres pedeſtréſque copias, curules etiam habebant. Sicut veteres illi Aegyptij, de quibus paulò ante mentionem fecimus: qui Dei populum perſequentes, rubri maris voraginibus ſubmerſi ſunt. Quorum exercitum ex illis tribus copiis conſtitiſſe, ſacra pagina docet: ſi prototypum quis attentè legat. In quo habetur, quod cum decreuiſſet Rex Pharao, perſequi filios Iſrael (non erubeſcens, quod non ſolùm ipſe Rex praeci-diſſet licentiam libertatémque exeundi: ſed etiam quod totus Aegyptus timore magno perculſus proſtratúſque, eorum terra expuliſſent) currum ſuum regium apparari iuſſit, & praeterea ſexcentos currus electos: & inſuper omnes currus Aegypti. Cum quibus & equitatu & peditatu, caſtra populi Dei ſequutus eſt: maréque ingreſſus eſt ipſe Rex, non eques, ſed curru vectus, ſicut etiam principes regni eius. Exod. 14.

Sic Philiſteos legimus, contra Regem Saul pugnaturos, exercitum confeciſſe triginta millia curruum, atque equitum ſex millium: peditúmque adeò magnum conuentum, vt nemo eſſet, qui rationem numerúmque haberet. 1. Reg. 13.

Sic de eodemmet Rege Salomone noſtri Cantici autore, ſacra pagina narrat: quod poſtquam regnum praeſidiis firmare decreuit, copias comparauit: curruum quidem mille quadringentorum, equitum verò duodecim millium: quas per ſingulas ciuitates diſpoſuit. 3. Reg. 10.

Ac quemadmodum ad Troiam pugnatum ſcimus, & in Latio, cum à Troia fugiens Aeneas cum Teucris venit: vel maxime Homero & Virgilio autoribus. Apud quos paſſim cum res geſtas, & bella narrant & praelia, ex curribus dimicatum legimus. Velut cum de acri Graecorum Diomede & Hectore omnium Troianorum fortiſſimo

canit Homerus. Quorum alter. ιλ.ε.

> ἔνθ' ἕκτορ δύω φῶτε κάτεκτανεν, εὖ εἰδότε χάρμης
> εἰν ἐνὶ δίφρῳ ἐόντε, μενεσθῆν ἀγχιάλοντε.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

> *Tunc Hector binos occidit marte peritos*
> *Meneſthem in curru ſtantem & Anchialúmque.*

Alter ſimiliter duos Priami filios. Et velut de Ductore Dardanio Virgilius, ſtrenuóque Pallante, Quorum alter.

> *Tum Pallas biiugis fugientem Rhoetea praeter*
> *Traiicit. ....*

Alter ſimiliter Lucagum, fratrémque Ligerum.

Igitur per equorum praeſtantiam, currúſque Pharaonis: qui regio ornatu & magnificentia (vt credere par eſt) elaborati, omnium ſermone celebrabantur, caeteróſque Aegyptios currus: Eccleſiae belligerandum proponit. Atque vt mihi pium videtur: pro religione, pro cultu, pro fide aríſque Sponſi: & pro ipſius Sponſae focis, ſedibúſque & depulſione mali, & adeptione boni, quod eſt vita aeterna.

Quod ſanè quidem omnibus temporibus impletum eſt. Cum ab ipſo ſui primordiö, vſque ad Meſſiae ortum, per Abraham, per Moyſem, per Ieſum Naue, per Gedeonem, reliquóſque Iudices & Reges: & poſt eiuſdem mortem, per innumeros Duces, Imperatores, Praefectos, tot bella geſſerit Sponſa Paſtrix, eadémque Regina: tot praelia fecerit: toties cum hoſte in acie pugnauerit, vt nunquam modum finierit, ſicut annales & hiſtoriae ſuggerunt: nec finitura ſit, donec Eccleſiae imperium, orbis terrarum terminis finiatur.

Neque verò ſolum bella exhauſta, contra barbaricas gentes, feras potius, quam homines: qui Deum non agnoſcentes, omnia iura diuina & humana peruertunt, geſſit Eccleſia Paſtrix, gerétque: & aduerſus etiam falſos Dei cultores, & haereticos, caeteróſque ab ea diuiſos: ſed & inexhauſta etiam aduerſus ſenſualitatem, & daemones principes tenebrarum harum.

Quemadmodum noſtris temporibus vidimus, anno noſtrae ſalutis M. D. LXXI. cum Sponſi Vicarius Pius V. icto cum Hiſpano, Venetíſque foedere, M. Antonio Columna, nobiliſſima Romani ſanguinis ſtirpe progenito: & Ioanne Auſtriaco Caroli V. Imperatoris notho, Hiſpani Regis fratre: & Sebaſtiano Veniero viro clariſſimo, Reipublicae Venetae ſupremo decore, inuictis bellorum Ducibus, claſſi Praepoſitis, Turcas nauali conflictu, ad Echinadas Inſulas deuicerunt.

Et cum anno poſt, iuſſu Chriſtianiſſimi Regis Caroli IX. ad purgandum Chriſtianiſſimum regnum, de Sponſa, multis modis, benemeritum

nemeritum ad L x. millia haereticorum (vt hiſtoriarum monumentis eſt proditum) caedes facta eſt in Gallia. Inter quos Lutetiae Pariſiorum, vbi ad x. millia occiſi ſcribuntur, Princeps Gaſpar Colignus, Praefectus maris, cum aliis Principibus, Galliae Proceribus, trucidati ſunt. Poena debita, in mitiorem commutata: vt qui igne cremari debuerant, gladio interimerentur. Ac ſicut quotidie fideles, Sponſi gratia adiuti, tentationibus carnis daemonum mundíque reſiſtunt.

Quapropter viri fortes Sponſae Paſtricis commilitones, qui rem bellicam adminiſtrant, qui ad vſum ac diſciplinam belli peritiſſimi ſunt, quorúmque opera eximia in maximis rebus gerendis Sponſa vtitur: omnes accincti ſunt gladio, propter pauorem nocturnum. infrà part. 3.

Quo ſcilicet & tueantur fines Eccleſiae, ab excurſionibus inimicorum, haereticorúmque omniúmque infidelium, qui de nocte ſemper tenebríſque inuadunt, ob eorum horribilem caecitatem mentis: & vt corporeas voluptates execent, reliquáſque illecebras, quae nocte praecipuè infeſtant: atque humanos ſenſus procul pellant, vt diuinos aſſequantur.

Quamobrem & Apoſtolus Epheſ. 5. pluribus verbis fideles hortatur, vt ſe arment armatura Dei: lorica iuſtitiae, ſcuto fidei, galea ſalutis, & gladio ſpiritus, quod (inquit) eſt verbum Dei. Vt in ea, quae fidelibus eſt colluctatio aduerſus inſidias diaboli, & carnem & ſanguinem, tenebráſque reſiſtere poſſint: & tela ignea extinguere, & ſtare. Hoc eſt. Non cadere, neque vinci. Quod profectò Paſtrix Sponſa facit, atque efficit, quae (vt diximus) tenet ſemper arma: quae continenter ſcutis teliſque armata eſt: vt & tecta ipſa eſſe poſſit, & prouocare incredulos, & reulciſci laceſſita. Itaque nimirum hoc illud eſt, quod par. 6. de ea Sponſus ſemel atque iterum canit.

אימה כמגדלות

Aiummah chammigdaloth.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

καταπληκτικὴ οἷον τὰ σημεῖα.

Perterrens vt vexilla.

Ecce alia ſynecdoche. Signa pro copiis, pro legionibus, pro exercitu, Non enim ſigna timentur, nec caſtra: ſed militum cohortes cunei & phalanges, equitúmque turmae, ex quibus exercitus conſtat. Sicut alias ad ſenſum reſpicientes verteramus.

Φοβερὰ οἷον οἱ ἰσχυροὶ στόλοι.

Formidabilis vt fortis exercitus.

Pauenda vt inſtructa acies.

Sed de hoc verſu ſuo loco agemus.

LOCVS SECVNDVS.

SECVNDVS locus nominis רעיתי *ranhiathi*, quod hactenùs Amica mea & Proxima, id eſt, πλησίον μȣ̃, conuerſum reperitur: eſt verſus eiuſdem primae partis Cantici: vbi alternis verſibus, viciſſim alterius laudes amantes, canentes, pulchram Paſtricem ſuam Sponſus appellat.

הנך יפה רעיתי

Hinnech iaſah ranhiathi.

הנך יפה עיניך יונים:

Hinnech iaſah nhenech ionim.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

ἰδȣ̀ σὺ καλὴ ὦ ποιμὴν μȣ

ἰδȣ̀ σὺ καλὴ, ὄφθαλμοι σȣ̃ περίστεραι.

Ecce tu formoſa, Paſtrix mea

Ecce tu formoſa, oculi tui Columbae.

Cùm enim ſuprà Sponſus Eccleſiam Sponſam ſuam populorum Paſtricem à collo, geniſque laudaſſet: genas cum turturibus comparando, & collum monilibus. Quorum alterum, quod capiti ſubiectum eſt, Apoſtoli ſunt, qui ſapientia & operibus fulgent, vt auro torques gemmíſque: alterum ſanctae animae, quae nequaquam ſe alteri copulant, inſtar Turturis, cùm coniugem amiſit. Paſtrix autem Sponſa, vt laudum vices redderet, liguſtro & Myrrhae Paſtorem contuliſſet: de quo ſcriptum eſt à nobis in Annotatione Amor. ll. 3. & 4. Tunc Paſtor.

Ecce tu formoſa Paſtrix mea.

Ecce tu formoſa, oculi tui Columbae.

Hoc eſt. Quid Paſtrix mea, tui praeſtantis corporis, ſingulas partes, quid ſingula membra commemorem? cùm formoſa tu ſis, formáque pulcherrima Paſtrix?

Formoſa, inquam formoſa, quae ius naturale ſeruas, quo binis tantùm capitibus, quiſque iubetur, alteri facere, quod ſibi vult: & prohibetur, alij inferre, quod ſibi nolit.

Formoſa

Formoſa,inquam formoſa,qua duarum tabularum praecepta exauris: quorum alterum cultum diuinum includit: alterum cum caeteris hominibus commercium.

Formoſa,inquam formoſa,quae Deum diligendo ſuper omnia: & proximum ſicut te ipſam: bina maxima mandata efficis, in quibus omnis lex poſita eſt,& Prophetae.

Formoſa, inquam formoſa, quae in binis meis teſtamentis, meae voluntatis iuſtam ſententiam ſcriptam, curas diligenter: quam non quiuis alius praeter te, poteſt agnoſcere.

Et formoſa tandem, quoniam praeter caeteras tuas formoſitates, quae mouent oculos & delectant. Oculi tui,id eſt Praelati, qu: caeteris prȩſunt,ſunt Columbae.

Quoniam profectò,ſicut Columbae gregatim volant, & extraneas ſecum in ſocias ſibi aſciſcunt: ita tui Praelati congregant extraneos ſecum ad mei cultum, atque peregrinos aduenáſque recipiunt & hoſpitantur.

Quoniam quidem,inſtar Columbarum,quae tam ſuos,quàm alienos pullos nutriunt: & tui Praelati tam extraneos,quàm ſuos propinquos nutricantur,benefaciendo, praebendóque victui neceſſaria, docendóque & inſtruendo, quae ad fidem pertinent animarúmque ſalutem.

Quoniam ſanè,ſicut Columbae felle carent,oſculantúrque ſe inuicem: ita & tui Praelati ſe inuicem cunctúmque populum amplectuntur,oſculantúrque oſculo pacis: & amaritudinem ipſi non habentes, curant ne quid ſit amari: neque ſtomachantur cum gregibus, niſi ad coërcenda peccata.

Ac tum praetereà, quemadmodum Columbae pugnant eleuatis alis: ſic & tui Praelati pugnant oratione, quae eſt eleuatio mentis ad Deum,& priuatim Deum rogantes,& publicè in templis,eleuatis manibus vt Moyſes ſeruus meus, & Rex Salomon, ad mei memoriam, hoſtias mihi iugiter offerunt.

Et ſicut Columbae, paruos lapillos edunt: ita & tui Praelati, paruos gregum ſuorum,& quoſuis puſillos, vnde vnde ſint, edunt,id eſt, aggregant Eccleſiae. Vt meorum Apoſtolorum Principi, figuratè oſtenſum fuit in linteo, in quo erant animantia omnis generis;dicto. Macta & manduca.

Atque ſunt enimuerò tui Praelati Columbae, quoniam vt vndique poenitétiam aucupentur, in lectis, non ſtratis conchyliato periſtromate dormiunt:verùm laneis duríſque,vt Columbae, quae duros ſibi nidos conſtituunt: non vt caeterae aues, quae quam molliſſimos ſibi ſubſternunt.

Et ſunt denique tui Praelati Columbae, quoniam praeter caetera, in quibus Columbas imitantur,vt in eſu,gemitu,volatu,& aliis quam

plurimis, quae enumerare longum eſſet, ſimplices & mundi ſunt: ſicut eſſe oportet & decet, ad mundè & ſimpliciter intuendum, contemplandúmque ſacramenta, réſque ſacras, diuináſque literas.

Quae omnia magis enimuerò manſuetudine ſpiritus, quàm artificioſis argumentationibus, & ſophiſmatibus intelliguntur. Qua de cauſa, cùm tecum in terris degerem, tibi me tradidiſſe memini: ſimplicem oculum eſſe debere. Luc. 11. & ſimplicem te ſicut Columbam. Matth. 10. Simplices enim digni ſunt, qui Dei filij ſint. Philip. 2.

Quamobrem quoniam magnum ſpecimen pulchritudinis in te eſt, meritò ac iure, coniux aſtas ad dexteram meam, amicta aureo amiculo, gemmis diſtincto: ſicut meus Regius Propheta cecinit. Pſ. 45. 10.

נצבה שגל לימינך

Nitſeüah ſceghel limincha

בכתם אופיר

Bechethem ofir.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Adſtitit coniux à dextera tua
In veſtimentis aureis.
παρέστη ἡ δάμαρ ἐκ δεξιῶ σοῦ
ἐν τῷ χρύσῳ τῷ ἱματισμῷ.

Non autem ἱματισμῷ διαχρύσῳ: veſtitu videlicet aureato.

Aureis namque veſtibus, donis nuptialibus Paſtrix regina amicitur: quas illi Paſtor aeternus donatione propter nuptias donauit, & induit, cùm filio ſuo eam deſpondit: ad eam quàm maximè ornandam, decorandámque. Quae ſunt virtutes Theologicae, caeteréque virtutes, & gratiae; per quas credit in vna diuina eſſentia Trinam perſonarum diſtinctionem, cum humanitate ſecundae: per quas Deum agnoſcit ſummum bonum, ac creatorem & Redemptorem, & glorificatorem: & per quas poſt funus, promiſſam gloriam, magno & erecto animo ſperat. Quare continenter abſque vlla intercapedine, in bonis ſe exercet operibus, ob binam eximiam pulchritudinem conſequendam: propter coeleſtia ſcilicet promiſſa, & propter Deum creditum amatum, optatúmque.

Et probatur veſtis aurea, non autem deaurata ex loco Iſaiae. 13. 12. Vbi Propheta. *Praecioſior homo* מפז *mippaz, lapide precioſo.* Vel ſecundùm alios, auro puro puto. Et tum repetit ob magnam certitudinem. *Et homo (precioſior)* מכתם *micchethem, pila vel mole quae maſſa dicitur,* אופיר *Ophir,* auri optimi: quale eſt, quod naſcitur in loco, qui dicitur Ophir, qui ſecundum aliquos eſt India. Et vtitur Propheta nominibus אנוש *enoſc,* & אדם *adam.*

Quorum

Quorum alterum hominem ſignificat terrenum, qui terrena cogitet. Quales ſunt plerique hominum, qui terrena duntaxat ſapere volunt. Reſpondétque cum Latino nomine, homine, quod ab humo deriuatur: quemadmodum ipſum nomen אדם *adam*, à luto, vel argilla rubra, ex qua homulus fictus eſt.

Alterum autem hominem ſignificat (ſicut ſuprà quarta parte dicebamus) dolore aſſuetum: neque habet Latinum nomen, neque Graecum, quod illi reſpondeat.

Nomen enim Latinum, vir, quo, fortes animo & excellentes lingua Latina nuncupat: & Graecum ἀνὴρ, quibus in Pſalmis & alibi Graecè, & Latinè vt hic, אנוש *enoſc*, hactenùs conuerſum eſt: reſpondent nomini איש *iſc*, quod virum pariter & maritum ſignificat: vt vir & ἀνὴρ.

Ambo autem nomina אנוש *enoſc*, & אדם *adam*, hominem operarium ſignificant: & eum, qui artes mechanicas exercet: eúmque, qui ſudore & labore victum quaeritat. Et generatim miſerum hominem: tum propter infinitas miſerias, quibus in hac vita, caeteris animantibus miſerior eſt: tum propter exiguum vitae tempus.

Et intendit Propheta oſtendere, quod nemo peccator, nunquam temerè deſperare debet, propter peccatum: ſed poenitentiam agens, ſperare in miſericordia Dei. Quoniam quilibet homo vulgaris ſe exercens in bonis operibus: & quilibet vilis ſeruulus, licèt peccatores, poenitentes tamen, auro atque auri maſſa pretioſiores ſunt.

Et ratio rationis ex ſuperioribus elicitur. Quia cùm anima plus ſit quàm corpus, & corpus plus quàm veſtimentum. Matth. 6. 25. coniux amicta auro, auro pretioſior ſit, neceſſe eſt.

LOCVS

LOCVS TERTIVS.

TERTIVS locus Cantici nominis רעיתי *ranhiathi*, ex tredecim, quos in hac Annotatione Paſtrix, interpretandos ſuſcepimus: eſt verſus ſecundae partis, ſecundùm vulgatam Latinorum partitionem & Graecorum: vbi Salomon Sponſae Paſtorem inducit, Eccleſiam ſuam Sponſam Roſae comparantem.

כשושנה בין החוחים

Cheſcioſciannah ben hacchochim.

כן רעיתי בין הבנות

Chen ranhiathi ben habbanoth.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Sicut Roſa inter ſpinas,
Non ſecus Paſtrix mea inter filias.

ὥσπερ ῥόδον ἐν μέσῳ ἀκανθῶν,
οὕτως ἡ ποιμήν μου, ἐν μεσῳ τῶν θυγατέρων.

De quo, quoniam in proxima Annotatione Roſa dicturi ſumus, vbi propior locus erit: in hac agere ſuperſedebo.

LOCVS

LOCVS QVARTVS.

QVARTVS locus Cantici nominis רע *reanh*,eſt verſus eiuſdem ſecundae partis, ſecundum vulgatam Latinorum partitionem & Graecorum: qui tertiae partis eſt, ſecundum eos,qui Canticum in decem cantica diuidūt: & ſecundi actus, iis, qui tragicoemediam faciunt. Vbi Salomon Spiritu ſancto afflatus, Paſtricem Sponſam inducit referentem filiabus Hieruſalem:quomodo ipſam à tenebris,ad nouam vitam Paſtor excitauerit.

קומי לך רעיתי

Cumi lach ranhiathi.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus,

Surge tu Paſtrix mea.

ἀνάστηθι συ ὦ ποιμένη μου.

Praeuidens enim Salomon, qualiter ſtato tempore Meſſias naſceretur,ac peracto curſu ſuae peregrinationis, pro humano genere pateretur, reſurgerétque à mortuis:quaſi iam tunc haec omnia peregiſſet, ad vna ſecum reſurgendum, atque fructibus ſuae reſurrectionis fruendum, potiendúmque, Paſtricem Sponſam inuitare facit.

Cum enim per primi parentis praeuaricationem, omnia bona amiſiſſet homo, quae habebat ante peccatum:quando vſum habebat omnium rerum naturalium:quando innatam ſcientiam habebat omnium rerum creatarum:quando omnia animalia ad eius nutum obtemperabant: quando caro animae parebat, & rationi ſenſualitas: quando tanta erat ſuae libertas voluntatis,quod poterat ſtare in gratia,nec labi in peccatum:quando liber erat ab omni poena corporali: quando poterat non mori, ſi voluiſſet, nec aegrotare, edendo de ligno vitae, quod liberè eſſe poterat. Ab his & innumeris aliis miſeriis,hominem, Meſſias Sponſae Paſtor liberauit. Canit igitur Sponſus Paſtor.

Surge tu Paſtrix mea.

Hoc eſt. O Sponſa Eccleſia, mearum ouium, fidelium Paſtrix, non amplius ignorantiae claudaris carcere, néve in obſcuro, & in occulto iaceas: ſed ſurge à lege ad Euangelium, à tenebris ad lucem, & à morte ad vitam. Surge (inquam) & quod tuum proprium munus penſúmque eſt, & vnde tibi Paſtrix, cognomen partum: paſce, inſtrue, doce fideles meos: exortum eſſe in tenebris Meſſiam lumen rectis, paſſúmque reſurrexiſſe, vt & ipſi reſurgant. Et haec enim vt fideles mei credant, neceſſarium eſt, ad aeternam ſalutem.

LOCVS QVINTVS.

QVINTVS locus Cantici nominis רעיתי *ranhiathi*, eſt idem verſus cum ſuperiori: qui intercalaris, bis eadem ſecunda parte habetur. Vbi ſignis datis Propheta Salomon Meſſiae aduentus: ſurgendum iam à Sponſa, atque à terris tenebris, terraeque cauernis recedendum, ſecundum conſilium à Paſtore acceptum, eam canentem inducit.

קומי לך רעיתי

Cumi lach ranhiathi.

יפתי ולכי לך

Iafathi vlechi lach.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus:

Surge tu Paſtrix mea

Formoſa mea & abi tu.

ἀνάςηθι συ ὦ ποιμὴν μου

ὦ καλή μου, καὶ πορεύου συ.

Hoc eſt. Non amplius ô Paſtrix mea, tempus eſt, vt Aegyptiacam ſeruitutem perpetiaris: non amplius, vt modò huc, modò illuc captiua ducaris necerîſque: non amplius te decet manere ſub iugo peccati: non amplius te eſſe ſub vmbra veteris legis: non amplius conuenit requieſcere ſub caecis nubibus caeremoniarum: néve amplius in abditis & obſcuris ſolitudinibus clàm eſſe: ſicut hactenus propter hyemem, & aduerſas tempeſtates, magnóſque & aſſiduos imbres.

Cum enim ille ego aduenerim, qui ventis & mari impero: qui vultu coelum tempeſtatéſque ſereno: qui hyemem fugo tenebráſque noctéſque: quique tandem noua facio omnia: ſurgendum tibi eſt, vt relicta impiorum turba ſecuriùs liberiúſque me colas. Quemadmodum vt facias, & ager allicit, & tempus inuitat.

Nunc etenim, poſtquam ego veni in mundum, hyems ſeu bruma, id eſt, tempus ſeruitutis tuae, quae apud diuerſas nationes in ſeruitute & ergaſtulo fuiſti: vna ſimul cum captiuitate Satanae, atque frigiditate & nocte & obſcuritate prioris legis, tranſierunt.

Nunc pluuia peccatorum receſſit: & omnia vetera nouis ſuccedentibus abierunt in melius.

Nunc omnis ager, nunc omnis tellus floret: ſignis manifeſtis, at-

que deprehenſis generis humani ſalutis.

Nunc tempus הזמירים *hazzemirim*, id eſt cantuum, Pſalmorum & ſymphoniarum aduenit: vt omnes populi laudem gloriámque & confeſſionem meam verſibus celebrent: vt cantu vocum, neruorum & tibiarum omnis perſonet terra.

Nunc auium dulcedo, nunc vox Turturis: lex videlicet gratiae & intelligentia myſteriorum rerum celſiſſimarum, obſcurarúmque, per Spiritum ſanctum audita eſt, id eſt, patefacta & adaperta.

Ac ne quicquam deſit ad ſummam foelicitatem, ficus ad victus humani commoditatem nata, quae tamdiu infructuoſa fuerat: nunc foecunda facta, fructum fecit bonorum initiorum, bonorúmque operum. Simúlque Vinea Euangelica floruit, racemúmque protulit & omphacem: vt tranquillitas animi adſit & ſecuritas. Quandoquidem & ego illum antiquum ſerpentem fugaui, hoſtem humani generis: & omnes qui in me credunt daemonia eijciunt, ſerpentéſque tollunt pellúntque: Inſtar florum vinearum, quorum odor ſerpentes exanimat & interimit.

Quare age, rumpe moras: ſurge Paſtrix mea, è foraminibus petrae, ex abſcondito ſcalarum: ſurge è rupibus ſpecubúſque in quibus latitas: ſurge è latebris & receſſibus in quibus metu Tyrannorum abſconderis. Vt in apertis & propatulis locis te videam, ac principalibus orbis terris te audiam: omnia enim pacata ſunt.

LOCVS SEXTVS.

SEXTVS locus Cantici nominis רעיתי *ranhiathi*, eſt verſus primus quartae partis, ſecundum vulgatam Latinorum partitionem & Graecorum: & quintae ſimiliter primus, ſecundum eos, qui in decem partes Canticum ſecant. Vbi Salomon, binis primae partis verſibus repetitis: Meſſiam inducit, laudantem pulchritudinem Eccleſiae, è gentibus conuerſae.

הנך יפה רעיתי

Hinnech iafah ranhiathi.

הנך יפה עינך יונים

Hinnech iafah nhenech ionim.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Ecce tu formoſa Paſtrix mea.
Ecce tu formoſa, oculi tuae columbae.

ἰδὲ σὺ καλὴ ὦ ποιμένη μου,
ἰδὲ σὺ καλὴ, ὀφθαλμοὶ σοῦ περιστεραί.

De quo quoniam ſupra egimus in praeſenti Annotatione Paſtrix, loco ſecundo: & alias etiam, in alia Annotatione acturi ſumus, dicere nunc praetermittam.

LOCVS SEPTIMVS.

SEPTIMVS locus Cantici nominiſ רעיתי *ranhiathi* verſus eſt, qui in eadẽ quarta parte habetur, circa medium, ſecundùm LXXII. diuiſionem, & vulgatam Latinam editionem: & qui initio habetur ſecundae partis Cantici quinti, ſecundùm aliorum Latinorum partitionem, qui Canticum in decem Cantica diuidunt. Vbi Salomon ſingularem, eximiámque pulchritudinem Eccleſiae oſtendere volens: omni ex parte eam abſolutam & perfectam canit.

כלך יפה רעיתי

Cullach iaſah ranhiathi,

ומום אן בך׃

Vmum en bach.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Tota tu pulchra Paſtrix mea.

Et macula non in te.

ὅλη καλὴ ὦ ποιμὴν μου,

καὶ ὁ μῶμος οὐκ ἐν σοί.

Meſſias loquitur. Adeò Eccleſia Paſtrix mea, praeclara forma tua, adeò ſumma pulchritudo tua, adeò magna formoſitas tua: vt ne Momus quidem, quem Deum conuicij gentes autumant: qui omnia carpit, omnia rodit, omnia vellicat: cui nihil ſatisfacit: cuique conſuetudo eſt, omnibus in rebus, bonis etiam obtrectandi: quid in te reprehendat, inueniat: quidue tibi exprobret, aut obiiciat reperire queat.

Et iure merito. In quo enim accuſeris, cùm ſine macula & naeuo tu ſis? In quo crimineris, cùm ab omni prorſus reprehenſione tu abſis & labe? Nam cùm ego ob eximium meum erga te amorem, me ipſum tradiderim pro te, vt te ſanctificarem: mundans te lauachro aquae; in verbo vitae: vt exhiberem mihi glorioſam, non habentem maculam, neque rugam: tota pulchra tu, & macula non in te.

Neque verò ſolùm, quo ad praecipuas & nobiliores tuas partes: Matrem meam Virginem, omnino omnis peccati expertem, quemadmodum Deiparam decebat: Patriarchas, Prophetas, Praecurſorem, Apoſto

Apoſtolóſque: & alia membra tua, vaſa Spiritus Sancti: quae tanta perfectione fulgent, tantis virtutibus lucent, tantíſque gratiis ſplendent: vt ſine macula & labe dici mereantur, quo ad perfectionem viae.

Verùm etiam quo ad totum corpus tuum, collectum, in conciliis oeconomicis. In quibus tu mea Eccleſia, Paſtoris, Regis videlicet, officio fungens, iuráque dans populis: ſanctam & Catholicam fidem explicas, haereſes condemnas, ſacramenta declaras, mores corrigis, abuſus tollis, decreta de reformatione ſancis: ac denique omnia Paracleto praeſidente ſuo, non multitudinis arbitrio moderaris.

*

LOCVS

LOCVS OCTAVVS.

OCTAVVS locus Cantici nominis רע reanh, eſt verſus quintae partis, quem ſuprà expoſuimus in Annotatione Amor, l. 15. qui ita ſe habet.

אכלו רעים שתו

Ichlu renhim ſcethu,

ושכרו דודים׃

Veſciacheru dodim.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Comedite Paſtores bibite,
Et inebriamini amoribus.

φάγετε ὦ ποιμένες πίετε,
καὶ μεθύσθητε τῶν ἐρώτων.

Vbi Salomon (haec ſumma eſt) Meſſiam inducit, parato conuiuio, menſíſque conquiſitiſſimis epulis extructis: inuitantem Sanctos, ad ſecum epulandum, hilarémque in modum edendum & bibendum, ſeſéque inebriandum potionibus ſuis, eſcíſque ſpiritualibus, fructibus videlicet ſuae paſſionis. Sicut ſuprà latè dicebamus loco citato, ad quem Lectorem remitto.

LOCVS

LOCVS NONVS.

NONVS locus Cantici, vbi Salomon, eodem nomine רע reanh, vſus eſt: locus eſt eiuſdem quintae partis, qui octauo loco continens eſt: in quo mirificam Sponſae vigilantiam Salomon oſtendit. Quippe cum (ſicut ſuprà proximo loco dicebamus) Sancti cum Amore epulentur: potóſque & paſtos complectatur ſomnus, perfugium omnium vt laborum, ſic ſolicitudinum: Sponſa tamen, quae è Sanctis conſtat; ſic poſt epulas, ſe dat quieti, vt ſopito corpore animus vigilet. Quamobrem iam non Sponſam ſemiſomnem: vt quae vero ſopore, quo placat artus languidos, eſt ſoporata, verùm cor Sponſae, filiabus Hieruſalem audiamus canentem.

אני ישנה ולבי ער
Ani iaſcenah velibbi nher,
קול דודי רופק.
Col dodi rofec,
פתחי לי אחתי
Pithchi li achothi
רעיתי יונתי תמתי:
Ranhiathi, jonathi, tammathi.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Ego dormiens & cor meum vigilans.
Vox Amoris mei pulſat.
Aperi mihi ſoror mea.
Paſtrix mea Columba me perfecta mea.

ἐγὼ καθεύδω, καὶ ἡ καρδία μου γρηγορεῖ
φωνὴ τοῦ ἔρωτος μου κρούει
ἄνοιξόν μοι ὦ ἀδελφή μου,
ποιμένη μου, περιστερά μου, παντελής μου.

Hoc eſt. Filiae Ieruſalem, tametſi me cubantem videtis: non propterea me ita dormire credatis, ſicut caeteri homines faciunt, quibus per ſomnum curis eſt animus vacuus. Imò verò, licèt corpore ſopitam,

 animo

animo tamen me excubare ſciatis:tum ob procurationem rerum humanarum,ac operoſa negocia,quae me iugiter occupatam exhibent: tum ob inſtantiam quotidianam, & ſolicitudinem omnium Eccleſiarum.

Semper enim, haec me cura ſolicitat, angítque vehementer : quomodo munus mihi delatum expleam: quomodo partes mihi aſſignatas peragam : ac perſonam Paſtricis Eccleſiae ſuſtineam, quam mihi Amor meus,impoſuit. Ob quam omnes fideles, vbi vbi reperiantur, regere & gubernare,moderaríque debeo,ex officio,quo fungor. Sicut eodem meo Amore,eodémque meo Sponſo auſpice facio,faciámque perpetuò.

Et quonam modo,quaeſo vos, ſi me arctior ſomnus opprimeret: velut caeteros homines ſolutos ac curis liberatos ſolet: & non potiùs dormiens vigilarem : vocem mei Amoris, omnibus momentis, ad meum me munus penſúmque reuocantis,audirem ? Quemadmodum nunc cubantis eiuſdem, eiuſdémque excubantis complet aures meas dulciſſimus eius ſonus, honorificentiſſimè me compellans Sororem, Paſtricem,Columbam,atque Perfectam?

Et certè Sororem me alloquens compellat : quia Deus ab aeterno Amor meus,homo factus eſt,quando venit plenitudo temporis. ꝑ

Paſtricem autem, propter meam adminiſtrationem, quae latiſſimè enimuerò patet : ob curam mihi mandatam paſcendi gregis. ꝑ

Columbam verò,quoniam benignè omnia tractans : quaſi columba,quae vel modicum fel habet, curo vt quam minimũ inſit amari. ꝑ

Ac demum Perfectam,nam cùm me fecit Amor,omni parte expoliuit,& numeris omnibus abſoluit : ita vt omnino nil mihi deſit. ꝑ

LOCVS

LOCVS DECIMVS.

DECIMVS locus Cantici nominis רע *reanh:* eſt verſus prope finem eiuſdem quintae partis: qui idem in Annotatione Amor venit l.27. Vbi Salomon, poſtquam plurimis ornatiſſimis atque optimis verſibus, Sponſam exponere fecit filiabus Heruſalem, ſigna & notas ſui Amoris: ex quibus bene illis cognitus fuit: ita eam concludentem & perorantem inducit.

זה דודי וזה רעי
Zeh dodi vezeh renhi
בנות ירושלם׃
Benoth Ieruſcialaim.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Talis Amor meus & talis Paſtor meus
Filiae Hieruſalem.

τοιοῦτος ὁ ἔρως μου, καὶ τοιοῦτος ὁ ποιμήν μου
ὦ θυγάτερες τῆς Ἱερουσαλήμ.

Sed quoniam in Annotatione Amor l.27. citato, latiſſimè de hac Sponſae peroratione ſcripſimus: vt qui ſingulatim vnamquamque ex decem Amoris corporis partem commentati ſumus, eo ordine, quo à Sponſa ſunt recenſitae, vlteriùs hic repetere praetermittam.

LOCVS VNDECIMVS.

VNDECIMVS locus Cantici, de tredecim propoſitis, vbi Propheta Salomon, eo verbo רעה *ranhah*, à quo רעיתי *ranhiathi*, & רעים *renhim*, & רעי *renhi*, de quibus hactenus egimus, ſecundum eiuſdem propriam ſignificationem, vſus eſt: verſus eſt, ipſo initio ſextae partis. In quo Sponſam Paſtricem, inducit Propheta choro reſpondentem, ad interrogationem, de Sponſo, vbi terrarum eſſet. Etenim quoniam filiae Hieruſalem, de Amore Sponſo, ab eademmet Sponſa, res in omni memoria omnino inauditas, acceperant: aeſtuantibus deſiderio eum videndi, & propterea, in quam partem abijſſet, declinaſſetve, ſcitantibus, illa reſpondit.

דודי ירד לגנו
Dodi iarad leghanno,
לערוגות הבושם
Lanharughoth habboſcem
לרעות בגנים
Lirnhoth bagghannim
וללקט שושנים
Velilcot ſcioſciannim.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Amor meus deſcendit in hortum ſuum,
Ad Sulcos aromatis,
Vt paſcat in Hortis,
Et ad legendum Roſas.

ἔρως μου κατέβη εἰς ὄρχατον αὐτοῦ,
εἰς τοὺς ὄρχους τοῦ ἀρώματος,
πρὸς ποιμαίνειν ἐν τοῖς ὀρχάτοις,
καὶ συλλέγειν τὰ ῥόδα.

Siue vt Aquila, & Symmachus verterunt, πρασιάς. Id eſt: Porcas. Non autem, εἰς φιάλας, quarum aliud eſt nomen Hebraeum, quam לערוגות *lanharu*

Ianbarugboth: vt in propria egimus Annotatione, cui nomen Phiala: Praeter quam quod Phialae, cum Sponſae praeſenti ſermone, non quadrant: ſtando in metaphora Horti. Tametſi habeat Eccleſia, argenteas, & aureas Phialas: in quibus Sponſae Paſtricis Amor Chriſtus Dominus, prolatis per Sacerdotes, eiuſdem Domini verbis, quae in coena docuit, dicto eorum obediens, deſcendit, habitátque & colitur, ſub accidentibus panis, & vini. Praeter alias Phialas, in quibus per Pontifices oleum tripartitum conſecratum, ſub fida cuſtodia clauibus adhibitis, cõſeruatur, cap. 1. de cuſt. Euchar. criſm. & alior. ſacram. Ac praeter Phialas etiam, in quibus Sanctorum ſanguinem & reliquias conditas, bene informata à Spiritu ſancto Eccleſia piè veneratur.

Vt ſit ſenſus reſponſionis Sponſae. Quod rogatis filiae Hieruſalem, animae Deo deuotae, vt planè dicam, quorſum Sponſus Amor meus diuerterit: equidem deprecantibus, non recuſabo. Si tamen, vt tota res, à vobis, manifeſtè deprehendatur, notum prius faciam: non ſimpliciter hominem eſſe meum Amorem: verùm Deum & hominem, filium aeterni Patris, Meſſiam, in ſcripturis promiſſum. Qui quidem, ſicut viri aſſolent, copiis & opibus affluentes, qui hortos ſibi parant, fructus & delectationis cauſa: ditior omnibus hominibus, vt pote Dominus coeli & terrae: vbi venit plenitudo temporis, è coelo delapſus, deſcendit in me Eccleſiam, Hortum ſuum conſitum ante mundi conſtitutionem.

Horti enim nomine, inter alia attributa, ego Paſtrix Amoris mei, eadémque Sponſa & coniux appellor: quoniã ab ipſomet meo Amore, grauidata ſeminibus vocationis, dum fideles populos patio, flores, odoréſque, & fructus ſuppedito: quales Horti ferre ſolent. Atque, vt mihi videre videor, propter multas cauſas, deſcendit Amor meus in Hortum ſuum: ſed ob tres praecipuè.

Altera, vt in viridi inambulans, viſitánſque Aromatum ſatus, ſui, cum amicis, oblectandi cauſa, tum olitores, agricolas, qui Hortũ conducunt, excitet, ad debitum fructum ſoluendum: tum mirificam voluptatem capiat, ex ſuauitate odorum, qui afflantur, ex eiſdem lectiſſimis Aromatibus, omni tempore anni. Cum dies noctéſque, hyeme & aeſtate, nullo puncto temporis intermiſſo, à clero ad aras, cerei, thura, & odores incenduntur: ſtata ſacrificia, cum ſolemnibus ceremoniis fiunt: ſacramenta conficiuntur & miniſtrantur: verbum Dei, in ſcripturis Sanctis collectum, per Oratores explicatur: & cum choro Clericorum cantu vocum, neruorum & tibiarum, ipſi Amori meo Meſſiae, hymnis tota Eccleſia perſono: omnéſque populi dant laudem Deo.

Et, vt ſummatim dicam, ſic in bonis operibus corporalibus & ſpiritualibus verſatur in Horto: vt fideles etiam cum ceſſant, exercitatione

tione aliqua ſalutari exerceantur. Exercitationes enim ſalutares, opera bona, laudes, hymni, pſalmi, omníſque harmonia & ſymphonia, interpretationes ſcripturarum, praedicationes verbi Dei, miniſtratio & confectio ſacramentorum, ſolemnes ceremoniae cum ſtatis ſacrificiis, candentes taedae, incenſae faces lampadéſque, thymiamata, caeteraéque odorationes, omniáque munera Deo oblata, ſi vera fateri volumus, filiae Hieruſalem, fructus & aromata ſunt, Sulcorum Horti Amoris mei.

Praeter mille alia opera, quae & populus & clerus facit, orando, obſecrando, precéſque & vota faciendo ſoluendóque: & obſeruando Decalogum, legémque & Euangelium: nec non & ſcita & iuſſa mea.

Et ita quemadmodum varia & diuerſa ſunt Aromata, variíque & diuerſi fructus: ſic enimuerò multiplices in Horto, & diſpares Sulci ſunt: in quibus minutiſſima ſparſa ſemina, malleolíque & ſurculi plátaéque diuerſarum ſpecierum ſatae, truncos & ramos procreant, & in arbores adoleſcunt, vigéntque, atque fructus & odores edunt.

Nam qui Amoris Vicarius, primas in re Amoris gubernanda tenet: Horti cum primis Aromatum Sulcus eſt.

Et qui Eccleſiae praeſunt Pontifices, ſummíque Sacerdotes, quos Epiſcopos Graeco vocabulo nuncupatis: Sulci ſunt.

Quique eiuſdem Vicarij, in conſiliis capiendis, rebúſque agendis, adiutores, ſimul cum eo, velut Atlas coelum, humeris me Eccleſiam ſuſtentant, Cardinales, à cardinibus, qui fores ſuſtinent, appellati: Sulci ſunt.

Reliquíque etiam Praeſules ſacrorum, cunctíque Sacerdotes, caeteríque religioſi: qui in alterius poteſtatem ſeſe dederunt, clauſtríſque ſunt mancipati: Sulci ſunt.

Et Antiſtitae ſacratarum Virginum, cum Virginibus in ſeptis degentes: Sulci ſunt.

Ac tum praeterea Reges & Principes mundi, qui cum ſceptro, & inſignibus regiis ſedent: quíque omnes magiſtratus gerunt, quibus faſces praeferuntur: cunctíque iudices terrae: nec non & omnes populi fideles, quibus denuò natis, hortúmque ſtudioſè colentibus, vt odorem bonum redoleant, fructúmque reddant, maxima praemia in coelo, Amor meus Deus pollicitus eſt: & ipſi filiae Hieruſalem, Aromatum Sulci ſunt.

Quamobrem ſi fas eſſet, & mihi liceret, mei Amoris Hortum, cum alio conferre: non equidem, niſi cum illo magno & mirando Alcinoi Phaeacum Regis, compararem: qui ſemper virens, ſemper florens, omni tempore fertilis & fructuoſus & frugifer eſt. Sicut de eo, heroicis verſibus, egregius Homerus optimus Poëta, perſequitur, canens.

ἔκτοσθεν δ' αὐλῆς μέγας ὄρχατος ἄγχι θυράων
τετράγυος. περὶ δ' ἕρκος ἐλήλαται ἀμφοτέρωθεν
ἔνθα δὲ δένδρεα μακρὰ πεφύκει τηλεθόωντα.
ὄγχναι καὶ ῥοιαὶ, καὶ μηλέαι ἀγλαόκαρποι.
συκαῖ τε γλυκεραὶ, καὶ ἐλαίαι τηλεθόωσαι
τάων οὐ ποτὲ καρπὸς ἀπόλλυται, οὐδ' ἐπιλείπει
χείματος, οὐδὲ θέρευς ἐπετήσιος, ἀλλὰ μὲν αἰεὶ
ζεφυρίη πνείουσα, τὰ μὲν φύει ἀλλὰ δὲ πέσσει.
ὄγχνη ἐπ' ὄγχνῃ γηράσκει, μῆλον δὲ ἐπὶ μήλῳ.
αὐτὰρ ἐπὶ σαφυλῇ, σύκον δ' ἐπὶ σύκῳ.
ἔνθα δὲ οἱ πολύκαρπος ἀλωὴ ἐρρίζωται.
τῆς ἕτερον μὲν θειλόπεδον λευρῷ ἐνὶ χώρῳ
τέρσεται ἠελίῳ. ἑτέρας δ' ἄρα τε, τρυγόωσιν.
ἄλλας δὲ τραπέουσι, πάροιθε δὲ τ' ὄμφακες εἰσιν
ἄνθος ἀφιεῖσαι, ἕτεραι δ' ὑποπερκάζουσι.
ἔνθα δὲ κοσμηταὶ πρασιαὶ παρὰ νείατον ὄρχον
παντοῖαι πεφύασιν, ἐπηετανὸν γανόωσαι.
ἐν δὲ δύω κρῆναι. ἡ μὲν τ' ἀνὰ κῆπον ἅπαντα
σκίδναται, ἡ δ' ἑτέρωθεν ὑπ' αὐλῆς οὐδὸν ἵησι
πρὸς δόμον ὑψηλὸν, ὅθεν ὑδρεύονται πολῖται.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Extra aulam propè portas, magnus cernitur hortus,
Quatuor hunc forti circundant iugera vallo.
Plurimus hic arbor, naturae ſponte vireſcens,
Punica mala rubent, pyri cum fructibus adſunt.
Hic dulces ficus, fructus quoque promit oliua.
Harum nec fructus perit, aut tibi deficit vnquam
Non aeſtate hyeméque aeterno tempore durat.
Altera pars dulcet, Zephyro pars flante vireſcit.
Pyrus poſt pyrum, poſt malum mala ſeneſcunt

Vuáque

Vuáque poſt vuam, poſt ficum ficus habetur.
Vinea fructifera eſt illic, radicatáque multum
Cuius ager cliuo plano manet, alter ad æſtum:
Hic aliae magnis ſiccantur ſolibus vnae
Et calcant alias, alias dum habet orbis acerbas
Efflorέntque aliae, dum aliae ſubito matureſcunt.
Sunt quoque venuſtae porcae, ſulcíque nouales
Omnigenae totum dantes ſua poma per annum.
Inde duo fontes; quorum horto ſpargitur alter,
Alter in excelſae penetrabat culmina ſedis,
Quo proceres omnes, ac ciues ſemper aquantur.

Sed hactenus de prima cauſa, ob quam Amor meus deſcendit in hortum ſuum.

לערוגות הבושם

Lanharughoth habboſcem.

Ad Sulcos aromatis.

Et ad aliam ex tribus propoſitis veniamus, quae eſt.

לרעות בגנים

Lirnhoth bagghanim.

Vt paſcat in Hortis.

In Hortis (inquã) in quos mei Amoris Hortus diuiſus eſt. In quo duo videnda ſunt. Primùm, quinam ſint iſti Horti. Alterúm, quid hoc ſit.

Vt paſcat in Hortis.

Et quo ad primum, Horti, in quos mei Amoris, Hortus diuiſus eſt, ſunt maxima multitudo Eccleſiarum, quae vbique locorum ſunt: & inter ſe cognatione iunguntur. Sicut per numerum ſeptenarium, ſeptem Eccleſiarum Aſiae ſignificatur. Apoc. 1.

Quo verò ad ſecundum, dicimus. Quod paſcere in Hortis Amorem meum, eſt exercere liberalitatem, partem iuſtitiae potentialem. Quae quidem eſt appetitus dandi ordinatè. Quod tunc fieri dicitur, cum datur. Quid, Cui, Vbi, Quomodo, & Propter quod oportet. Quae omnia valde bene Amor meus ſeruat. Cum deſcẽdens in Hortum ſuum, non ſolùm, vt Sulcos reuiſat, & odoretur Aromata, fructúſque legat: ſed etiam vt paſcat in Hortis, id eſt, vt particulatim vnam quamque Eccleſiam viſitet.

Largè

Largè & copioſè tribuit carnem ſuam & ſanguinem, in animae potionem & eſcam:& tum praeterea paſtum, ad viuendum, neceſſarium. Hoc eſt. Quid.

Singulis quibúſque hominibus fidelibus ſuis,tam foeminei,quam virilis ſexus,vbi vis gentium degentibus: quos lauit in ſanguine ſuo. Hoc eſt. Cui.

In Eccleſiis, id eſt,congregationibus populorum,vbique terrarum & marium,exiſtentibus:vſque ad Indos, & antipodas,colētibus eum. Et hoc eſt. Vbi.

Per ſeſe Apoſtolis,& per Sacerdotes,omnibus obedientibus Euangelio: & per terram,quae eius iuſſu fundit paſtus varios. Et hoc eſt. Quomodo.

Vt per ſeruationem mandatorum, atque tolerantiam malorum, per quae ingredi oportet in regnum Dei,credentes ſalui fiant. Et hoc eſt. Propter quod oportet.

O diuinam liberalitatem, ô magnificentiſſima & digna Homine & Deo dona. Quae non ſolum magni illius Alexandri, Artaxerſis Perſarum Regis,Hieronis Siracuſani,caeterorúmque Principum donis praeſtant:ſed etiam populi Romani Domini Regum, victoríſque atque Imperatoris omnium gentium, Aſiae, tertiae tunc orbis terrarum partis putatae, donum Regi Attalo factum, excedunt: atque ipſius etiam Reginae Sabae dona pretioſiſſima, Regi Salomoni data, longè ſuperant.

Quoniam nempe Reginae Sabae gemmae & Aromata, cum centum viginti auri talentis: & Hieronis auri pondera, & frumenta: & Artaxerſis ciuitates, Alexandríque oppida: nec non & totius Aſiae imperium:caeterorúmque ſimul omnium Regum dona, commodis tantummodo,vtilitatíque huius vitae,cuius exiguum natura curriculum circumſcripſit, ſeruire potuerunt. Cum mei Amoris dona, non ſolùm vitae praeſentis belliſſima ſint ſubſidia atque praeſidia: ſed ad futuram etiam, cuius immenſum & infinitum ſpacium temporis erit, gloriam aſſequendam conducant.

Atque haec binae cauſae ſunt: cur in Hortum ſuum deſcenderit Amor meus. Et, vt initio vobis dixi, ſecundum morem diuitum huius mundi:qui Hortos habent, vbi fructus legunt,& vbi ſe oblectant, atque munera largiuntur,coenántque cum amicis. Quemadmodum haec omnia facillimè vnuſquiſque veſtrum ſcire poteſt,ex conſuetudine omnium gentium,& ex probatis autoribus.

Vt enim mittam conuiuium, quod Aſſuerus Perſarum & Medorum Rex fecit omni populo,in Horto ciuitatis Suſan,quae Regia regni erat. Semper locupletum mos hic fuit,& tum maxime,cum diem ſuum natalem agunt, in Hortis ſe oblectandi, largiendíque munera,

domeſticis,vernaculis & familiaribus : & aliquando etiam per luxuriam,turpiſſimis & inhoneſtiſſimis hominibus.

Sicut de M. Antonio ſcitis, in quem Orator inuehens, Philip. 2. probro illi obijcit, ſumptus effuſos in paraſitos,ganeos planóſque natali die,in hortis.

Hodie (inquit) *Antonius non deſcendit,cur? dat natalitia in Hortis: cui? neminem nominabo, putatote, tum Phormioni alicui, tum Gnatoni, tum Ballioni.*

Qua in re conſiderandum eſt, quod illud,quod Antonio homini largo & prodigo,vituperationi fuit,vt die natali in Hortis per luxuriam, famoſis hominibus largiretur:illud ipſum equidem meo Amori ſplendido & magnifico, maximae laudi dandum eſt. Qui in ſuis Hortis,non ſolùm die natali,ſed quotidie,corpus ſuum & ſanguinem, bonis pariter & malis, dignis & indignis, per ſummam amplitudinem praebet.

Et haec hactenus: quoniam de tertia cauſa, dicetur infrà, in Annotatione Roſa.

LOCVS DVODECIMVS. ET DECIMVSTERTIVS.

DVODECIMVS & DECIMVSTERTIVS loci Cantici, vbi δραματοδιδάσκαλος Salomon eodem nomine רע reanh, vſus eſt, eiúſque verbo רעה ranhah, verſus ſunt propter principium ſextae partis, qui proximè ſuperiorem ſequuntur loci vndecimi: de quorum altero, primo in ordine, egimus in Annotatione Amor locis 31. & 32. & infrà etiam agemus in Annotatione Roſa. Vbi ad filias Hieruſalem, de ſuo Amore Sponſa referens: pleraſque laudes, quibus eam magnopere commendando, ad Coelum Sponſus extulerat; canendo complectitur & numerando percenſet. Ibi.

אני לדודי ודודי לי

Ani ledodi, vedodi li,

הרעה בשושנים׃

Haronheh baſcioſciannim.

יפה את רעיתי כתרצה

Iafah atthe ranhiathi chethirtſah

נאוה כירושלם

Nauah chiruſcialam.

אימה כנדגלות׃

Aiummah channidghaloth.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Ego Amori meo, & Amor meus mihi
Qui paſcens Roſis. Vel. *Qui paſcit.*
Pulchra tu Paſtrix mea, ſicut Thirtſa
Decens vt Hieruſalem,
Formidoloſa, vt fortes exercitus.

ἐγὼ τῷ ἔρωτί μου, καὶ ἔρως μου ἐμοὶ
ὁ ποιμαίνων ἐν τοῖς ῥόδοις
καλή σὺ ἡ ποιμήν μου ὡς θύρτση

διαπρεπὴς οἷον ἡ Ἱερουσαλὴμ,
φοβερὰ οἷον οἱ ἰσχυροὶ στόλοι.

Nam quoniam Sponſae Amor de Coelo in terram deſcenderat, vt Eccleſiam videret & viſeret : quemadmodum ipſo initio ſextae partis Sponſa ſignificauit, per eiuſdem Amoris deſcenſum in Hortum, & in Hortorum paſcua : prudens Sponſa, quae ſingulari vigilantia, ſui Sponſi aduentum iugiter praeſtolatur : vt de maximis rebus, ad ſuum paſtorale officium pertinentibus, cum eo agat : occaſionem nacta, cum eo alloquendi, non praetermittendum putauit.

Igitur cùm diu multúmque cũ Amore ſermonẽ haberet : cùm reddẽdo rationẽ de rebus geſtis, & adminiſtratis, ac de ſtatu omnium Eccleſiarũ, quae vbiquè ſunt: tum prolixè cumulatéque laudando, orando, rogando, plorando, maximámque vim lachrymarum profundendo, pro vniuerſi gregis ſibi commiſſi ſalute : adeò eius cogitationes, deliberationéſque, atque conſilia & actiones, plenae pietatis placuerunt: adeò ſuſpiria fletúſque gemitúſque, totáque eius laudatio & oratio, ad miſericordiam inflexa, mouerunt : vt eius precibus lacrymíſque mirabiliter Sponſus placatus, dictíſque & factis mirificè delectatus: Sponſae in beneficij loco & gratiae, populis indulgeri peccata petenti conceſſerit : atque tutum & tranquillum portum, terram videlicet promiſſionis dare ſpoponderit. Neque verò ſolùm illam terram promiſſionis, quae eſt trans Iordanem, in quam populum ſuum electum, ante tria millia annorum, Amor duxit, per ducem.

יהושע משרת משה

Iehoſciuanh meſciareth moſceh.

Id eſt.

Ieſum miniſtrum Moſes.

In qua, praeter quam quod omnia ſunt caduca & corruptioni obnoxia, ſicut in caeteris terris, mortem etiam oppetere ius eſt : ſed altiſſimum omnium domicilium Coelum, vbi omnis omninò perturbationis expertem coelites vitam degunt, mortem non guſtantes in aeternum.

Etenim ibi eſt vera terra promiſſionis, in quam introducit Amor ſuos fideles conuenas, qui cuſtodiunt ſcripta in lege, & Euangelio. Ioſu. 23. 6. & Matth. 19. 12. Ipſéque Amor eſt verus יהושע *Iehoſciuanh*, Id eſt Saluator : qui habet nomen conſequens rei, ſicut noſtro Caeſareo iure cauetur. l. decernimus. C. de Epiſ. & cler. & §. eſt & aliud Inſt. de donat.

Hunc enim Deus Pater miſit in mundum, vt ſaluetur mundus per eum. Ioan. 3. 17. Atque ipſe eſt verus משרת משה *meſciareth moſceh.*

Id

Id eſt. Miniſter Moyſes, quod interpretatur Extractus: ſcilicet: de aquis. Exod.2. 10. Namque ipſe Amor extractis de aqua, hoc eſt, de ſacro fonte venit miniſtrare. Matth.20.28.Marc.10.45.& Luc.22.27.

Sed neque haec Amor duntaxat gratioſè Sponſae impertiuit: ſed plurimis etiam, eiſdémque veriſſimis laudibus, eam laudauit. Pulchram Paſtricem appellando, ſicut Thirſa: decentem vt Hieruſalem: ac formidoloſam ſicut exercitus.

Pulchram Paſtricem, ob peraequam proportionem membrorum, bene & ratione partitam. Dum per ipſam reginam populorum, ac principem prouinciarum, ſingulis Eccleſiae partibus, ordine & menſura definitis: ac omnibus, quo vnaquaeque loco ſua iudicia, ſuáque munia exercere debeat diſtributis: omnes toto corpori Eccleſiae, in generalibus conciliis collecto, aſſentiunt, & obſecundant: vníque Sponſi Amoris Vicario párent & obediunt. Quemadmodum probè compoſiti muliebris corporis membra. Ea enim vera eſt pulchritudo. Sicque Thirſa Ciuitas quondam metropolis regni decem tribuum fuit. D.

Decentem propter aptitudinem & conuenientiam. Vti cui maximè conſentaneum ſit, altiorem reliquis omnibus locum tenere: ob amplitudinem & maieſtatem dignitatis, congruentem cum perſona, quam gerit. Quippe quae eminentiſſimum, in populis, gradum obtinet: regendi moderandi, iura ſanciendi, leges deſcribendi, magiſtratúſque mandandi: caeteráque omnia faciendi, quae reginae omnium gentium dominae, à Deo conſtitutae, imperia ſunt. Quemadmodum olim Ieruſalem Ciuitas Dei, ſedéſque religionis. Quae ſoli Coelíque foelicitate: cum omnis generis ornamentis, caeteris omnibus ſplendidior anteibat. D.

Formidoloſam, quoniam cum rectoris numine Dei, ſummam in toto orbe terrarum, poteſtatem habeat, atque potentiam: quae in vrbium, prouinciarum, regnorum, marium denique, terrarúmque dominatu, atque in vi, & armis poſita eſt: non ſolùm vndequaque prudentiſſimis, & ſapientiſſimis hominibus abundat, quorum mente & conſilio, leges & iudicia adminiſtrat: verùm etiam vndique innumeros fortes viros habet, quorum opera eximia in rebus bellicis vtitur. Quamobrem non ſolùm malis horrorem & formidinem iniicit: ſed barbaricis etiam gentibus, quae nec dum ſub eius ſuauia ſunt iuga redactae timorem incutit. D.

TVCCII TVCCII

PATRITII LVCENSIS

I. V. C. AC PROTONOT. APOST.

ANNOTATIONES

Super

CANTICO CANTICORVM SALOMONIS.

Ad Sanctiſs. D. N. Paulum V. Dei Vicarium.

Annotatio ROSA.

ARGVMENTVM.

Loci duodecim Cantici Canticorum, in quibus Salomon ſemel vſus eſt nomine Lilium, Hebraicè חבצלת chabatſeleth: *& octies nomine Roſa, Hebraicè* שושנה ſcioſciannah: *& ſemel nomine Flos, Hebraicè* נצה nitſah: *atque bis verbo Floreſcere, Hebraicè* נצה natſah: *nouè hac vnica Annotatione Roſa, interpretantur & declarantur.*

Et quidem ſecundae partis loci quinque.

Qui in Codice Hebraeo leguntur.

Et in Latina editione verſi ſunt.

Lilium 1. אני חבצלת השרון:

Ani chabatſeleth haſciadon.

Ego flos campi.

Roſa 1. שושנה העמקים:

Scioſciannah hanhamacim.

Et lilium conuallium.

Roſa 2. כשושנה בין החוחים:

Cheſcioſciannah ben hachothim.

Sicut lilium inter ſpinas.

Flos 1. הנצנים נראו בארץ:

Hannitſanim niru baarets.

Flores apparuerunt in terra noſtra.

Roſa 3. הרעה בשושנים:

Haronheh baſcioſciannim.

Qui paſcitur inter lilia.

Quartae partis locus vnus.

Roſa 4. הרעה בשושנים:

Haronheh baſcioſciannim.

Qui paſcuntur in liliis.

Quintae partis locus vnus.

Roſa 5. שפתותיו שושנים:

Sifthothau ſcioſciannim.

Labra eius lilia.

Sextae

Sextae partis loci tres.

Roſa 6. וללקט שושנים:

Velilcot ſcioſciannim.

Et lilia colligat.

Roſa 7. הרעה בשושנים:

Haronheh baſcioſciannim.

Qui paſcitur inter lilia:

Florere 1. הנצו הרמנים:

Hannetſu harmonim.

Et germinaſſent mala punica.

Septimae partis loci duo.

Roſa 8. סוגה בשושנים:

Sughah buſcioſciannim.

Vallatus liliis:

Florere 2. הנצו הרמנים:

Hannetſu harmonim.

Si floruerunt mala punica.

ANNOTATIO SEXTA.

QVOD in omnibus linguis, cum ſua vetuſtate conſenuerunt, vſu venire conſueuit: vt ex ea ſignificatione pleraque vocabula in qua nata erant, vel in aliam longe, vel in proximam decedant: nec me fugit, nec veterum ſcriptorum, ſcite & literatè peritos, ignorare arbitror. Sed vertentes de lingua in aliam, diuerſas voces plerunque confundere, & vnius ſignificationem alteri impertire: pluraque vocabula in eandem ſententiam accipere, cùm oppoſitum probabilius ſit, quoniam plura ſunt negocia, quàm vocabula, l. natura ff. de praeſcript. verb. belle enimuerò ferre non poſſum.

Vt ecce, cùm tria ſint nomina apud Hebraeos צִיץ כבצלת שושנה *Tſits chabatſeleth, Scioſciannah*: quorum primum flos, alterum lilium, tertiũ Roſa reddi oportet, ſicut in progreſſu praeſentis Annotationis patebit: Latinae editiones, & Graeci pariter eorum ſignificationem peruertunt Lilium reddentes שושנה *ſcioſciannah*, florem autem חבצלת *chabatſeleth*, vt in primis verſibus ſecundae partis Cantici. Nec verò ſolùm כבצלת *chabatſeleth*, ſed etiam nomen אשישה *aſciſciah*, cuius plurale habetur par. 2. 5. floribus itidem Latinae editiones reddunt.

סמכוני באשישות

Sammechuni baaſciſcioth.

Fulcite me floribus.

Cùm diuerſum planè ſignificet, ſicut eo loco vertimus & annotauimus propria Annotatione Phiala. Quamuis nomen אשישות *Aſciſcioth*, ſecus fortaſsè legiſſe vertentes, contendere quis poſſet: vt ea Annotatione tetigimus. Nec me mouet, quod ab interpretibus linguae Sanctae, nomina שושנה. *ſcioſciannah*, & חבצלת *chabatſeleth*, & Lilium, & Roſa, & Flos, promiſcuè interpretata reperiantur. Sicut in hoc Salomonis Cantico, manifeſtum eſt, & in titulis quatuor Pſalmorum 45. 60. 69. & 80. quorum ſexageſimus habet inſcriptionem.

למנצח על שושן

Lamnatſeach nhal Scioſcian.

Reliqui verò tres habent,

למנצח על שושנים:

Lamnatſeach nhal ſcioſciannim

Vbi Aquila, qui primus poſt Chriſtum natum, vetus teſtamentum Graecè reddidit.

> τῷ νικοποιῷ ἐπὶ τοῖς κρίνοις. Id eſt,
>
> *Ad victoriam ſuper liliis.*

Et Symmachus, qui poſt Aquilam annis centum, vertit.

> ἐπινίκιον ὑπὲρ τῶν ἀνθῶν. Id eſt,
>
> *Celebritas victoriae ſuper floribus.*

Vſurpatio enim magis eſt, quàm interpretatio.

Cùm enim genus ſit flos, ad plures differentes ſpecie flores: Liliumque & Roſa, ſpecie differentes flores ſint: differentibus etiam, Hebraeis, vt Latinis & Graecis, aliiſque nationibus, & genus & ſpecies florum, non iiſdem nominibus appellari conſueuiſſe, probabile eſt. Proptereáque bina eorum nomina ſpecies, aliud genus, à primordio declaraſſe, neceſſe fuit.

Quod ſaepè nobis odorantibus, & quodnam dictorum nominum genus, quod Roſam & quod Lilium exprimeret, exquirentibus: opportunè, ſecundae partis Cantici initium, & alij verſus, quos citabimus & commentabimur; vnde dilucidari poſſit, occurrunt.

De genere igitur primùm differentes, dicimus: non nomen חבצלת *chabatſeleh*, florem Hebraeis eſſe: ſicut initio ſecundae partis Graeci tranſtulerunt, & Latinae editiones.

> אני חבצלת השרון׃
>
> *Ani chabatſeleth haſciadon.*
>
> *Ego flos campi.*
>
> ἐγὼ ἄνθος τοῦ πεδίου.

Sed ציץ *tſits*, florum genericum nomen eſſe, à verbo צוץ *tſuts*, quod floreſcere lingua Sancta ſignificat, & defloreſcere. Non aliter, quàm apud Latinos & Graecos, flos, à florendo, ἄνθος ἀπὸ ἀνθεῖν. Quemadmodum perſpicuum eſt cap. 14 libri Iob. Vbi vir ſanctiſſimus, humanarum miſeriarum caſus, grauiter receuſens, cùm hominis vitae paruitatem deploraret, de tam exiguo vitae curriculo, quod nobis circunſcriptum eſt, innocens ille ſeruus Dei inquit.

> כציץ יצא וימל׃
>
> *Chetſits iatſa vayammal.*

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

> *Quaſi flos exibit, & vaſtabitur.*
>
> ὥσπερ ἄνθος ἐξελεύσεται καὶ διαφτέρει.

Sic

Sic Pindarus Lyricorum princeps ad lyram cecinit in Pythia. Od.8.

σκίας ὄναρ ἄνθρωποις.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Mortalis vmbrae ſomnium

Sic Pſal.90.in quo,inter caetera,agitur de contemptu praeſentis vitae, & de amore aeternae canit Propheta.

בבקר יציץ וחלף

Babbocer iatſits vechalaf,

לערב ימולל ויבש׃

Lenhereb iemolel vaÿabeſc.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus:

Manè florebit & mutabitur,

Veſperi vaſtabitur & areſcet.

πρωία ἀνθήσει καὶ μεταβαλλήσεται,

ἑσπέρας διαφθέρει καὶ ἐξηράνθη.

Vix enim natus miſer homo, quod eſt יציץ *iatſits*, id eſt florebit tot mutationibus ſubditus eſt,quantas ipſa natura omnia ciens & agitans motibus & mutationibus ſuis, efficere poteſt.

Nam non ſolùm mutationem faciens, de infantia in pueritiam,de pueritia in adoleſcentiam, & de adoleſcentia in iuuentutem, ſimul mutatur de miſeria in miſeriam, de labore in laborem, & de malo in malum, quod eſt וחלף *vechalaf*: verùm etiam ferè aetatis virilis factus,nil moratus, ad eam,quae per ſe morbus eſt,ſenectutem maturat: in qua omnes ſenſus hebeſcunt,membra langueſcunt, & ipſa corpora putreſcunt:& per putrefactionem vaſtantur, quod eſt ימולל *iemolel*: atque continuò occidunt & areſcunt,quod eſt יבש *iabeſc.*

His enim & aliis omnibus locis linguae Sanctae, quotquot omni aetate verterunt,ſuffragiis ציץ *tſits*,nomen,flos redditum eſt. Et hoc proprium Hebraeis eſt vocabulum,quo generaliter omnes ſpecies florum,appellantur. Eique ſynonimum eſt nomen נצה *nitſah*, à verbo נצה *natſah*. Vnde par.2 Cant.vbi Sponſum Propheta inducit in ſcenam,à ſomno veteris legis excitantem Sponſam:& ac ſi veniſſet plenitudo temporis,iam iámque miſiſſet Deus filium ſuum in mundum, ad nouae legis gratiam amplexandam hortantem.

הנצנים נראו בארץ׃

Hannitſanim niru baarets.

Graeci verterunt, nec nos immutauimus.

τὰ ἄνθη ὤφθη ἐν τῇ γῇ.

Flores viſi ſunt in terra.

Vbi Propheta intelligit per flores, tum principia & initia militantis Eccleſiae: tum etiam eiuſdem bonorum operum certiſſimam ſpem. Nam in arboribus, cùm floruerint, fructus expectamus: & ver anni, flores autem Verni temporis ſunt initium. Vnde apud Anacreontem, de vere.

ἰδὲ πῶς ἔαρος φανέντος

χάριτες ῥόδα βρύουσι.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

En vt Roſas iam pullulant.

Surgente vere Gratiae.

Et par. 6. & par. 7. vbi Salomon diuinitùs illuminatus, vberes fructus Eccleſiae, foetúſque recenſens: ſtragem horribilem, caedémque Sanctorum, qui pro Sponſi nomine, acerrimis cruciatibus, exquiſitíſque ſuppliciis, vitam profuſuri erant: ſub malorum punicorum figura commemorat.

הנצו הרמנים

Hannetſu harmonim.

Nos vertimus.

Si floruerunt mala punica.

εἰ ἤνθησαν αἱ ῥόαι.

Cùm enim, ſicut inſtinctu diuino afflati concitatíque Prophetae praedixerunt, gentilitatem fidem ſuſcepturam: per deſcenſum in Hortis Nucis, ceciniſſet Sponſa, ſubdidit:

Ad aſpiciendum pomos vallis.

Non fructus arborum, ſed ipſas arbores, quae Pomos producunt: fideles ſcilicet populos, Eccleſiae per regenerationem, aggregatos. Et ad aſpiciendum,

Si Vinea germinauit.

Hoc eſt. Si ad fidem exterae nationes conuerſae, ad fructus ſe inſtruunt. Sicut vites, cùm oculos primùm emittunt, iámque turgent in palmite gemmae. Et.

Si floruerunt mala punica.

Hoc

Hoc eſt. Si Sponſi diuinitatem teſtatae teſtium myriades: ſanguinis etiam fuſione teſtificata obſignare parabant. Haec enim renaſcentis, poſt Sponſi aduentum, Eccleſiae primitiae, vineae germina, ac mala punica fuerunt.

Et haèc de nominibus, florem Hebraeis, in genere ſignificantibus, dicta ſufficiant. Et ad reliqua bina nomina, iuxta ſeriem propoſitae diſputationis, tranſeamus.

Dicimus igitur, omiſſis Iudaeorum, & Graecorum, & Latinorum autoritatibus: ex Salomonis Cantico (niſi nodum in ſcirpo quaerere quiſpiam velit) dilucidè ſatis elici: nomen שושנה *ſcioſciannah,* quo eximia facie, & egregia forma, caſta illa, & auguſta mulier Ioachimi vxor, Suſanna appellata eſt: de qua apud Dan. c.13. quod ſemper in Cantico, Lilium à Graecis, & aliis omnibus redditum eſt: & in titulis Pſalmorum 45. 60. 69. & 80. ab Aquila quidem, Lilium, & à Symmacho, Flos: Roſam Hebraeis eſſe. Alterum autem חבצלת *chabatſeleth,* quod in Cantico, à Graecis, Flos, verſum eſt, Lilium Hebraeis eſſe: cauſis & rationibus inferiùs examinandis.

Vt ſic titulus Pſalm. 45. qui habetur.

למנצח על שושנים

Lamnatſeach nhal Scioſciannim.

Vertendus ſit quemadmodum nos vertimus.

Ad victoriam ſuper Roſis.

εἰς νικτήριον ὑπὲρ τῶν ῥόδων.

Cùm enim in eo Pſalmo Propheta amores caneret inter Deum & hominem inter Eccleſiam & Meſſiam, vt diximus in Annotatione Amor Praemiſſo 3. ex quibus connubio ſtabili, ſtato tempore, Eccleſia iuncta Meſſiae, victoria Chriſti ſecuta eſt: cùm homo factus in caſtiſſimo Sanctiſſimae Virginis vtero, diabolum vicit & mundum. Cùm igitur eos amores, nuptias, & victoriam, caneret Propheta Pſalmum inſcripſit. Ad victoriam ſuper Roſis.

Ad victoriam videlicet, quam Meſſias glorioſam conſecutus eſt: cum duplici gladio armatus, altero verbi Dei, & Crucis altero, Principe tenebrarum, ſuperato, & eiecto de mundo, omnes, quot ſunt, oras terrarum, ſubegit, & in eius ditionem redegit.

Super Roſis autem, vt quae mirificè amoribus conueniunt; ſicut amantium mos declarat, qui ex Roſis coronas ſibi facientes, capiti revinciunt. Vnde apud Anacreontem. εἰς ῥόδον.

τὸ ῥόδον τὸ τῶν ἐρώτων
μίξομεν Διονύσῳ

τὸ ῥόδον τὸ καλλίφυλλον
κροτάφοισιν ἁρμόσαντες.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Roſam ſacratam amoribus
Ad Bacchum ſociemus.
Nitenti folijs Roſa.
Reuinciamus tempora.

Et quoniam myſticae Roſae ſunt animae fideles, quas Meſſias per regenerationem ſibi deſpondit, ſicut latiùs in fine praeſentis Annotationis deducemus.

Roſae inquam, ob ſanguineum Roſarum colorem: quoniam peccata & generaliter turpia & impudica omnia, non ſolùm facere, ſed loqui & audire erubeſcunt.

Roſae inquam, ob ſuauitatem odorum, qui ex eorum bonis operibus, afflantur continuò.

Roſae inquam, quoniam vt Roſae inter ſpinas, in maximis periculis, iugiter, inſidiiſque verſantur.

Et Roſae denique ob vitae praeſentis breuitatem: cum velut Roſae ferè ortae, occidunt.

Atque ita etiam vertendum cèſemus titulum Pſ. 60. qui habetur.

למנצח על שושן

Lamnatſeach nhal ſcioſciam.

Videlicet vt nos vertimus.

Ad victoriam ſuper Roſa.
εἰς τὸ νικτήριον ὑπὲρ τοῦ ῥόδου.

Cum enim Rex Dauid, Regem Ammonitarum praelio deuiciſſet, expugnaſſétque Regem Soba: reducta Syria tributaria, aliiſque praeliis vſus ſecundis: de quibus 2. Reg. 8. & 10. & 1 Paralip 19. laetus victoriis, pro gratiarum actione, Spiritu ſancto dictante, hunc Pſalmum cecinit: inſcribens. *Ad victoriam ſuper Roſa.* Id eſt, ob laetitiam de victoriis partis. Roſa namque Hebraeis à laetitia nomen habet: vt inferiùs quarta cauſa deducemus.

Vel ſic myſticè. *Ad victoriam ſuper Roſa.* Id eſt, ad victoriam, quam Meſſias reportaturus erat de diabolo & mundo, per conuerſionem gentium ad fidem. Chriſtus enim, myſticus Dauid, debellaturus erat Regem Ammonitarum, Hebraicè עמון *nhammon.* Id eſt, populi: & Regem Saba, Hebraicè שובך *ſciobach,* id eſt, intricationis. Quorum vterque diabolus erat, qui Princeps huius mundi. Ioan. 12. 31.

vſque

vſque eò mundum inuoluerat, atque intricauerat : vt omnes gentes, ſub variis Idolis eum colerent:vno Iſraëlitico populo excepto. Et inſuper Chriſtus tributarium mundum redigere debebat : figuratum per regionem terrarum maximam,& pluribus nominibus diſtinctum, vt in titulo Pſalmi : quae Syria Graecè appellatur , Hebraicè autem ארם *Aram,* id eſt, maledictio eorum.

Quae omnia impleta ſunt, cum Meſſias, extricatis , per Euangelium,omnibus intricationibus & perplexitatibus Satanae,vniuerſum mundum, in quo omnes terrarum regiones ſunt, diuerſis nominibus nuncupatae, redemit.

ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου,

de maledicto legis, factus pro mundo maledictum. Galat.3.13, & tributarium voluntarium Deo redegit,per cultum & latriam.

Praeuidens igitur Propheta, Spiritu ſancto illuminatus, gentium conuerſionem, per miſericordiam Dei : gaudio perfuſus, hunc Pſalmum cecinit,inſcribens. Ad victoriam ſuper Roſa. Id eſt, ob laetitiã, qua exultabat Spiritu ſancto repletus : quoniam Chriſtus Dominus de mundo & diabolo mundi Principe, glorioſè triomphaturus erat.

Atque ita titulos etiam Pſalmorum 69. & 80. vertendos , cenſemus:vt non de ſingulis nobis dicendum ſit.

Redeuntes igitur ad verſus Cantici, primum & ſecundum, ſecundae partis,de quibus initio ſcripſimus,vertendos dicimus.

אני חבצלת השדח

Ani chabatſcleth haſciadon.

שושנה העמקים:

Scioſciannah hannbamacim.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Ego agrorum lilium,

Roſa vallium.

ἐγὼ κρίνον τῶν πεδίων,

τὸ ῥόδον τῶν κοιλάδων.

Eſt autem breuitatis temporis, imbecillitatis , fragilitatíſque humani generis (quod Sponſae cum gentibus commune eſt) conculcatio, per tautologiam. Cum enim breui, & contracto tempore , vigeat Roſa: quae manè aperta & viuacitatem oſtendens, peracto die, languida & fragilis,vero rubore deperdito,apparet:quamobrem Veneri, ab antiquis,dicata eſt,quae celeriter cum ſuis illecebris voluptatibus fluit.

Et Lilium ſimiliter vna die floreſcat & defloreſcat : vnde ἡμερό-

καλλὼν, Graeci vocant, ac ſi Latinè dixeris, pulchritudinem dici. His Sponſa miſeram naturae debilitatem comparat ſuam:ad dolentis Iob, & Regij Prophetae,atque Pindari imitationem.

Sed iam,quaeſo,cauſas deducamus,quae nomen שושנה *ſcioſcian-nah*,non florem,non lilium,ſed Roſam,contra omnium antiquorum, ac recentium opiniónem, vertendum,me impulerunt. Quibus agnitis, nomen חבצלת *chabatſeleth*. Lilium Hebraeis eſſe, conſequens erit.Quarum eſt.

PRIMA

CAVSA I.

PRIMA, quia in ſecunda par. Cantici; in qua Salomon, Sanctiſſimae Virginis, tum Eccleſiae Sponſae Chriſti, ſpecimen virtutum, ac gratiarum praerogatiuam, carmine celebrare ſequens: Sponſum de Sponſa, canentem inducit.

כשושנה בין החוחים

Cheſcioſciannah ben hacchochim,

כן רעיתי בין הבנות

Chen ranhiathi ben habbanoth.

Vbi ſi illos verſus conuerterimus.

Sicut Lilium inter ſpinas,
Sic amica mea inter Filias.

Quemadmodùm Latinae habent editiones, & Graecae.

ὡς κρίνον ἐν μέσῳ ἀκανθῶν
ὕτως ἡ πλησίον μῦ ἀνὰ μέσον τῶν θυγατέρων.

Magnum neceſſariò ſequetur inconueniens, ignoraſſe Salomonem Liliorum naturam: cum Spina naſci, Liliis attribuiſſet. Quandoquidem ſatis conſtat (ſicut qui de iis ſcripſerunt, tradidere) ſiue album ſit Lilium, quod κρινὸν Graecis dicitur: ſiue croceum, quod ἡμεροκαλλὶν, Graeci vocant: ſiue quodlibet aliud, vt gladiolus, vt ſpatula foetida, vt breue Lilium: ſiue quod ob varios colores, Iris, ab arcu coeleſti, nomen accepit; non ſpina naſci, ſed frutice. Secundùm ea, quae Theophraſtus ſcripſit de Hiſt. plant. lib. 6. 6. Plin. lib. 21. 5. & alij.

Sed quoniam hoc dicere maximum omnium eſſet abſurdum, cùm Salomon, longe omnium, quicunque fuerunt ſapientia praediti, Princeps, & Orientalium, & Aegyptiorum, & vniuerſi mundi: vt habetur 3. Reg. 4. omnia ſciuerit, nihil omnium rerum ignorauerit, φυσικῶν καὶ μεταφυσικῶν, naturalium & ſupernaturalium: Roſam, quae ſpina naſcitur, ſecundùm ea, quae Plin. ponit lib. 21. 4. per שושנה *ſcioſciannah,* Salomonem intellexiſſe, dicere profectò debemus. Vt ſic verſus non conuerti debeant.

כשושנה בין החוחים

Cheſcioſcia[n]nah bi[n] hacchoichim,

כן רעיתי בין הבנות׃

Chen ranhiathi ben habbanoth.

Sicut Lilium inter ſpinas
Sic amica mea inter filias.

Velut ab omnibus hactenùs verſi ſunt. Sed vt nos vertimus.

Sicut Roſa inter ſpinas
Ita Paſtrix mea inter filias.

ὥσπ ῥόδον μεταξὺ ἀκανθῶν
οὕτως ποιμήν μου μεταξὺ τῶν θυγατέρων.

Quae noſtra conuerſio confirmatur, propterea quòd ad ſenſum etiam anagogicum, aptiùs & congruentiùs congruit. Quoniam tum Eccleſiae, tum Sanctiſſimae Deiparae altiſſimum omnium creaturarum, honoris & dignitatis gradum, apertiùs & ſignificantiùs ſignet. Nam quoniam Roſa caeteris omnibus floribus praeſtat, quo circa benè illi regnum inter caeteros flores deferendum eſſe, Poëtae cenſuerunt, ſi floribus vellet Iupiter imponere regnum.

Quemadmodum apud Sapphon, in illo encomio Roſae habetur, ex Ode quadam, quae eius fuiſſe exiſtimatur, in proſaicam orationem diſſoluto.

Bona ratione (vt ego arbitror) Roſae Sanctiſſima Deipara comparatur: cuì perſonam impoſuit ipſe Deus magna cum excellentia praeſtantiaque reliquorum Sanctorum, omniúmque creaturarum (Christum ſemper excipio) cùm praeter caetera eam Deus ab aeterno regale ſuum ſolium ſanciuit, in quo ſedens, carnem & humanam naturam indueret: ſicut de ea toties per ora Prophetarum praenunciatum fuerat.

Ipſa etenim fuit Salomonis כסא כן גדול *chiſſe chen ghadol, Solium magnum eburneum*, obductum auro puriſſimo, quod ὄβρυζον, Graeci vocant.

Nam per magnitudinem Solij eburnei, ſignificabatur magnitudo caſtimoniae & continentiae, quae in Virgine virginum redundabat; fomite extincto per gratiam.

Quod autem ebur, auro puriſſimo, quod maximè Deo conuenit, erat obductum, hoc eſt enim.

ויצפהו זהב מופז

Vaitſapen zahab mupaz.

3.Reg.10.18.quod Graecè redditum fuit.

καὶ περιεχρύσωσεν αὐτὸν χρυσίῳ δοκίμῳ. Id eſt.

Et deaurauit illud auro probato.

Deum ſignificabat, qui de coelo delapſus.in corpus & animam Virginis, illam obumbrans, ſe demiſit, & homo factus eſt: carnem aſſumens de Virginis ſanguine, & animam rationalem, creatam à Deo in ſanctiſſimo aluo, puncto temporis quo infuſa eſt.

Et ipſa virgo fuit.

תבת נח

Thebath Noach.

Arca Noë.

Id eſt conſolatoris, vel conſolationis: per quam Deus genus humanum conſolatus eſt: cùm in tantis tenebris, & perpetuis malis iacentem erexit, ferens opem & ſalutem mundo.

Atque ipſa fuit

ארון ברית

Aron berith.

Arca foederis.

Videlicet pactionis & amicitiae: per quam Deus cum humano genere eius hoſte, per peccatum, reconciliatus, fidem deuinxit: hominémque reſtituit in veterem gratiam. Vnde iure merito eam mater Eccleſia Coeli & mundi Dominam & Reginam ſolet appellare.

Prove etiam, idem mihi dicendum videtur, de Roſa inter ſpinas, quod eiuſdem Sanctiſſimae Virginis peculiare ſit & ſingulare inſigne. Nõn ſolùm, quoniam ſola Dei genitrix, velut Roſa ex ſpinoſo frutice, abſque ſpinis floreſcit, ex ſpinoſo protoplaſto Adamo, omninò omnis peccati expers fuerit: verùm etiam propter aſſiduos angores, quibus anxia ſemper angebatur.

Non equidem propter paupertatem, reíque familiaris anguſtiam: cùm ſimul cum Sancto marito, inopes ambo, hic ferrarius, ſiue lignarius faber, ſuo opificio: illa autem tela ac lana, ſibi ipſis & gnato victum quaeritarent.

Id enim propter immenſam humilitatem, qua cum caeteris virtutibus, longè multúmque caeteris aliis hominibus praeſtitit, parùi ducebat: cùm eum teneret & poſſideret, cuius ſunt omnes ferae ſyluarum, iumenta in montibus & boues, Coeli volatilia & pulchritudo agri, orbis terrarum & plenitudo eius. Pſal. 50. 10.

Sed enimuerò ob magnum timorem, quo omnes dies noctéſque perculſa & afflicta erat, ne ſibi extorqueretur & eriperetur charus & iucundus filius. Ac tum etiam ob irreuocabile, magni conſilij Sanctiſsimae

ctiſſimae Trinitatis conſultum, quod de filij ore acceperat: eiuſdem pro humano genere, ignominioſae mortis Crucis, trucis omnium, quot reperiri poſſunt. Quamobrem iugiter futura paſſio filij, matris ante oculos verſabatur.

Non quod redemptionem humani generis fieri nollet, quàm continenter à filio & eadem Sponſo ſuo, Deóque omnium ſimul genitoréque patréque petebat & precabatur: ſicut in coelo coronata, ſine vlla intermiſſione, pro iuſtis & Sanctis, pro malis & ſceleſtis, & pro vniuerſi mundi ſalute, orat, & obſecrat. Sed potiùs, quoniam alia quapiam ſalutari medicina vulnus humani generis ſanari maluiſſet.

Vt ipſum paſſionis tempus mittam, in quo non ſemel, ſed millies, ſuam ipſius animam pertranſiuit gladius: vt Dei oraculo, S. Senex Simeon ediderat. Luc. 2. 35. Vt non martyr, ſed plus quàm martyr auguſtiſſima & beatiſſima virgo appellanda ſit: quemadmodum Sanctiſsimi Eccleſiae Doctores, & alij Sancti viri autores ſunt.

Vt diuinitùs Mariae, Mariae Sanctiſsimum nomen, conſequens rei, inditum à Spiritu Sancto, profectò & dicere, & affirmare audeam. Eſt enim compoſitum nomen Hebraeum מרים *Mariam*, ex dictionibus מר *mar*, & ים *iam*: quarum haec quidm mare ſignificat, illa autem amarum: ſimul verò iunctae, amarum mare. Neminem namque mortalium aequè ac Mariam, dolores vnquam, & amaritudines torſerunt. Quemadmodum amaritudo vnà cum vaſto aequore, pelagíque immenſis tempeſtatibus praenunciabant, quibus iactata eſt.

Et hactenus de ſanctiſſima Virgine. De Eccleſia autem, recta item ratione per שושנה *ſcuoſciannah*, Roſam Salomonem intellexiſſe, itidem iudicium facimus: ob eas praeſertim ſimilitudines, quas Roſa & Eccleſia inter ſe habent. Quemadmodum enim Roſae inter caeteros flores, primae ſine controuerſia deferuntur: quoniam omnium florum optima eſt, Diiſque placens: vt de ea Poëta Anacreon carmine cecinit.

Ῥόδον, ὦ φέριστον ἄνθος,
Ῥόδον, ἔαρος μέλημα.
Ῥόδα καὶ θεοῖσι τερπνά.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Excellit Roſa flores
Eſt veris Roſa curae
Et gratae ſuperis Roſae.

Sic & Eccleſia, primas inter omnia, quae Deus creauit, nemine penitus diſcrepante, tenet: ſicut quae omnium, quae Deus fecit, optima eſt, Deóque placens facta eſt dilecta. Sapien. 4. 10. Quod ex eo planè equidem colligitur, quoniam ex homine conſtat, propter quem Deus

fecit

fecit omnia : & propter quem, ruina peccati oppreſſum, filium ſuum vnigenitum miſit in mundum, in ſimilitudinem carnis peccati. Rom. 8.3. Atque propter quem hominem , vt eum ſanctificaret, Chriſtus tradidit ſemetipſum. Epheſ.5.25.

Quibus addo , quod cum Eccleſiam militantem ſpecto , reprobis vſque à primordio, ſemper mixtam , malíſque : vndique à barbaris gentibus obſeſſam : quam vehemens ſaepè ſaepius agitat contrarius ventus , quamobrem in remigando laborat : ad breue exiguúmque tempus duraturam , triumphantis aeternitatis relatione, quam nulla vnquam temporis circumſcriptio metiri poterit, nihil aliud profectò eſſe comperio, niſi inter ſpinas Roſam, quam : Ipſa dies aperit, conficit ipſa dies.

*

CAVSA II.

SECVNDA, quia eadem ſecunda parte Cantici 16. & par.6.2. vbi Salomon exponere facit Sponſam, varios ſermones, cum Sponſo, in colloquiis, collucutionibúſque familiaribus, habitos: eam hos verſus, canentem inducit.

דודי לי ואני לו

Dodi li, veani lo,

הרעה בשושנים:

Haronheh baſcioſciannim.

אני דודי ודודי לי:

Ani dodi, vedodi li.

הרעה בשושנים:

Haronheh baſcioſciannim.

Si Latinorum hactenus editiones ſequamur, & Graecorum, expoſitio literalis locum habere non poteſt: propter nomen שושנים *ſcioſciannim*, quod in omnibus Graecorum codicibus κρίνα, verſum eſt: & in Latinis Lilia.

2. 16. *Dilectus meus mihi, & ego illi,*
Qui paſcitur inter lilia.
6. 2. *Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi,*
Qui paſcitur inter lilia.
2. 16. ἀδελφιδός μου ἐμοὶ, κἀγὼ αὐτῷ,
ὁ ποιμαίνων ἐν τοῖς κρίνοις.
6. 2. ἐγὼ τῷ ἀδελφιδῷ μου, καὶ ἀδελφιδός μου ἐμοὶ,
ὁ ποιμαίνων ἐν τοῖς κρίνοις.

Iam diu enim exploratum eſt, nec lilia, nec eorum fruticis frondes, ob foetorem à pecore paſci. Sicut firmiſſimè Paſtores aſſeuerant. Et egomet, ſemel, ac ſaepius opera data, expertus comperi: cum ſexennio praeeram gubernio parochialis Eccleſiae Villae Baſilicae. Sic nuncupatae à Deſiderio Rege Longobardorum, qui ſedem Lucae & domicilium habens: ob loci ſalubritatem, & aquarum copiam, bellè ſanè fluentium, rus ibi amoenum, Villámque habuit: quam Baſilicam

eam Graeco vocabulo, id eſt, Regiam appellauit. Cum vt ſanitatem exercitationibus corporis tuerer: manè,vel ſolus iens, mecum commentandi cauſa,vel vno & altero itinerum ſociis,in montibus inambulans,ouium greges caprarúmque,tum in caulis,tum in ſaltibus,paſcentes repetiebam. Nam neque oues,neque caprae in ſyluis, Lilia, nec eorum fruticis frondes oblatas, guſtare volebant. Licet in ſtabulis incluſum pecus,frondes porrectas libaret,alio paſtu carens.

Quemadmodum hominibus etiam contingit, cum obſidione fame enecti, vel alia neceſſitate coacti, duris vrget in rebus egeſtas: ad depellendam famem, ſitímque,aquam putidam,& malè olentem potant:cibóſque edunt,quos beſtiae non ederent,cicures vel ferae,quae alij generis beſtiis veſcuntur. Sicut de Dario ſcimus, cum in fuga, aquam turbidam & cadaueribus coinquinatam bibit. Cuius & Tullius meminit, Tuſcul.quaeſt. lib.5. Et de Caſilinis, Liuius memoriae mandauit, lib.53. Cum obſidente eos Annibale, lora, detractáſque ſcutis pelles, feruida aqua mollitas, mandebant, & omne herbarum radicúmque genus:muribus, alióve animali non abſtinentes. Et de Hieroſolymitanis à Tito Imperatore obſeſſis, Ioſephus refert. De bel.Iud.lib.7.cap.12. Quod cum fame dominante, nec cingulis, nec calceamentis abſtinerent, coriáque ſcutis detracta manderent: foeni etiam veteris laceramenta victui habebant. Vt eius mulieris,immane facinus mittam:quae dum propriae eſuriei ſe miſeret, Medea crudelior, infantem filium, mater flammis torrere, eſſéque non horruit. Quemadmodum Hieremias prophetauerat. 19.9.

Quamobrem cum omnes vna mente,& vno ore cōſentiant, Cantici carmina à Salomone eſſe condita, immo potius à Spiritu ſancto dictata,& à Salomone ſcripta,in morem paſtoralis Eclogae: & quod in Cantico omnia propemodum ſunt paſtoricia: quomodo aptum, quaeſo, & conueniens Eclogae eſſet,vt Paſtor induceretur in dramate,qui Capras paſceret Liliis, quae putreſcunt, quaéque pecudes non paſcuntur ob foetorem? Certè equidem nullo modo. Conſentaneum eſt igitur, vt ſenſus literalis elici poſſit: vt nomen שושנים *ſcioſciannim*, non lilia vertamus, quibus nequaquam pecudes veſcuntur: verùm Roſas potius, quemadmodum nos vbique vertere ſolemus, & iam vertimus in noſtris Cantici Graecis Latiniſque verſionibus, ad hunc modum.

2.16. *Amor meus mihi, & ego illi,*
Qui paſcit ex Roſis.
6.2. *Ego Amori meo, & Amor meus mihi,*
Qui paſcit ex Roſis.

Vel potius.

Qui paſcit in Roſis.

Vel

Vel potius quod mihi magis placet.

Qui paſcit Roſis.

Quemadmodum Graecè vertimus.

2. 16. ἔρως μου ἐμοὶ κἀγὼ αὐτοῦ,
ὃς ποιμαίνει τοῖς ῥοδόοις.

6. 2. ἐγὼ ἐρωτῇ μου, καὶ ἔρως μου ἐμοί,
ὃς ποιμαίνει τοῖς ῥοδόοις.

Hoc eſt. Ille mei creator & factor, qui ab omni aeternitate, priuſquam me formaret luteum hominem, ad imaginem & ſimilitudinem ſuam: mei amore captus, me quam diligit, ſe ipſo, chariorem habet. ꝓ

Ille vnicus Dei filius, qui à Patre ſolo eſt, genitus non factus: qui cum Patre & Spiritu ſancto, vnica ſpiratione, ab vtroque ſpirato, vnus Deus, atque vnus Dominus, me creauit ex nihilo. ꝓ

Ille Deus & homo, omnium ditior & locupletior, qui non exercitum, ſed vniuerſum mundum alit: qui nulla ſua indigentia, nulla ſua vtilitate quaeſita, me amat, atque in delitiis habet. ꝓ

Ille, qui propter meorum Aboriginum peccatum, quod omnis peccauit poſteritas: nomen peccatoris ſubiens, me profligatam, perditam, & obrutam, ſua morte redimens, denuò exoriri fecit. ꝓ

Ille Chriſtus, qui vinculis aſtrictus, ſputis foedatus, palmis caeſus, virgis verberatus, atque omni ſupplicio excruciatus: in crucem tolli, necaríque voluit, vt me à morte liberaret. ꝓ

Ille Meſſias, quem ego factura eius, ſoror atque eadem Sponſa: meum Sponſum, fratrémque Deúmque, tantopere dilecta diligo, & amata amo, tantáque beneuolentia proſequor, veneror & colo. ꝓ

Ille redemptor omnium, quem omnibus horis, corde credo, ore fateor, & teſtificor, faciens eius mandata: oculíſque, auribúſque complexu teneo, & in ſinu foueo, propter retributionem. ꝓ

Ille, quem quotidie, in eius memoriam, ſui ipſius iuſſu Deo Patri immolans, in manibus habeo: adoránſque edo & bibo, geſto & odoror, ſeruóque meis ſcitis, poculis aureis argenteiſque. ꝓ

Ille, inquam, paſtorum Paſtor Amor meus inquit mihi, & ego illi. Qui oues ſuas paſcit Roſis. Quas teneras attendent oues, ſimaéque Capellae. Quarum Caprarum ſcilicet & ouium nomine, myſticè in vtraque ſacra pagina homines ſignificantur: non ſecus ac gregis nomine. Sicut par. 4. 5. Sponſus cecinit. Cum vtriuſque ſacrae Scripturae doctrinarum copiam, ac gratiae ſacramentorum, abundantiam celebrando: quibus gemellos populos, vna ſtirpe generatos, ſicut lacte nutrices, infantes pueros, nutricatus Eccleſia: catulis Capreae geminis, Roſas paſcentibus, Sponſae Mammas compoſuit.

שני שדיך

Scene ſciadaich.

כשני עפרים

Chiſcne nhafarim.

תאומי צביה

Theome tſebijah.

הרעים בשושנים:

Haronhim baſcioſciannim.

Id eſt, vt nos Graecè & Latinè vertimus.

Ambo hubera tua,
Sicut duo hinnuli
Gemelli Capreae
Paſcentes Roſas.
ἄμφω ὦ μαϛώ σου
ὡς δύο νέϐροι,
δίδυμοι τῆς δορκάδος
νεμόμενοι τὰ ῥόδα.

Vt ſit ב *beth,* nota cauſae materialis. Sicut Exod. 31.4. vbi agitur de opere tabernaculi teſtimonij.

לעשת בזהב

Lanhaſoth bezahab,

ובכסף ובנחשת:

Vbcheſef vbnacheſceth.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Ad faciendum ex auro,
Et ex argento, atque ex aëre.
τοῦ ποιῆσαι ἐκ τοῦ χρυσίου,
καὶ ἐξ ἀργυρίου, καὶ χαλκοῦ.

Vel ſtet ſimpliciter vice עם *nhim*, id eſt cum. Sicut Exod. 15. 19. in Cantico Moyſes.

כי בא סוס פרעה

Chi ba ſus farnhoh

ברכבו ובפרשיו׃

Birchabo vbparaſciau.

Quoniam eques Pharao (mare) *intrauit*
Cum curribus, militibúſque ſuis.

ὅτι ἵππος Φαραὼ (εἰς θάλασσαν) εἰσῆλθεν
σὺν ἅρμασι, καὶ ἀναβάταις αὐτοῦ.

Vel ſit ב *beth*, praepoſitio, ſine qua Latinè dilucidè ſententia ſtare poteſt: ſecundum noſtrum Latinè ſcribendi, vertendíque modum. Sicut initio Geneſis fecimus, vertentes.

ברשית ברא

Bereſcith bara.

Principio creauit.

Sic etenim Latini ſermonis, incorrupta ſeruatur integritas: caſtáque & incolumis,ſanctae priſcae ſcripturae ſententia manet.Sine illa orationis praepoſitione IN. ſine qua,ornatè & emendatè, ſuas locutiones, boni inprimis Poëtae, & Oratores (quos Latinae eloquentiae autores habemus) verſibus orationibúſque, variis modis & numeris fuderunt.

Vel ſit ב *beth* ſuperabundans,metri cauſa:quemadmodum ו *vau*, pluribus locis in Pſalmis, caeteríſque carminibus. Vel ſonitus vocis, vel iucundioris vocalitatis cauſa addita: quomodo εὐφωνίαν Graeci vocant.

Quemadmodum in titulo libri Eccleſiaſtes.

דברי קהלת בן דוד

Dibre Coeleth ben Dauid

מלך ברושלם׃

Melech biruſcialaim.

Id eſt, de Hebraeo, Latinè exprimendo.

Verba Eccleſiaſtes filij Dauid
Regis in Hieruſalem.

Veluti Graeci reddiderunt.

ῥήματα Ἐκκλησιαστοῦ υἱοῦ Δαυίδ
βασιλέως ἐν Ἱερουσαλήμ.

Cum tamen ſecundùm conſuetudinem Latini ſermonis,planè & ſimpliciter titulus vertendus ſit.

Verba

Verba Eccleſiaſtes filij Dauid
Regis Hieruſalem.

Vel (quod mihi maxime libet) ſit linguae proprietas, quam ἰδίωμα καὶ διάλεκτον Graeci dicunt. Cuiuſmodi eſt Graecorum articulus, quem ſingulis ferè dictionibus adhibent: interdum certitudinis gratia, interdum etiam ornatus cauſa. Sicut celebri illo, & decantato Pſalmo 95. vnde Dei laudum initium, ſingulis diebus, ducit Eccleſia, verſ.4. ſecundum vulgarem verſuum partitionem.

Hodie ſi vocem eius audieritis.

Vbi in textu Hebraeo, non, Vocem, habetur: ſed, In vocem, vel In Voce. Eſt etenim, vox, cum affixo literae ב *beth.* Cui etiam Maſoretae daghes apposuerunt.

היום אם בקלו תשמעו׃

Aijom im becolo thiſcmanhu.

Quem Graeci ſcitè tranſtulerunt.

σήμερον ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε.

Et tamen nemo Latinè caneret.

Hodie, ſi in voce eius audieritis.

Veluti Hebraicè purè verſus reſpondet. Nec

Hodie, ſi huius vocis eius audieritis.

Veluti Graecorum habet verborum compoſitio. Sed quiſque Latinè bene caneret, vt Eccleſia Latina in diuinis canit

Hodie, ſi vocem eius audieritis.

Ea ſanè ratione. Quoniam oppido diſpar linguarum, apta eſt verborum conſtructio: quam conſequutionem Orator, Graeci σύνθεσιν καὶ σύνταξιν appellant.

Et in duobus ſupradictis locis, par.2.16.& par.6.2. vbi cum choro Sponſa, de Sponſo loquitur: per paſtum Roſarum, intelligit Propheta, magnum cumulum plurimarum & maximarum voluptatum, quibus ſeruos ſuos egregiè fideles, animas ſcilicet ſibi dicatas, Sponſus Meſſias perfundit. Hoc eſt enim Roſis paſcere, vel in Roſis: & in Roſa potare.

Sic Orator de finib. lib.2. cum L. Thorium Balbum Lanuinum meminiſſet: ita viuentem, vt nulla poſſet reperiri voluptas, qua nō abundaret. Poſtquam multa de eo cōmemorauit: cuius vita denique conferta voluptatum omnium varietate fuit. Cum nō haberet ipſe quenquam, quem illi Lanuino in beatitudine auderet anteponere: virtutem inducit, quae illi beato, M. Regulum anteponit. Clamat namque

 (inquit)

(inquit) virtus, beatiorem fuiſſe Regulum, quam potantem in Roſa Thorium. Propterea quod cum ſua voluntate, nulla vi coactus Regulus, praeter fidem, quam dederat hoſti, ex patria Carthaginem reuertiſſet: vigiliis & fame cruciatus interiit.

Nam magis magiſque perpetientes voluntariè, triſtes firmitate & conſtantia, beatos cenſet virtus, quantumuis miſerabiles vulgo videantur: quam qui hilaritate, laſciuia, riſu, aut ioco comitae leuitatis, redundant.

Quemadmodum igitur Orator L. Thorium Balbum Lanuinum, omnibus voluptatibus abundantem, & affluentius voluptates vndique haurientem, potantem in Roſa appellauit: ſic Sponſa, Sponſum coeleſtem, omnibus delectamentis, deliciiſque ſpiritualibus, ſuos deuotos oblectantem, paſcentem Roſis nuncupat. Sed meo iudicio, plus pluſque aptè & congruenter, quàm Orator, Sponſa: ob genus equidem bucolici carminis.

Sicut pariter Sponſus, quando (vt paulò antè hac eadem Cauſ. 2. dicebamus) cum Eccleſia Sponſa ſermonem habēs. par. 4. 5. illam laudat, à pabuli genere. Quoniam Paſtrix gregum praepoſita Eccleſia (ſicut in propria egimus Annotatione Paſtrix) non velut alij Opiliones, Caprarij, Bubulci, reliquique pecoris Magiſtri, herba, gramine, cythiſo & hibiſco, caricibúſque paluſtribus, teneris virgultis, ſtirpibus, amariſque ſalicibus, greges paſcat: verum enimuero, ſuaueolentibus Roſis, Horti ipſiuſmet Sponſi; Eccleſiae Amoris, Paſtoriſque, Principiſque Paſtorum. Coeleſtibus nimirum Sacramentis, quibus paſti diuini homines, omnes ſenſus, dulcedine omni perfundi moueriique ſentiunt. Ac tum praeterea praedicatione verbi Dei: quod tum dulcius ſapit fidei palato, quàm mel gutturis faucibus: tum veluti lac nutrit, atque vt temetum temulentos facit, quod magnopere Sponſus à fidelibus ſuis requirit.

Quemadmodum dictum eſt à nobis in Annotatione amor L. 5.

CAVSA

CAVSA III.

TERTIA, quia parte quinta ad medium, à Choro puellarum, quarum miſericordiam Sponſa implorauerat, fidémque obteſtata erat, vt eius Amanti, ſuam inualetudinem nunciarent.

Quiſnam eius eſſet Amans.

Interrogata Sponſa : & eius ipſa vſquequaque optimam figuram, a-praeſtantes totius corporis partes deſignans : cùm multas enumeraſſet, in quibus ſuo Sponſo, praecellentiſsimae (vt par erat) formae pulchritudinem impertiuerat : inquit.

שפתותיו שושנים

Siſthothau ſcioſciannim.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

τὰ χείλη αὐτοῦ τὰ ῥόδα.

Labra eius Roſae.

Quae nempe ſanguinei coloris ſunt. Quemadmodum apud Claudianum. Cùm Ennenſes agros deſcribit turgidos in flores à Zephiro factos. Cùm Nympharum coetus, celſáque tonantis germina, tres Deae, filiarum Iouis maximae, Diana, Venus, & Minerua, per eos campos cum Proſerpina luderent, flores ſociantes, ſertíſque ſe coronantes.

Quáque volat, vernus ſequitur color, omnis in herbas.
Turget humus, medióque patent conuexa ſereno.
Sanguineo ſplendore Roſas, vaccinia nigro
Induit : & dulci violas ferrugine pingit.

Non autem.

Labra eius Lilia.

Vt habent omnes Latinae editiones, & Graecorum Codices.

χείλη αὐτοῦ κρίνα.

Roſea enim labra, cùm aptiùs ad naturam quadrant humanam: quàm perfectè planéque Sponſus, formam hominum indútus, ex ſubſtantia matris aſſumpſit: quàm Lilia: qualia nunquam natura, ex omnium ſeculorum memoria genuit. Tum Sponſi praedicationem, quam ſub

labrorum figura Salomon myſticè deſignauit;magis propriè referunt. Cùm enim praecipuus oris ruber ſit color,in labris adamatus,mouens oculos & delectans: vigidior etiam, exaggerata altiùs oratione, docendo,monendo,mandando,increpando conſequitur. Qualis in Roſis,& purpura rubens fulget.

Quamobrem par.4.3. Sponſus, & par.7.5. cùm Sponſae aptam figuram membrorum, ex qua pulchritudo corporis conſtat: tum coloris venuſtatem ac leporem caneret: purpureum os recenſuit. labráque coccina. De Apoſtolis loquens, & eorum ſucceſſoribus, caeteríſque omnibus, quibus munus praedicationis creditum, ac commiſſum eſt.

כחוט השני שפתותיך

Checut haſciani ſiſithothaich.

ודלת ראשך כארגמן

Vedallath roſcech chaargghaman.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

ὡς ταινία κοκκίνη τὰ χείλη σου,
καὶ θύρεον τῆς κεφαλῆς σου ὡς πορφύρα.

Vt vitta coccina labra tua,
Et oſtium capitis tui, vt purpura.

Non autem.

πλόκιον κεφαλῆς σου.

Plexus capillorum capitis tui.

Vel Trichae,vel capilli. Qui ſingulatim lingua Sancta nominantur nomine שער *ſanhar*,cum ſmol: & aſtrictim comptus gratia nomine צמת *tſamath*. Prout dictis nominibus diuinus noſter vates in Cantico vſus eſt: initio 4.par.& par.6.circa medium.

Vbi nomen צמת *tſamath*, quod capillos ad ornatum intortos ſignificat:quales Cincinnos Latini appellant,σιωπήσεως Graecè vertentes reddiderunt, id eſt,taciturnitatem. De quo ſcripſimus in Annotatione Cincinni: in qua locum Iſaiae propoſuimus, vbi idem nomen צמת *tſamath*,habetur pro Cincinnis Latinis. Vbi qui Graecè hactenùs reddiderunt,per κατάλυμμα, verterunt: quod velamen, vel ornamentum reddi Latinè poteſt. Qui locus Iſaiae à nobis ad Hebraicam veritatem, Latinè Graecéque redditus, ad verum Prophetae ſenſum, ea Annotatione explicatus eſt.

Et nomen דלת *dallath*,vniuocum eſt,cum nomine שער *ſcianhar*, cum iamim. Non aliter, quàm apud Latinos porta, ianua, & oſtium.

Sicut

Sicut paſſim in Scriptura. Et habetur Pſalmo ſeptuageſimo octauo, verſ.

ודלתי שמים פתח

Vedalthe ſciamaim pathach.

καὶ θύρας τοῦ οὐρανοῦ ἀνέῳξε.

Et portas coeli aperuit.

Vnde nos in Cantico.

ודלת ראשך כארגמן

Vedallath roſcech chaargghaman.

Et oſtium capitis tui ſicut purpura.

Vel portula, vel oſtiolum, vt Graecè vertimus.

καὶ θύριον τῆς κεφαλῆς σοῦ ὡς πόρφυρα.

Qui verſus, quoties à me legitur, conſimilis toties in memoriam Simonidis redit verſus, cuius Athenaeus meminit. Deipnoſoph. 13.

πορφυρέου ἀπὸ στόματος ἱεῖσα φωνὰν παρθένος,

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Oréque purpureo vocem tunc virgo loquuta.

Eſt autem amborum locorum 4. & 7. part.

Vt vitta coccina labra tua,
Et oſtium capitis tui vt purpura.

Vnus & idem ſenſus, vna eadémque ſententia. Quod qui Eccleſiaſtica officia & munera exequuntur: os & labra Sponſae ſunt. Quia nimirùm ad eos ſpectat, inſtituere & erudire fideles, ad legis & Euangelij inſtituta: vt per obſeruantiam mandatorum, ſalui fiant.

Labra namque & os, ad ſermonem homini, praeter caetera, dedit Deus: linguam cordis praeconem (vt Baldus appellauit in tract. ſciſmat.) in ipſo ore locando, finitam dentibus, ad vocis ſonos diſtinctos, efficiendum, inflexum, acutum, & grauem: quorum cùm in cantibus, tum in docendo, monendo, increpando, terrendóque, eſt mira varietas. In hoc enim Epiſcopi, caeteríque Praelati, omnéſque Concionatores verbi Dei, omni cogitatione & cura incumbere debent: vt magno amore inflammentur, & excandeſcant in dicendo aduerſus peccatores & improbos. Vt per demonſtrationem deformitatis ac obſcenitatis peccati, poenarúmque conſequentium mala, quae in cordibus ſuis cogitant homines refrenent, quaſíque vinculo ſtringant: atque per ſignificationem rectè factorum, & certae ſempiternaéque glo-

riae

riae, conuerſos à via mala, virtus praemiúmque accendat: & non conuerſos, per ſe, foeditate ſua, turpitudo horrórque deterreat.

Dixi refrenent & ſtringant, quia hoc per vittam ſignificatur: qua comam, qui gerunt homines, mulieréſque cincinnos, dum ornantur dum comuntur, vincire ſolent, ad ornatum partim, partim ne vltra modum, à circumfuſo aëre ſpargantur.

Dixi inflammentur, & exardeſcant amore, quia hoc per purpuram & coccum demonſtratur: quorum color igneus flammam charitatis ſignificat, qua ij ardere debent, qui ſummos honoris gradus, in Eccleſia ſunt conſecuti. Vt eorum exemplo, reliqui omnes de populo, cuiuſque ſint ordinis, accendantur amore in Deum & proximum.

CAVSA IIII.

QVARTA, quia Rex Salomon, Eccleſiae diuerſorum temporum amplitudinem, maieſtatem ac dignitatem, pro ſta[illegible] eius [illegible] ſub excellentis muliebris formae [illegible] ac decem Eccleſiae membra ſub [illegible] Sponſae [illegible] partibus figur[illegible] al[illegible] Sponſae, Dei ſcilicet ciuitatem, tritici aerum vel Cum[illegible] nuncupauit, ſepe vallatum, par. 7. 2. Vbi de ſepe Roſarum Salomonem intellexiſſe, probabilis ratio reddi poteſt. Nempe quia ex Roſis, quae ex ſpinis naſcuntur (ſicut initio ſcripſimus praeſentis Annotationis) Hortis commod[illegible] & agris ſepes fiunt. Sicut qui de agricultura, déque rebus ruſticis ſcripſerunt, tradidere, vt Creſcentius lib. 5. 48. & alij. Non autem de ſepe Liliorum, vt Latinae editiones habent.

Vterus tuus ſicut aceruus tritici,
Vallatus Lilys.

Cùm ex Liliis, fruſtrà praetenſa ſegeti ſepes eſſet. Cùm enim ob eam cauſam aruùm ſ[illegible]pe circundetur, vt hirtis ſentibus prohibeatur ingreſſus: quamob[illegible] ex [illegible] vepribus fieri ſepes conſueuerunt, vt earum acu[illegible] [illegible]reant: quomodo Lilii ſep[illegible] agri, quae a[illegible] ſpinis ſen[illegible] uſque carent? Quod nec Graecè v[illegible] animaduerterunt.

κοιλία σȣ θημωνία σιτȣ,
πεφραγμένη ἐν κρίνοις. Id eſt.

Venter tuus, Cumulus frumenti,
Septus Lilys.

Quamobrem nos, qui more & inſtituto noſtro, om[illegible] dom[illegible] & reg[illegible]m rationem ſemper ſequimur, cùm Salomonis C[illegible] Graecè & Latinè redderemus, ſic Sponſi Meſſiae binos verſus de Hebraeis expreſſimus.

בטנך ערמת חטים
Vitt[illegible]h nh[illegible]h chittim
סוגה בשושנים׃
Sughah baſcioſ[illegible]nim

Vterus tuus Cumulus frumenti,
Septus Roſis.
ἡ γαστὴρ σοῦ σώρευμα τοῦ σίτου,
τοῖς ῥόδοις πεφραγμένον.

Vterum autem Meſſias appellat, per os Salomonis, Sponſae ſuae Eccleſiae Ciuitatem,id eſt,vnionem credentium,multis variiſque rationibus,ſed quatuor potiſſimum.

Prima,quoniam ſicut per eiaculationem foecundi ſeminis,in feracem Vterum foeminae, generatur homo mortalis diſſolubilis & caducus : ſic in Eccleſia,per effuſionem verbi Dei,in animam ſuſcipientem,generatur homo immortalis, diuinus & aeternus.

Secunda,quoniam ſicut Vterus ſeminis deſiderio flagrãs & ardens, emiſſum ſemen, ore interno, quaſi manu prendit, ac in ſuos ſinus recondit : & poſthaec oſculum ita claudit,vt ne acieulae quidem cuſpis ingredi poſſet : ſic Eccleſia,quae nihil vnquam magis appetiuit,atque etiam efflagitauit, quàm coeleſte ſemen : verbum Dei auribus acceptum, cum conſilio & cura perſpicit, diligentérque cuſtodit, penitùs animis mentibuſque mandans : non permittens alia doctrina fideles doceri,niſi Euangelica,quae ſola ducit ad beatam vitam.

Tertia, quoniam ſicut in Vtero grauidae ſemine, ſanguine alitur foetus & augeſcit:ſic in Eccleſia grauida praeordinatis ad vitam aeternam,Chriſti ſanguine nutricantur fideles & augeſcunt. Praeterquam quod & dum martyres ſanguinem fundunt, iam credentes confirmantur in fide, & numerus quàm maximè augetur credentium. Vnde in hiſtoriis Eccloſiaſticis legimus,in martyrum paſſione, gentes ad fidem conuerſas.

Quarta, quoniam ſicut Vterus,non ſolùm illud agit,vt cõceptum foetum contineat,foueátque, quandiu plantae vitam viuat imperfectiſſimam, poſtmodùm animalis, & poſtremo hominis : ſed poſt nonimeſtrem, vt plurimum geſtationem, expletis ad pariendum menſibus,e ſuis obſcuris latebris proſilire faciens,mundo edit : ſic & Eccleſia, renatos, per miſericordiam Dei, in fonte Baptiſmatis, non ſolùm complexos tenet, tuetúrque, quouſque mortalis haec & caduca vita ſuppetit : ſed vnumquemque poſt ſpatium vitae circunſcriptum, è corporis carcere, mundique ergaſtulo, euolare ſinens, Deo creatori reddit.

Et hactenùs de Vtero.

Cumulum autem frumenti,in quo innumera ſunt grana congeſta, Sponſae Vterum, videlicet ipſam Eccleſiam, Spiritus ſanctus appellat,ob ſacroſanctum Euchariſtiae Sacramentum, ab ipſo Eccleſiae Sponſo Domino noſtro, in ſuprema cena inſtitutum : quod vnum ſemper & idem,in Eccleſia,ſub interminatis panis fruméti particulis,

exhi

ex[illegible]etur & aſſeruatur In hoc namque nunquam defe[illegible]o coeleſti Sa[illegible], corp[illegible] [illegible]ima & deitate, r[illegible] api[illegible]etur, ipſuſmet Do[illegible]s. qui granum frumenti eſt, quod de coelo ca[illegible]s [illegible] terram, [illegible]rum fuit: & tam multum fructum attulit, vt erit c[illegible]s f[illegible]s ſit, nunquam deficiens: tum quia eſus non conſumitur, tum q[illegible] ob eius infinitatem, nunquam exhauriri poteſt.

Atq[illegible] ipſ[illegible] eſt Sacramentum, cuius quotidianam monſtrationem, q[illegible] in Miſſa, cùm Sacerdos, effatis verbis conſecrationis, hoſtiam au[illegible]bus manibus reuerenter ſupra caput eleuat, oſtenditque p[illegible] [illegible] t. Pſ. 72. 16. Cùm ro[illegible] pr[illegible] aduenirre[illegible] D[illegible], per [illegible] de eius regni amplitudine, aequi[illegible]te, foelicitate, & diuturnitate, ſub figura regni Salomonis caneret

יְהִי פִסַּת בַּר

Iehi piſſath bar.

בָּאָרֶץ בְּרֹאשׁ הָרִים׃

Baarets beroſc harim.

Id eſt, quemadmodùm nos vertimus.

Erit particula frumenti,

In terra, in capite montium.

ἔσαι ἡ μ[illegible]ς τοῦ σίτου

ἐν τῇ γῇ ἐν κεφαλίδι τῶν ὀρέων.

Hoc eſt. Cùm ad[illegible]nerit Meſſias, praeter alia [illegible]bilia, & in omni memoria omninò in[illegible]ra, quae e[illegible]enient, & [illegible] ipſe faciet, quaéque [illegible]quentur res videbitur inuſitata & noua, pars frumenti in terra, in capite montium. videlicet Sacerd[illegible].

Sacerdotes namque montium nomine intelliguntur, propter elationem & altitudinem ſcientiae, rerum diuinarum vitaeque ſanctitatem: quibus longè multúmque caeteris praeſtant, eminentque inter omnes inſtar montium. Quare etiam Graeco vocabulo, preſbyteros, id eſt ſenes, appellat Sancta mater Eccleſia, quoſcunque quacunque dignitate praeditos, ſacerdotio fungentes. quoniam tales, publicae [illegible] cuſtodes, praeſides & propugnatores, prudentiores & peritiores [illegible] vetuſtas facit.

Qu[illegible] n[illegible] La[illegible]dae no[illegible]ij, Oratore autore, publici Conſilij Conſiliarios & adm[illegible]es nominabant Ex quo & La[illegible] etiam, Senatum & Senatores à ſe[illegible] dictos, accepimus. Haec enim pars tritici, quae vbicunque terrarum, ſacerdotum immolantium, in capite

cernitur: eſt Cumulus frumenti, qui omnes homines, vbi vis gentium, locorúmque ſitos, explere ac ſaturare poteſt.

Quippe qui totum globum terrae eminentem à mari, ſitum in medio, mundi vniuerſi, loco, qui mare vaſtiſſimum, qui coeli ambitum, mundúmque ipſum vniuerſum, & quicquid maius excogitari poteſt, magnitudine ſuperat. Quod cùm per ſe manifeſtum ſit, quando ipſe Cumulus, ipſe eſt Deus, qui locorum continetur, ſicut terra, mare, coelum mundúſque: tum praetereà ex duobus, quae in texto Cantici habentur, clariſſimè innoteſcit.

Quorum alterum eſt, quod tametſi triticum & frumentum numero ſingulari, pluralitatem ſignificent, ſicut arena & eiuſmodi: in Cantico tamen, non Cumulus tritici, vel frumenti numero ſingulari, ſed pluris numero, frumentorum habetur. Scriptum eſt enim חטים *chittim*, pluris numero, non ſingulariter חטה *chittah*, vt Pſalm. 81. in fin. Cùm ad maximam copiam & infinitam abundantiam denotandam: tum ad deſignandam multitudinem Eccleſiarum, in quibus frumenta diſtribuuntur, ab vno & eodem Cumulo.

Alterum, quod vbi antehac omnes verterunt, & nos modò vertimus, frumenti Cumulus vel aceruus: textus Hebraeus videtur vertendus, ager frumenti: vt alias nos Graecè vertimus.

ἡ ὀσφῦς σοῦ ἀγρὸς τοῦ πυροῦ.

Vterus tuus tritici ager.

In quo copia maior eſſe poteſt, ob immenſitatem enimuero longitudinis, & latitudinis: vt qui non clauditur aedificio, cum ſit ſine villa. l. ager, & l. fundi appellatione. ff. de verb. ſignific. Nam verius de agro, nudum eſſe, quod ערמה *nharemah* ſignificat, praedicatur: quando non gramine, non floribus, non arboribus, non denique frugibus, ager eſt veſtitus. Quàm de aceruo, vel Cumulo, qui in horreo conditus aſſeruatur. Matth. 13. Qui proprijs, ac certis vocabulis חל *thal*, & גל *ghal*, nuncupatur lingua Sancta. Quemadmodum par. 4. 10. Cant.

גל נעול

Ghal nanhul.

[illegible]

Cumulus obſeratus.

Eſt ſcilicet Eccleſia mea Sponſa (Meſſias loquitur) quia populi, qui in me credunt, adeò frequentes & multi ſunt, vt prae multitudine numerari non queant. Sicut Cumuli grana, ſiue tritici, ſiue alterius frumenti, quae innumera ſunt. Et quia mea Sponſa Eccleſia, piratis praedonibúſque & graſſatoribus, qui in caede, & ex caede viuunt, minimè eſt patefacta. Sicut Cumulus obſeratus, furibus non eſt patefactus:

[illegible] quemadmodum [illegible] non obſeratus, de quo nulli [illegible] ſunt [illegible], vel ob ſolam commoditatem, quae fures facit. Vnde Orator [illegible] ſeruum ſolum eſſe, cui, domi nihil nec obſignatum ſit, nec occluſum.

Praeterquam quod etiam alia de cauſa, mea Sponſa Eccleſia eſt Cumulus obſeratus. Nempe ob magnitudinem & multitudinem rerum diuinarum, coeleſtiúmque ſacramẽtorum, ac myſteriorum, quae in ſe continet: quorum ſenſus ſpiritualis, haereticis, caeteri que, qui extra Eccleſiam ſunt, & generaliter omnibus indignis eſt obſeratus, id eſt, [illegible].

Sed [illegible] enta redeuntes dicimus, quod non ſolum hoc verſu,

Vterus tuus Cumulus frumenti.

Laudat Meſſias Eccleſiam ſuam Sponſam, à poſſeſſione huius agri vel Cumuli frumenti, quo fideles nutricatur: verum etiam a perſona eorundem [illegible], qui frumento comeſo, in illud ſunt transformati. Videlicet in ipſum Deum Meſſiam, qui (vt ſuprà dicebamus) eſt frumentum, quod in Crucis piſtrino piſtum molitúmque fuit.

Vere etenim in Meſſiam ſunt transformati, qui nihil niſi Deum, dies & noctes cogitant: nihil, niſi coeli caerulea templa intuentur: nihílque, niſi hominis nouiſſima meditantur.

Verè ſunt transformati, qui non ampliùs viuentes ſecundùm prudentiam carnis, quae mors eſt: ſed ſecundùm prudentiam ſpiritus, quae vita eſt & pax: mundo poſthabito, omnia humana à ſe aliena putant.

Verè [illegible] ia-ctati, non [illegible], à ſe [illegible], ſed pro amore Meſſiae, aequo animo [illegible] voluntaria [illegible] conterunt.

Verè ſunt transformati, qui ad patiendum [illegible] non maledicta tantum & ſupplicia, ſed omne genus [illegible], ſunt parati: vt Chriſtum lucrifaciant, in quo viuunt.

Verè ſunt transformati, qui catenas, carceres, quaeſtiones, verbera, ſicas, ignes, ardentéſque laminas, cruceſque, caeteráſque cruciatus, difficiles perpeſſu, ad Meſſiae ſimilitudinem, contra [illegible], ſua ſponte & voluntate ſuſtinent: vt ſecuri ad [illegible] niant.

Verè in frumentum transformatus fuit D. Ignatius Antiochenae Eccleſiae tertius Epiſcopus, poſt principem Apoſtolorum. qui (vt [illegible] D. [illegible], in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis) ad [illegible], [illegible] T[illegible]no, ardens deſiderio patiendi, cum audiuit [illegible] L[illegible]:

Frumentum Chriſti ſum, dentibus beſtiarum molar, vt panis mundus inueniar.

Sepe verò Roſarum cincta eſt ciuitas Dei: tum pro vallo & foſſa, & aggere maximo, contra aſcenſum, transgreſſioneſque inſi[illegible] teraſque nationes & gentes: tum vt ciues intell[illegible] ſupernam [illegible] ciuitatem, cuius terrena haec imago eſt, & ex[illegible] non niſi p[illegible] dias ſpinas, atque aculeos, aditum eſſe. Sicut di[illegible]ùs ſcriptum eſt in Actis Apoſtolorum.

> ὅτι διὰ πολλῶν θλίψεων δεῖ ἡμᾶς [illegible] εἰς [illegible] βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. Id eſt.
>
> *Quoniam per multas anxietates, neceſſe eſt, nos ingredi in regnum Dei.*

Hoc eſt. Per tolerantiam paſſionum, & omnis generis malorum, & mortis: vt ſanguineus nobis, color Roſarum oſtendit. Quia Meſſias Sponſus Dominus noſter, pro ſua Sponſa Eccleſia paſſus eſt. nobis relinquens exemplum, vt ſequamur veſtigia eius. Et quia Apoſtoli, caeterique, qui pro Chriſto, mortem, non dubitarunt, occumbere: quemadmodum cuius modò mentionem fecimus, D[illegible] paſſi ſunt: cum etiam ſepis rorabant ſanguine vepres. Sicut l[illegible]s proſequitur Apoſtolus ad Hebr. cap. 11. Ex quibus tamen leuibus in primis, libenti animo & ſtudioſe perferentibus, cùm ſingularis & prope [illegible] iucunditas [illegible]: tum mira etiam, qu[illegible] afflatur Roſis, [illegible] ſuauitas. Dicente Sponſo Domino noſtro.

> ὁ ζυγός μου χρηστός, καὶ τὸ φορτίον μου ἐλαφρόν ἐστιν.
>
> *Iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue.* Matth. 11.

Vt enimuerò (ſi comparare liceret) mihi dici poſſe videatur, ſimillimam ciuitati Dei eſſe virtutem: quam tot corporis laboribus, atque animi contentionibus, homines adipiſcuntur: vt propterea eam antiqui in alpeſtribus montibus, acceſſu p[illegible]s, d[illegible]re commenti ſint. Sicut in vet[illegible]bus Graecorum [illegible]

> Ἔστι τις λόγος τὰν ἀρετὰν [illegible] δυσαμβά[illegible]
> νῦν δέ μιν θοὰν χῶρον ἁγνὸν ἀμ[illegible] οὐ[illegible] πάντων
> βλεφάροις θανάτων ἔσο[illegible], ᾧ μὴ [illegible] ἱδρώς
> ἔνδοθεν [illegible]ηκητ ἐς ἄκρον ἀ[illegible]. Id eſt.
>
> *Sermo eſt (ſ[illegible]) in m[illegible] acceſſu difficillimis, habitare virtutem (atque illam) ſanè illam ſedentem locum caſtum fouere: nequaquam omnium mortalium palpebris ſe aſpiciendam, praebens.* (Vt) *cui non moleſtus ſudor intimus venerit, peruenire,* (detur) *ad apicem virilitatis.*

Ac,

At, quemadmodum etiam, Heſiodus Poëta grauiſſimis verſibus expreſſit:

τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν
ἀθάνατοι, μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ' αὐτὴν,
καὶ τρηχὺς τὸ πρῶτον. ἐπεὶ δ' εἰς ἄκρον ἵκητε,
ῥηιδίη δ' ἤπειτα πέλει χαλεπὴ περ ἐοῦσα.

Id eſt, quemadmodùm nos vertimus:

Praepoſuere grauem virtuti Diua laborem
Numina: longa quidem, altáque quae perducit ad illam,
Eſt via principio: ſed ſummo vertice tacto,
Tum facilis, tum fit dulcis, licet ante moleſta.

ROSA.

ROSA.

ATQVE his quatuor [illegible] expe[illegible]tis, [illegible] eſt re-ſponſio (vt mihi videtur) ad q[illegible] c[illegible] in medium afferunt contrariam ſententiam ſequentes, re-lati per doctiſſimum G[illegible]rdum.

Primùm, שושנה *ſciuſciannah* fl[illegible] eſt candidum, qui vulgò Lilium dicitur, & ita vocari, propterea [illegible] perpetuò habeat ſex folia.

Secundum, quod lingua Punica Suſanna ſit Lilium.

Tertium, à Liliis Suſan vrbem, de qua in Eſther, vocatam eſſe.

Quartum, & vltimum, à Suſanna dictum Oleum Suſinum ex Liliis confectum.

Nam vt ab vltimo ordiamur, non obſtat argumentum veterum Graecorum, de oleo Suſino ex Liliis confecto. [illegible] inventor [illegible] potuerit, vel qui nomen impoſuit: ſequendo communem opinionem, quod שושנה *ſciuſciannah*, eſſet Lilium. Vnde benè dici poteſt. Non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe.

Nec obſtat tert[illegible] vrbe Suſan de qua Eſther 1. & Dan. 8. cum ſic Suſan regia quondam Regis Aſſueri, & metropolis Perſici regni, potuerit vocari à Roſa, ſicut Rhodus Inſula, à voce Graeca ῥόδον: quemadmodùm à Liliis.

Neque ſecundum obſtat, quod lingua Punica, Suſanna ſit Lilium: quia non valet argumentum de lingua ad aliam. Nam apud Latinos nomen Sus ſpeciem animalis ſignificat, quod [illegible] nomine Porcus, eadem lingua Latina appellatur & tamen lingua H[illegible] סוס Sus, non porcum, ſed equum ſignificat.

Neque primùm [illegible] in T[illegible] quod שושנה *ſci[illegible]nah*, flos [illegible], [illegible] tur, atque ita vocari, propterea quod [illegible]. Puto ego à שש *ſces*, quod ſex ſignificat. Q[illegible] ſimpliciter.

Primò quod ſi hoc verum [illegible] *ſcio'ciannah*, flos candidus eſſet, nequaquam Sp[illegible], per os Salomonis de Melle Deo & homini cantaret.

שפתותיו שושנים

Siſthotahu ſciuſciannim.

Labra eius Lilia.

Cùm ſenſus literalis tergiverſari non poſſit: atque labiorum ruber color

color ſit, & idem prorſus cum ſanguineo Roſarum, de quibus apud Claudianum,verſibus ſuprà citatis. Et ſi ad myſticum ſenſum ſpectes, non alius quàm Roſeus color quadrare poſſit: ob inflammationem enimuerò labiorum,quae placidè & ſedatè dicentem, ne dum ſtomachosè & iracundè increpantem & accuſantem conſequitur.

Secundò, quod argumentum ab etymologia non concludit: quia valet negatiuè,non autem affirmatiuè, Bart.& DD.in l.mutuum.§.appellata. ff.ſi cert.pet. Vnde flos non habet ſex folia: ergo non eſt Lilium,valet: ſed habet flos ſex folia,ergo eſt Lilium non valet.

Tertiò & vltimo reſpondetur,quod quemadmodũ nomen שושנה *ſcioſciannah*, pro Lilio poteſt conſiderari deductum à שש *ſces*, per iamim,adiectiuo,quod ſignificat ſex: pariter pro Roſa, poteſt conſiderari deductũ à שוש *ſos*,per ſmol,verbo, quod ſignificat laetari, ſynonimo cum שמח *ſamach*: à quo ששון *ſaſon*, & ששון *ſeſon*, laetitia. Quo verbo Regius Propheta vſus eſt Pſalm.119.162.litera ש *ſcin*.

שש אנכי על אמרתך
Sas anochi nhal imrathecha
כמוצא שלל רב׃
Chemotſe ſcialal rab.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Laetus ego ob ſermones tuos
Sicut qui reperit praedam multam

εὔφρος ἐγὼ ἐπὶ τοὺς λογοὺς σοῦ,
ὡς ὁ εὕρε σκύλα τὰ πολλά.

Vbi editio vulgata Latina habet. Laetabor.

Hoc eſt. Etſi multis tribulationibus & perſecutionibus:quaſi telis, vndique ſtipatus ſum, non tamen de ſalute deſpero: immò verò non ignarus,quod tu Deus,probatis per multas tentationes,beatitudinem polliceris: confiſus quod perſeuerando, victor per patientiam euadam,ſpem habeo, quae non confundet, me gauiſurum,cùm praemiis me afficies beatae vitae. Quod autem ſequitur.

Sicut qui reperit praedam multam.

Metaphora eſt,à victis hoſtibus: maximam ſignificans laetitiam, ob duplicatum gaudium, alterum de victoria, & de manubiis alterum. Nomina autem ששון *ſeſon*,& ששון *ſaſon*,habentur Pſal.51.10.

תשמיעני ששון ושמחה
Thaſcminheni ſaſon veſimchah

תגלנה עצמות דכית׃

Thaghelnah nhatſamoth dichitha.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Audire me facies gaudium & laetitiam.
Et exultabunt oſſa (quae) contriuiſti.
ἀκούειν με ποιήσεις χαρὰν καὶ εὐφροσύνην,
καὶ ἀγαλλιάσονται τὰ ὀστέα (ὅσα) συνέτριψας.

Hoc eſt. Non ſolùm ego gaudebo & laetabor (Propheta in perſona Eccleſiae loquitur) cum dono humilitatis, à te mihi elargito, ore me & lingua & manu & vita omni inquinatum, per aquam lachrymarum, per contritionem, confeſſionem & ſatisfactionem, tribus poenitentiae ſacramentalibus partibus ablueris: verùm etiam oſſa mea, quae contriuiſti (hoc eſt enim דכית *dichitha*) id eſt, quaſi in puluerem per tribulationes redegiſti, vt ſubigeres & domares & domata humiliares: Praelati videlicet, qui Eccleſiae fabricam, velut maſſam corporis oſſa, ſuſtentant, laetitia exultabunt in tribulationibus, cum gaudio Spiritus ſancti, ob magna & ampla praemia, quae retribues. Et infrà 14.

השיבה לי ששון ישעך

Haſciuah li ſeſon Ieſciunhecha.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Redde mihi laetitiam Ieſus tui.
ἀπόδος μοὶ εὐφροσύνην τοῦ Ἰησοῦ σοῦ.

Quicquid hactenùs illud Sanctiſſimum nomen verſum fuerit, Salutaris tui, aliter punctatum. Retinendum eſt enim nomen proprium Domini noſtri Ieſus, iam receptum pro Hebraeo ישע *ieſciuanh*: ſicut paſſim in nouo teſtamento, vt in aliis nominibus propriis antiquus Eccleſiae vſus obtinuit. Vnde Moyſes dicitur pro משה *moſceh*, & Iacob pro יעקב *Ianhacob*.

Quemadmodum in famulo Moyſes, cuius nomine liber primus poſt Pentateuchum, de eius geſtis, inſcribitur, LXXII. & alij omnes vertentes obſeruarunt. Illi etenim, qui Moyſi, in populi ducatu ſucceſſit, idem fuit nomen Ieſus: quamuis in Hebraeis codicibus legatur יהשוע *iehoſciuanh*, additis literis ה *he*, & ו *vau*. Sic enim & Latinis idem nomen eſt Marcellinus cum Marcello, & Iulianus cum Iulio.

Nam cùm à Spiritu ſancto edoctus, Regius Propheta ſciuiſſet incarnationem ſecundae perſonae Sanctiſſimae Trinitatis: vt colligitur ex ſuprà dictis 8.

Incerta

Incerta & occulta ſapientiae tuae manifeſtaſti mihi.

Vbi textus Hebraeus magis (vt mea fert opinio (efficax habet.

ובסתם חכמה תודיעני׃

Vbſathum chochmah thodinheni.

Id eſt, quemadmodùm nos vertimus.

Et de arcano ſapientiam ſcire me feciſti.

καὶ ἐκ κρύφου τὴν σοφίαν γνῶναί με ἐποίησας.

Hoc eſt. Tu enim Deus ſpiritus, trinus perſonaliter, & vnus eſſentialiter, quem colimus, omnium quaecunque cogitari, vel potiùs excogitari poſſunt, multis modis arcanus: vt quoniam te nemo vidit vnquam: vt quoniam, quomodo ab aeterno Deum Filium tibi cõſubſtantialem generaſti, nobis latet: vt quoniam, quomodo cum eodem Filio tuo, vnica ſpiratione, Deum Spiritum Sanctum ſpiras, clam nos eſt: licèt haec omnia fideliter firmitérque credimus: aliíſque mille modis arcanus: illum ipſum Filium tuum, qui eſt ſapientia tua, accepturum formam ſerui, & genus humanum, ſua morte, à morte liberaturum, quod erat arcanum, vt ſciret luteus homo indignus, dignum feciſti.

Cùm igitur id ſciſſet Rex: atque quod de fructu ventris ſui, Meſſias naſciturus eſſet. Pſal. 132. 11. nomen etiam, ei reuelatum fuiſſe, intelligere debemus. Quia ſcilicet ישע *ieſciuanh*, Meſſias vocaretur, id eſt, Seruator: quoniam ipſe ſaluum faceret populum ſuum à peccatis eorum: vt ab angelo dictum fuit Matth. 1. 21.

Quaſi talibus ſupplicibus verbis, Deum oraret Rex.

Poſtquam tu Deus tantum mihi impertiſti ad ſalutem, quod non ſolum miſiſti ad me Nathan Prophetam, vt reatum meum agnoſcerem: ſed ob tuam immenſam bonitatem, quoniam ingenuè & ſyncerè me peccaſſe, confeſſus ſum, non me purgans, neque in Berſabeam, vel alium culpam conferens, & tu quoque peccatum à me tranſtuliſti, & impoſuiſti in humeros Chriſti tui: vt eius ſupplicio, cum ille venerit, expietur: redde etiam quaeſo mihi, poenitenti de adulterio, & homicidio, & aliis peccatis, ab vno emanatis, quam antea habebam, & mea culpa perdidi, laetitiam eiuſdem Ieſus tui, Filij tui: quem de meo ſemine, naſciturum, ſpopondiſti, quandò illum in mundum mittes, ad ſaluandas gentes. Pſal. 132. 11. Act. 2. 30.

Summa haec eſt, quod Roſae nomen, Hebraicè שושנה *Scioſciannah*, à laetitia deductum cenſemus, cauſis & rationibus ſupra deductis. Atque huic noſtrae ſententiae tria belle ſanè ſuffragantur.

Alterum ſacra Aegyptiorum monimenta, ſcalptis rerum figuris, ſignificantia: quae Hieroglyphica, apud eos dicebantur. In quibus,

תגלנה עצמות דכית׃

Thaghelnah nhatſamoth dichitha.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Audire me facies gaudium & laetitiam.
Et exultabunt oſſa (quae) contriuiſti.
ἀκούειν με ποιήσεις χαρὰν καὶ εὐφροσύνην,
καὶ ἀγαλλιάσονται τὰ ὀστέα (ὅσα) συνέτριψας.

Hoc eſt. Non ſolùm ego gaudebo & laetabor (Propheta in perſona Eccleſiae loquitur) cum dono humilitatis, à te mihi elargito, ore me & lingua & manu & vita omni inquinatum, per aquam lachrymarum, per contritionem, confeſſionem & ſatisfactionem, tribus poenitentiae ſacramentalibus partibus ablueris: verùm etiam oſſa mea, quae contriuiſti (hoc eſt enim דכית *dichitha*) id eſt, quaſi in puluerem per tribulationes redegiſti, vt ſubigeres & domares & domata humiliares: Praelati videlicet, qui Eccleſiae fabricam, velut maſſam corporis oſſa, ſuſtentant, laetitia exultabunt in tribulationibus, cum gaudio Spiritus ſancti, ob magna & ampla praemia, quae retribues. Et infrà 14.

השיבה לי ששון ישעך

Haſciuah li ſeſon Ieſciunhecha.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Redde mihi laetitiam Ieſus tui.
ἀπόδος μοὶ εὐφροσύνην τοῦ Ἰησοῦ σοῦ.

Quicquid hactenùs illud Sanctiſſimum nomen verſum fuerit, Salutaris tui, aliter punctatum. Retinendum eſt enim nomen proprium Domini noſtri Ieſus, iam receptum pro Hebraeo ישע *ieſciuanh*: ſicut paſſim in nouo teſtamento, vt in aliis nominibus propriis antiquus Eccleſiae vſus obtinuit. Vnde Moyſes dicitur pro משה *moſceh*, & Iacob pro יעקב *Ianhacob*.

Quemadmodum in famulo Moyſes, cuius nomine liber primus poſt Pentateuchum, de eius geſtis, inſcribitur, LXXII. & alij omnes vertentes obſeruarunt. Illi etenim, qui Moyſi, in populi ducatu ſucceſſit, idem fuit nomen Ieſus: quamuis in Hebraeis codicibus legatur יהשוע *iehoſciuanh*, additis literis ה *he*, & ו *vau*. Sic enim & Latinis idem nomen eſt Marcellinus cum Marcello, & Iulianus cum Iulio.

Nam cùm à Spiritu ſancto edoctus, Regius Propheta ſciuiſſet incarnationem ſecundae perſonae Sanctiſſimae Trinitatis: vt colligitur ex ſuprà dictis 8.

Incerta

Incerta & occulta ſapientiae tuae manifeſtaſti mihi.

Vbi textus Hebraeus magis (vt mea fert opinio) efficax habet.

ובסתם חכמה תודיעני׃

Vbſathum chochmah thodinheni.

Id eſt, quemadmodùm nos vertimus.

Et de arcano ſapientiam ſcire me feciſti.

καὶ ἐκ κρύφυ τὴν σοφίαν γνῶναί με ἐποίησας.

Hoc eſt. Tu enim Deus ſpiritus, trinus perſonaliter, & vnus eſſentialiter, quem colimus, omnium quaecunque cogitari, vel potiùs excogitari poſſunt, multis modis arcanus: vt quoniam te nemo vidit vnquam: vt quoniam, quomodo ab aeterno Deum Filium tibi cōſubſtantialem generaſti, nobis latet: vt quoniam, quomodo cum eodem Filio tuo, vnica ſpiratione, Deum Spiritum Sanctum ſpiras, clam nos eſt: licèt haec omnia fideliter firmitérque credimus: aliiſque mille modis arcanus: illum ipſum Filium tuum, qui eſt ſapientia tua, accepturum formam ſerui, & genus humanum, ſua morte, à morte liberaturum, quod erat arcanum, vt ſciret luteus homo indignus, dignum feciſti.

Cùm igitur id ſciſſet Rex: atque quod de fructu ventris ſui, Meſſias naſciturus eſſet. Pſal. 132. 11. nomen etiam, ei reuelatum fuiſſe, intelligere debemus. Quia ſcilicet ישע *ieſciuanh*, Meſſias vocaretur, id eſt, Seruator: quoniam ipſe ſaluum faceret populum ſuum à peccatis eorum: vt ab angelo dictum fuit Matth. 1. 21.

Quaſi talibus ſupplicibus verbis, Deum oraret Rex.

Poſtquam tu Deus tantum mihi impertiſti ad ſalutem, quod non ſolum miſiſti ad me Nathan Prophetam, vt reatum meum agnoſcerem: ſed ob tuam immenſam bonitatem, quoniam ingenuè & ſyncerè me peccaſſe, confeſſus ſum, non me purgans, neque in Berſabeam, vel alium culpam conferens, & tu quoque peccatum à me tranſtuliſti, & impoſuiſti in humeros Chriſti tui: vt eius ſupplicio, cum ille venerit, expietur: redde etiam quaeſo mihi, poenitenti de adulterio, & homicidio, & aliis peccatis, ab vno emanatis, quam antea habebam, & mea culpa perdidi, laetitiam eiuſdem Ieſus tui, Filij tui: quem de meo ſemine, naſciturum, ſpopondiſti, quando illum in mundum mittes, ad ſaluandas gentes. Pſal. 132. 11. Act. 2. 30.

Summa haec eſt, quod Roſae nomen, Hebraicè שושנה *Scioſciannah*, à laetitia deductum cenſemus, cauſis & rationibus ſupra deductis. Atque huic noſtrae ſententiae tria belle ſanè ſuffragantur.

Alterum ſacra Aegyptiorum monimenta, ſcalptis rerum figuris, ſignificantia: quae Hieroglyphica, apud eos dicebantur. In quibus,

Roſa laetitiam ſignificabat. Quemadmodùm Ioannes Pierius Valerianus annotauit, lib.41.cap.Hilaritas.

Alterum autoritates autorum, quae in cauſis allegantur, l.ſi pater, §.nam & Ariſtoteles.ff.de ſolut. Vbi dicitur, quod ſtatur dicto Ariſtotelis, de quincuplici mulieris foetu. Et l.proponebatur.ff.de iudic. Vbi dicitur, quod creditur Philoſophis, licet partibus mutatis, eandem rem exiſtimari. Et l.ſeptimo.ff.de ſtat.hom. Vbi dicitur, quod creditur Hippocrati, de partu ſeptimeſtri. Roſam etenim laetitiam ſignificare probatur autoritate Poëtarum, quibus ſtatur, ad tradita per Bart. & D D. in l.1.ff.ſi cert.pet. Quoniam Anacreon de Roſa, ſuis amatoriis lyricis cecinit.

εἰς ῥόδον
στεφανηφόρου μετ᾽ ἦρος
μέλπομαι ῥόδον θέρινον,
συνεταιρεῖ αὔξει μέλπειν.
τὸ δὲ γὰρ θεῶν ἄημα,
τὸ δὲ καὶ βρότων τὸ χάρμα.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Cum verè, qui portat coronas,
Aeſtiuam pariter celebro Roſam
Cantus, quae ſocia auget.
Nam flatus eſt Deorum
Et gaudium mortalium.

Tertium Roſa aurea, quam Romani Pontifices, quotannis, Dominica laetare, quae eſt quarta Quadrageſimae, & Septuageſimae vltima, benedicunt: & alicui Principi praeſenti, & in primis nobili donant: vel per quempiam primarium virum, ad aliquem Regem, vel Principem abſentem, nobilitate praeditum dono mittunt. Sicut Pius IIII. anno noſtrae ſalutis M. D. LXV. nobis adoleſcentibus, per Iulium Columnam Romanum, claro genere ortum, dono miſit noſtrae Reipublicae.

Nobili ob ciuitatis antiquitatem, claritatémque maiorum: quae ante ipſam vrbem Romam conditam memoratur. Et à Lucumonibus trahit originem, qui Romulo aduerſus Sabinos ſuppetias tulerunt: vnde in vrbem recepti, Tribum Lucerum confecerunt. ⁊

Nobili ob rei bellicae vſum, in quo ſemper enituit. Non ſolùm priſcis ſeculis, quando robur militare, & equitum multitudo (à quibus Senatus Romanus militares cepit ordines) hinc educebantur: ſed & omni aetate, cum finitimis populis bella gerendo. ⁊

Nobili ob citam ſuſceptionem fidei, quae vſque ab Apoſtolorum ſeculo,

ſeculo, credidit Euangelio, & Baptiſmi gratiam percepit, ad praedicationem Diui Paulini, primi Epiſcopi, à Principe Apoſtolorum miſſi: qui Nerone imperante, pro fide occiſus eſt. ⁋

Nobili ob Domini noſtri ad viuum imaginem, quae diuinitus Octingentis iam annis, naui, ad mare noſtrum appulſa, ſine nauta, ſinéque remige, Lucam curru vecta, ductu beati Ioannis Epiſcopi, in cathedrali, ad memoriam veri typi, Dei viui, piè colitur. ⁋

Nobili ob ſanctitatem ſenum eius Epiſcoporum, Paulini martyris, Fridiani, Theodori, Anſelmi, Follarij etiam martyris, & Ioannis: quorum, trium priorum, ſextíque corpora, honorificè, in magnificis templis condita, populus Lucenſis veneratur. ⁋

Nobili ob triginta & duo alia corpora Sanctorum, Martyrum, Pontificum, Confeſſorum, Virginum, Sanctarúmque mulierum, praeter infinitum numerum Reliquiarum Exuuiarúmque Sanctorum: quibus Deus praecipuis honoribus ciuitatem decorauit. ⁋

Nobili ob multos inſignes toga viros, quos genuit. Sicut Lucium tertium, qui ſua virtute honorem purpurae adeptus, Collegij Decanus, ob magnam literarum eruditionem, atque prudentiam Reipublicae gerendae, ad ſummum Pontificatum eſt elatus. ⁋

Nobili ob multos inſignes armis viros, quos genuit. Vt Caſtrucium Lucenſium & Piſtorienſium Ducem, ac Piſanorum Principem: qui animi magnitudine, & ſcientia bellicae artis, triumphíſque de hoſtibus victis, antiquis ducibus eſt aequatus. ⁋

Nobili quoniam bonos ciues, qui viciſſim magiſtratus communiter gerunt, populus Lucenſis, eiúſque oppida, ac totum territorium obſeruant: ſeruántque magiſtratus leges: cunctáque ciuitas & ditio plena religionis eſt, & referta pietatis. ⁋

Nobili ob nobilitatam ſpectatámque virtutem optimorum Conſiliariorum, Communis gubernacula decernentium: quorum opera in omni actione, atque adminiſtratione, Reſpublica ſemper floruit, & noſtra aetate belli paciſque tempore floret. ⁋

Et nos eius donationis memoriam conſeruamus, qui ſimul cum c c c. amplius ciuibus, ex ciuitate ad M M. paſſuum, honoris gratia obuiam Columnae venienti proceſſimus.

Suffragatur autem haec Roſa, quoniam praeter caetera, quae myſteriis non carent, ſicut omnis Eccleſiae actio: per Roſam, quae laetitiam prae ſe fert, duplicem ſuam laetitiam Eccleſia repraeſentat, qua perfruitur.

Alteram liberationis populi Iſraëlitici de Babylone, & reuerſionis in Hieruſalem, poſt L X X. annos, quibus captiuus ſeruitutem perpeſſus erat.

Alteram, cuius prima figura erat, aſcenſionis fidelium, in coeleſtem Hieruſalem, de hoc mundo: qui totus eſt Babylon, id eſt, confu-

ſio vitiorum:& de infernis partibus terrae, vbi eſt confuſio tormentorum.

Quare cum Iſaia Propheta 66.10. *Laetare Hieruſalem, & conuentum facite, omnes qui diligitis eam:* canit Sancta mater Eccleſia. Et cum Pſalmographo. Laetatus ſum in his,quae dicta ſunt mihi: in domum Domini ibimus. Pſal.122.1.

Et ſic noſtra ſententia, exquiſitis rationibus firmata, שושנה *Scioſciannah, Roſam eſſe,& laetitiam* ſignificare:euulſa tanta opinione,tam penitus inſita,tam vetuſta, de Lilio:vndecim loci Cantici, de duodecim,initio huius Annotationis propoſitis, remanent declarati. Reſtat nunc locus, qui initio habetur ſextae partis: vbi choro Sponſa tres cauſas narrat, quamobrem in Hortum deſcenderit Amor: quarum duas priores iam ſupra expoſuimus, in Annotatione Paſtrix, loco vndecimo.

ROSA.

ROSA.

DVODECIMVS igitur locus Cantici de propoſitis, qui de octonis ſextus eſt nominis שושנה *Scioſciannah*; quod Roſam nos vertimus: verſus eſt (vt ſuprà dicebamus) initij ſextae partis. Vbi canens Propheta deſcenſionem Meſſiae in Eccleſiam: ſimúlque eius cauſas, Sponſam de tertia canentem inducit.

וללקט שושנים׃

Velilcot ſcioſciannim.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Et ad legendum Roſas.

καὶ συλλέγειν τὰ ῥόδα.

Hoc eſt. Cauſa autem tertia, filiae Hieruſalem, ob quam, meus Amor deſcendit in hortum ſuum, eſt ad legendum Roſas. Id eſt, vt olitores, agricolas, caeteróſque colonos, conductoréſque & operarios, qui in breui tēpore, ab ipſomet meo Amore, aſſignato, Hortum debita cultura coluerunt: ſpinas, id eſt, tribulationes mundi, pro eius amore, ſedatè ferendo: ab vmbratili vita huius terreni Horti ſeiungat: atque ſecundum pacti & conuenti formulam, mercedem illis tribuat laborum, conductionis denarium: praemium ſcilicet vitae aeternae, ſempiternaéque gloriae, in coeleſti Horto fruendae: quod maximum homini dari poteſt à Deo.

PATRIARCHAE.

א Roſae etenim filiae Hieruſalē fuerunt antiquiſſimi illi & priſci, qui à ſummi rectoris & domini numine, digni habiti: vt compotes & participes eſſent, quòd illuceſceret aliquando dies, cum meus Amor Deus, vnigenitus Dei patris, vnctus ab aeterno Rex, & haeres vniuerſorum conſtitutus, indueret carnem humanam, formam ſerui accipiens: crediderunt & adorauerunt. ש

PROPHETAE.

ב Roſae fuerunt, qui meum Amorem nouum Adam, in hunc mundum profligatum atque perditum, per peccatum protoplaſti veteris Adami,

Adami, Spiritu ſancto illuminati & inſtructi, venturum prophetauerunt: vt in omnibus obediens patri, iuſtus & innocens, pro humano genere moreretur: ac ſua morte mortem ſuperans, hominem redimeret, delendo quod aduerſum nos erat chirographum decreti. ש

ISRAELITAE.

ב Roſae fuerunt, qui ex ore Prophetarum & Patriarcharum, meum Amorem Meſſiam venturum certò credentes: vt mundum moerore miſeriae confectum, ſanaret, & in tenebris peccatorum & ignorantiae obuolutum, liberaret: eum donec veniret praeſtolantes, legem, ſicut ſororem & amicam dilexerunt cuſtodientes eius ceremonias, iudicia, & moralia, quae ad ſalutem ferebant. ש

PRAECVRSOR.

ד Roſa fuit Amoris mei Praecurſor dilectus & lucerna lucens ante Dominum, veteris Teſtamenti figura, in ſe praeferens formam legis: qui pluſquam Propheta, priuſquam naſceretur ex vtero vetulae & ſterilis, ſanctificatus: natus eidem meo Amori viam praeparauit in eremo, digito ſeruatorem demonſtrans, quem praenunciauit, quemadmodum lex gratiam praecucurrit. ש

DEIPARA.

ה Roſa honor decúſque Roſarum, omniúmque florum, & omniũ creaturarum, quae in terra coelóque ſunt, fuit Auguſtiſſima paritérque ſanctiſſima Virgo: quae omnino omnis peccati expers, vt Deiparam decebat, & pium eſt credere: neſciens virum, virum circundedit: cum Gabriele Archangelo nunciante, concipiens de Spiritu ſancto, eundem meum Amorem, in aluo meruit continere. ש

INNOCENTES.

ו Roſae tunc naſcentes fuerunt, flores martyrum, infantes bimi: quos propter meum Amorem Regum Principem, vt eum è medio tolleret, ſucceſſorem formidans, quem è ſermone Regum recenti natum in Bethlehem audierat: vagientes lactentéſque in gremio matrum, mammámque appetentes, proh ſceleſtum & nefarium facinus? reſpergens cunas ſanguine, occidit Tyrannus impius. ש

ὅσοι τὸι ἀυτὸν ἔλαβομ.

ז Roſae fuerunt filij Dei, qui in nomine mei Amoris credentes, cum

cum de coelis deſcendens in hunc mundum, in propria venit, & caro factus eſt: ſicut hominem & Deum receperunt, eíque per quem gratia & veritas facta eſt, illo exiguo támque breui vitae curriculo, quo in terris verſatus, inter nos habitauit, ſeruierunt & miniſtrauerunt, quemadmodum decebat vnigenito filio Dei. ש

APOSTOLI ET DISCIPVLI.

ח Roſae fuerũt, qui ab eodem meo Amore vocati ad Collegium Apoſtolatus, & electi Diſcipuli, agnoſcentes agnum Dei eſſe & Meſſiam Eccleſiae promiſſum, de quo ſcripſit Moyſes in lege, & Prophetae: quemadmodum Ioannes teſtimonium perhibuit dicens. Quia hic eſt Filius Dei, viſo ſpiritu deſcẽdente de coelo, & manente ſuper eum: relictis omnibus, ſecuti ſunt Dominum. ש

MARTYRES.

ט Roſae fuerunt, qui mei Amoris amore, non formidines, non minas, non verbera, non virgas, non flagella, non eculeos, non rotas, non vincula, non catenas, non carceres, non quaeſtiones, non ſupplicia miſerrima & crudeliſſima, non omnem vim acerrimorum tormentorum, non tortores, non ſicarios, non carnifices pauentes: omne genus horrificae mortis oppetere, non dubitarunt. ש

PONTIFICES.

י Roſae fuerunt, qui in Apoſtolorum locum ſuffecti, Sacerdotes magni, Pontificia adminiſtratione fulgentes, conſtantes aduerſus eos, qui Eccleſiaſticae dignitati repugnabant, in ſuo munere manentes: Amori meo incenſum obtulerunt, ſacrificarunt, & innumeros filios per Euangelium genuerunt: flentéſque inter veſtibulum & altare, pro grege commiſſo, iuſti inuenti ſunt. ש

DOCTORES.

כ Roſae fuerunt, qui in mei Amoris ſchola, rerum coeleſtium ac diuinarum ſcientiae, quae ſola ſapientia appellari meretur, vacantes: excellentes in ea, atque ſingulares euaſi: tam multa ſuper vtriuſque teſtamenti voluminibus, piè & ſanctè, ſubtilitérque & copioſè ſcripſerunt, quod Chriſtianam doctrinam maximè illuſtrarunt, ac mirùm in modum Eccleſiam adiuuarunt. ש

CONFESSORES.

ל Roſae fuerunt, qui nec poſt aurum abeuntes, nec pecuniâe in-

cubantes,quae omnes dignitates exequare putatur:mei Amoris ergo, regna,imperia, principatus, gradus, magiſtratus, honores,mundíque diuitias omnes,opéſque & voluptates,ac blandiméta naturae,tãquam floſculos decidentes,floccifecerunt:atque per bona opera lucis exempla & normam proximis demonſtrarunt. ש

VIRGINES.

ס Roſae fuerũt tot Virginum Myriades,quae commiſcendorum corporum libidines abhorrentes & corruptelarum illecebras,Amori meo Regi & Domino coeli & terrae , virginitate dicata : doloribus corporis potius cruciari & conſumi,ſuppliciiſque mactari,quàm cum viris mundi principibus, iure connubij nubere , elegerunt : vt coeleſtem Sponſum terrenis anteponerent. ש

GENTES CONVERSAE.

נ Roſae ſunt omnes fideles,qui per baptiſmum,denuò nati:deleto originali & actuali peccato : ſiue viri,ſiue mulieres, ſiue patres, ſiue matresfamilias, ſiue filij: ſiue liberi, ſiue ſerui, ſiue in coniugio, ſiue ſine duitate viuentes : ſiue iurę ſuo vitam degentes, ſiue aliis mancipati:in hac peregrinatione laudauerunt Deum, iugiter in bonis operibus, ſe exercendo. ש

VICARII MESSIAE.

ס Roſae ſunt,qui mei Amoris & Sponſi,vicem tenentes in terris, duobus accincti gladiis,omnium Principum mundi,ſupremam poteſtatem habentes, ipſo etiam ſacratiſſimo Imperatore,nec nõ & Conciliis generalibus , ſuperiores : ſequentes, pleni clementia , maiorum vias, paſcunt haedos,id eſt,etiam paruulorum curam gerunt:iuxta tabernacula paſtorum,id eſt,more Patrum. ש

CARDINALES.

ע Roſae ſunt, qui eximiis virtutibus, & viuendi diſciplina , inſignes, ex omnibus Chriſtianae Reipublicae nationibus , adhibita accurata diligentia,caeteris praeſtantiores inuenti,& Cardinales creati: apud ſanctiſſimum Romanum Pontificem , vniuerſalis Eccleſiae adminiſtrationem ſuſcipientes , aſſiduis vigiliis , atque laboribus , rem Chriſtianam ſuſtentant. ש

EPISCOPI ET RECTORES.

פ Roſae ſunt Pontifices & Epiſcopi , autoréſque ſacrorum , & magiſtri religionis , ſanctarúmque ceremoniarum : & Parochi , pro ſale & lignis, coeleſtia ſacramenta praebentes:Rectoréſque Eccleſiarum,caeterorúmque locorum, in quibus pietas colitur:omnéſque rerum

rum diuinarum Praepoſiti, cunctíque Sacerdotes, & miniſtri, qui ſacris initiati, purè & caſtè altari ſeruiunt. ש

PRAEDICATORES.

צ Roſae ſunt, qui oratorio munere fungentes, quaſi tubae argenteae, in omni concione, clamare non ceſſant, peccatores reprehendendo, cum debita proportione, modo & menſura, ad mouendum caſtra ſua à mundo: id eſt, ad relinquendum peccata, & inſuper caduca & vana, quae natura fluunt, atque labuntur: & caſtra ſua in coelum collocandum, per ſanctas cogitationes, & pia opera. ש

REGVLARES.

ק Roſae ſunt, qui paternis poſſeſsionibus, ac ſaepè etiam lautis patrimoniis venditis, & pauperibus diſtributis: quo paratiores ſint ad ſeruiendum Amori meo, in ſolitudinem, aut alio quopiam ſecedunt: vel votis eidem factis, religionis, caſtitatis & paupertatis, propria quoque libertate abdicata, vultum & ſermonem, ad ſenſum alterius, & voluntatem commutant. ש

REGES ET PRINCIPES.

ר Roſae ſunt Reges, & Principes, omnéſque qui cum purpura & ſceptro ſedentes, bene morati diligunt iuſtitiam, cuius fruendae cauſa, ſunt conſtituti: & eum populis, quos in ditione habent, meum Amorem colentes, me Eccleſiam, totis viribus atque opibus à barbaricis gentibus, & haereticis, hoſtibúſque omnibus, defendunt: atque pro fide & religione propaganda, propugnant. ש

IVDICES ET SENATORES.

ש Roſae ſunt gubernatores Rerumpublicarum, Senatores boni, moderatores publicorum conſiliorum, Iudices, Praefecti, quique omnes publica munera exequentes, funguntur officio iuſtitiae: qui ſolum meum Amorem Deum, in gubernando, conſulendo, mandando, iudicandóque, prae oculis habentes, proprio bono poſthabito, ad eorum, quibus praeſunt, commodum, reſpectum habent. ש

CVNCTI FIDELES.

ת Et Roſae ſunt omnes boni, temperantes & integri vitae & morum: qui in meo gremio educati, & mea doctrina alti: tum Euangelij & Decalogi, tum mea etiam praecepta ſeruant: forti animo tolerantes res aduerſas, & genus hominum, quaſi rationalium, & ſapientium, aliorum officia exprobrantium: ac tum etiam ſi populus & plebs & infima multitudo eos derideat & contemnat. ש

TVCCII TVCCII
PATRITII LVCENSIS
I. V. C. AC PROTONOT. APOST.

ANNOTATIONES
Super
CANTICO CANTICORVM SALOMONIS.

Ad Sanctiſs. D. N. Paulum V. Dei Vicarium.

Annotatio *PHIALA.*

ARGVMENTVM.

Nomen Hebraeum אשישות Aſciſcioth,*extremum verſus Cantici Canticorum 2. 5. & verbum pariter Hebraeum* רפדוני Rafduni, *verſus ſequentis initium: examinantur. Et non: Stipare, verbum, neque Floribus, nomen, vertendum: at verò Phialis nomen, verbum autem Reclinare, reddendum: ſubijciuntur & ſupponuntur rationes. Atque inibi, Reclinare in pomis, & Phialis ſuſtentare: myſticè quid ſignificent, expromitur. Ac tum praeterea nomen tertij verſus* אהבה Ahabah, *nouè interpretatur, & declaratur.*

ANNO

ANNOTATIO SEPTIMA.

סמכוני באשישות
Sammechuni baaſciſcioth,
רפדוני בתפוחים
Rafduni batthafuchim,
כי חלת אהבה אני:
Chi choleth Ahabah ani.

Qui verſus in Graecis exemplaribus, ſic habentur.

στηρίσατέ με ἐν μύροις,
στιβάσατέ με ἐν μήλοις,
ὅτι τετρωμένη ἀγάπης ἐγώ.

Et in editione vulgata Latina.

Fulcite me floribus
Stipate me malis.
Quia amore langueo.

PRAEMISSVM.

NEMINI mirum videri debet, ſi eorum, quae bis binis verbis,ſenis ſepteniſque literis, primis duobus verſibus, continentur:ob Hebraeae linguae antiquitatem,rerúmque,de quibus agitur,occultationem : cùm intimam penitùs vocabulorum ſententiam : tum ſenſum,anguſta & conciſa comprehenſione deuinctum, prorsùs adipiſci, difficile factu fuit,grande opus mouentibus. Cùm enim amborum cognitio,multis obſtructa ſit difficultatibus, maximáque ſit in ipſis rebus obſcuritas: duriorem etiam intelligentiam ſicut & totius ſacrae Scripturae priſcae,effecit ipſa vetuſtas. Sicut manifeſtum eſt. Pſal.74. cuius eſt exorſus in Latinorum Pſalteriis. *Vt quid Deus repuliſti in finem.*

In quo ſceleſti ac nefarij,praeſagitio eſt,haereticorum facinoroſorum facinoris : qui facinoroſiſſimis manibus, feri agreſtéſque,noſtris aetatibus,omni diritate, atque immanitate teterrimam rem fecerunt.

Cùm fana, templa, aedes ſacras,loca religioſa,in quibus Deus colitur,praecatúrque,veneratúrque,expugnarunt,exciderunt. פ

Delubra cum ſacris fontibus,in quibus paruuli atque adulti,diluti, fide & aqua regenerantur,depopulati inflammarunt. פ

Dei eiúſque ſemper Virginis matris,ſigna marmorea, aenea,eburnea,nobiliſſimorum opificum,ab ipſis aris,demoliti ſunt. פ

Diuorum ſtatuas, ſpecies, figuras, ſimulachra, in excelſis baſibus poſita,ſimul cum altaribus,euerterunt & deiecerunt. פ

Sanctorum res geſtas,mortéſque oppetitas, picturae textilis, & in tabulis,perfectorum pictorum,delerunt,induxerunt. פ

Ac vaſa denique argentea, magnificè & precioſè coelata, ad vſum ſolennium ſacrorum,propalam compilarunt & ſurripuerunt. פ

Poculáque aurea,in quibus ſanguinem Agni obbibit Eccleſia,corpúſque cuſtodit,abſtulerunt,rapierunt,aſportauerunt. פ

Quamobrem multimodis ſacrilegium commiſerunt : ac contra vetuſtam Eccleſiae diſciplinam venerunt :quae Dei & Sanctorum imagines, non ad adorationem, ſed ad memoriam & recordationem hiſtoriae,ab Apoſtolicis vſque aetatibus,imbuta,conſeruauit, & retinuit,ſempérque retinebit,& conſeruabit.

Vſque enim à tempore Apoſtolorum, vſus imaginum initium duxit:cùm S.Lucas Euangeliſta Domini Noſtri & Virginis,& item Collegij Principis, Doctoríſque gentium, ad viuum, imagines pinxit.

Quarum

Quarum Virginis, vſque ad noſtram aetatem Romae remanet.

Et hoc iccircò ſanè quidem facit Eccleſia: vt fidelibus ſuis, praeſertim verò imperitis & idiotis, Domini Noſtri ac Seruatoris, eiúſque Sanctiſſimae Parentis, fratrúmque, & tum praetereà Martyrum, reliquorúmque Sanctorum, vitas, paſſiones & generaliter, geſta, in memoriam reducat. Ad fidelium animos excitandum, vt prò collatis beneficiis, quàm maximas Deo gratias agant: atque ad ipſius Dei & Sanctorum imitationem ſe componant: naturae inuitamentis atque incitamentis blandimentíſque poſthabitis, caeteríſque omnibus peccandi illecebris.

Atque (vt mihi videtur) optima ratione. Quia enimuerò imagines, ſiue pictae, ſiue ſcalptae, ſiue fictae, eo modo ſe habent cum literarum ignaris: quomodo ſcripta hiſtoria rerum geſtarum, ſe habet cum legentibus. Vel, vt gloſſ. inquit in cap. perlatum. de conſecrat. diſt. 3.

Quoniam, *quod facit ſcriptura legentibus: hoc faciunt imagines & picturae illiteratis.*

In eo igitur Pſalmo, in quo Propheta, in perſona fidelis populi, graui viſcerum morbo affecti: tantam inſolentiam & inſulſitatem noſtrorum temporum haereticorum, praeſagiendo deplorat: trium, ad diruendum, & euertendum, inſtrumentorum meminit, quorum propter antiquitatem, omnium nobis eſt forma ignota. Niſi quod ad excidendum apta & congruentia fuiſſe, perſpicuum eſt. Sicut Latinis, ſecures, bipennes, mallei.

Sed haec minimè miranda ſunt, propter rerum varietates, & nouas rerum formas: quae ex temporum commutatione, ſingulis penè aetatibus oriuntur. Quandoquidem non ſolùm in vetuſtiſſimis linguis id accidere compertum eſt: ſed in iis etiam, quae proximè ad nos accedunt, ſi cum illis priſcis conferantur. Quis enim labrum, cuius Cicero ad Terentiam meminit, his verbis.

Labrum, ſi in balneo non eſt, fac vt ſit.

Lib. 24. epiſt. 371. cuius modi & menſurae vas eſſet (nam & de Hebraeorum vaſis ſcripturi ſumus) dicere vnquam poſſet? Niſi quòd vas quoddam, ad formam oris humani & labiorum, factum, ad lauandum accommodatum fuiſſe, non ignoramus.

PHIALA.

PHIALA.

HIs praemiſſis dico, quod verbum fulcite, & nomen malis, ritè reſpondent cum תפוחים *thaſuchim*, & סמך *ſamach*: & cum *στηρίζατε*, & *μήλοις*. Quorum alterum תפוחים *thaſuchim* Hebraicè & *μήλοις* Graecè, mala, ſiue poma, tam fructus mali arboris, quàm arbores, interpretatur. Alterum סמך *ſamach*, & *στηρίζω*, fulcire, firmare & ſuſtentare exponitur.

Sed floribus cum nomine אשישות *aſciſcioth*: & ſtipate cum verbo רפדוני *raſduni*, nihil commune. Verbum enim רפד *raſad*, non ſtipare: ſed ſternere & reclinare exponitur. Vnde fit nomen רפידה *reſidah*: quod reclinatorium & ſtratum à Latinis dicitur. Quod infrà habetur par.3.10. vbi de Salomonis Regia, *ἀρχεῖον* Graeci vocant, mentio habetur.

Quo loco רפידה *reſidah*, pauimentum nos vertimus. Solùm eo vocabulo intelligentes, arte factum & ſtratum in curia, aliqua materia: quod pedibus inambulantes pauiunt. Ita vt verbum Hebraeum רפד *raſad*, par Graeco ſit *ἀνακλίνω*; & Latinis ſterno & reclino: ac idem valens. Vt enim à רפד *raſad*, formatur רפידה *reſidah*; & reclinatorium & ſtratum, à ſterno & reclino: ſic ab *ἀνακλίνω ἀνακλιντήριον*.

De quo loco diffusè agemus, in ſecundis octonis Annotationibus: quas Sponſo fauente, poſt has primas edemus. In quibus pleraque Tertiae partis Cantici, de qua in praeſentibus, nihil attigimus, praeter alios locos, vt Annotationum materia dictabit, nouè commētabimur.

Nomen autem אשישה *aſciſciath*, cuius plurale eſt אשישות *aſciſcioth*, non flores ſignificat: ſed ad laticis vſum, vaſis ſpeciem, ex aliqua materia facti. Non ampli, vt amphora, cadus, vel dolium: in quibus, in annum, vel longius tempus, ad conſeruationem latex reconditur: ſed modici & ad ferendum habilis. Quale Graecis & Latinis, qui à Graecis acceperunt, Lagena, vel Phiala nominatur. Cuiuſmodi *φιαλαίσι τοῦ χρύσου*, Phialis aureis, Pindarus in Iſthmia Od.1. Caſtorem cecinit, alióſque heroas, curruum agitatores, in ludis ſolemnibus, certaminibus potiti: cum tripodibus & lebetibus adornaſſe domum.

κεῖνοι γὰρ ἡρώων διφρον-
λάται λακεδαίμονι καὶ Θή-
βαις ἐτέκνωθεν κράτιστοι

ἐν τ

ἐν τ' ἀέθλοισι θίγον πλείστων ἀγώνων,
καὶ τριπόδεσσιν ἐκόσμησαν δόμον
καὶ λεβήτεσσιν, φιάλαισί τε χρυσοῦ.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Heroum ſoboles namque
Illi gubernatores Curruum
Spartis creati, & Thebis, optimi,
De praemiis certaminum complurium
Domum tripodibus, lebetibus ſimul
Ornauerunt, Phialíſque aureis.

Et cuiuſmodi Athenaeus meminit, lib. 11.

λάγηνον δὲ μέτρον λέγουσιν εἶναι ὄνομα παρὰ τοῖς Ἕλλησιν: ὡς χοὸς καὶ κοτύλης, χωρεῖν δὲ αὐτὸ κοτύλας ἀττικὰς δώδεκα. Id eſt.

Lagenam menſurae nomen eſſe, aiunt, apud Graecos, vt Chum, & Cotulam, duodecímque cotulas Atticas capere. Cotula autem nouem capiebat vncias.

Tametſi non hoc nos negotium agimus, vt de abſoluta Hebraei vaſis, menſura diſſeramus: quam & Budaeus de Aſſe & partibus omiſit. Sed vt innoteſcat Hebraeum nomen אשישה *aſciſciah*, vas ſignificare: ad vitigenum, vel alium liquorem continendum, aptum, atque adportandum habile.

Quale procul dubio vas aquae erat, quod homo ille geſtabat, quem duo ex diſcipulis, Petrus & Ioannes, Domini iuſſu, ſequuti Hieroſolymam, coenaculum repererunt: Luculli Apolline, omniúmque Regum coenaculis conclauibus, tricliniiſque celebrius: vbi parauerunt Paſcha. Quod vas erat κεράμιον: Vt Marc. ſcribit, 14. & Luc. 22. fictile ſcilicet, opere figulino, ex creta & luto fictum.

Et qualia Phialae erant, de quibus Pindarus in Iſthmia, Od. ſup. citata. Et melius qualia Phialae vinariae erant, quas idem Pindarus in Nemea Od. 10. in victoria Thiaei Paleſtritae meminit.

σικυῶν ὅθεν δ' ἀργύρω.
θέντες σὺν οἰνηραῖς φιάλαις ἐπέβαν.

Id eſt, quemadmodùm nos vertimus:

Argentum adepti à Sicyone (plurimum)
Rediere (laeti) *Phialis cum vinariis.*

Et patet quidem noſtra ſententia & opinio 2. Reg. 6. & 1. Paralip. 16. vbi

vbi habetur hiſtoria, quando Rex Dauid, cum ingenti gaudio, reducta Arca Dei, in ciuitatem ſuam, populo cibaria praebuit. Quod Romani Imperatores, auram popularem, & fauorem multitudinis aucupantes, facere conſueuerunt: munera, congiaria, epuláſque erogantes. Ibi enim dicitur, quod Dauid diuiſit populo, à viris vſque ad mulieres, panem, carnem, & lagenam vnam.

חלת לחם · אחת

Challath lechem echath.

ואשפר אחד

Vetſcfor echad.

ואשישה אחת׃

Vaaſciſciah echath.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Vnam placentam panis
partémque carnis vnam
Atque Phialam vnam.

κολλύραν ἄρτου μίαν,
καὶ μερίδα κρέατος μίαν,
καὶ φιάλην μίαν.

Vel ſi magis placet, ἐν λάγυνον. Vnam Lagenam.

Vbi lagena, vel Phiala in textu Hebraeo, ſcribitur per noſtrum Cantici vocabulum אשישה *Aſciſciah.* Cum enim vnicuique viro & mulieri, panem vnum, vel placentam vnam panis, & fruſtum carnis diſtribuerit: comparatiuè etiam אשישה *Aſciſciah,* quod Phialam, ſiue Lagenam vertimus, nó plus capere debebat, quàm homo vno die abſumere poſſet: circiter videlicet Nouem libras: iuxta modum menſurae Lagenae Athenaei d.lib.11.

Vbi animaduertendum, quod & ſi in textu Hebraeo, non ſcribatur, aridorum, an liquidorum Lagena contineret: probabiliter tamen, de certa vini menſura intelligendum, affirmare profectò poſſumus.

Sicut cum apud Latinos, congiaria donata legimus, intelligimus de certa vini quantitate: nam Cógiarium genus menſurae erat. Licet progreſſu temporis, pecunia beneficij gratia data, Congiarium ſit appellata.

Etiam ſi Pagninus conciuis, vir Hebraicae linguae peritiſſimus, in huius vocabuli אשישה *Aſciſciah* interpretatione, non ſatis ſibi conſtiterit.

Cum in Oſea 3. Dolium verterit. Et in Cantico Phialam vitream,

Fulcite

Fulcite me Phialis vitreis.

Cum in Cantico non ſit materia, ex qua. Et 2.Reg.6. Lagenam. Et 1.Paralip.16. Pultem. Quae cibum ſignificat pane vetuſtiorem: quo Romanos & Latium, longo tempore vſos fuiſſe, Plinius autor eſt, lib.18.8. è medulla tritici, quae ſimila, à Latinis & ſimilago nominatur: aqua, melle, caſeo, ouis, & aliis condimentis confectum.

Nam deceptus eſt Sanctes, pace tanti viri dixerim. Nomen enim אשישה *Aſciſciah*, vas omnino ſignificare indubium eſt, ex locis ſuprà citatis Paralipomenon & Regum: iuncto eodem textu in Oſea cap.3. circa principium. Ibi.

ואהבי אשישי ענבים׃

Vehoue aſciſce nhanabim.

Vbi nos vertimus.

Et diligentes Lagenas vuarum.

καὶ ἀγάπωσι λαγυώυς μετὰ σαφυλῶμ.

Vel *φιάλας*, Phialas vuarum. Videlicet. Amantes vinum, quod fit ex vuis, & in Phialis, vel Lagenis, de Doliis & Amphoris hauritur, ad miſtrandum in menſis, pocula conuiuis. Sic Perſius Poëta ſatyrico carmine cecinit

De maiore domo, modicè ſitiente Lagena.

Id eſt. Sitiente vinum. Non autem vt alij verterunt.

Diligentes vinacea vuarum.

Quae medicis, torminibus proſunt, & ſtomachi fluxibus, mammarúmque inflammationibus: applicata ſecundum artem. Nec Dolia vuarum, vt Sanctes vertit, immemor aliorum locorum. Quamuis quo ad ſenſum myſticum, idem propemodum ſit.

Etenim, ſi אשישה *Aſciſciah* Dolium ſignificaret, neutiquam Rex Dauid quandò populo congiaria dedit, poſt reductionem Arcae in ciuitatem ſuam, aequa proportione vſus fuiſſet: dando cuique viro & mulieri, placentam panis, & fruſtum carnis, & vini Dolium.

Quandoquidem Dolium vas praegrande & peramplum eſſe conſtat: in quo (vt ſuprà dicebamus) vinum in annum reconditur, & in longius tempus: vt inde in craterem, & de cratere in pateram fundatur ad menſas. Sicut in Amphora, & Cadò quae apud antiquos idem fuiſſe tradidit Philocorus in lib. De lingua Attica: vt refert Pollux, in decimo, de vocabulis. Vnde Horatius de vino vetertimo, ad Phillidem amicam, inuitans eam ad epulas.

Eſt mihi nonum ſuperantis annum
Plenus Albani Cadus.

Et Cicero de vino, in Dolio recondito, vt inde in dies hauriatur.

Num igitur, qui hoc ſentiat, ſi is potare velit, de dolio ſibi hauriendum putet.

De Claris Oratoribus.

Liceat enim mihi hoc modo de אשישה *Aſciſciah*, Regis Dauid, ratiocinari: quemadmodum Budaeus de Aſſe, & part. libr. 5. de menſura modij tritici, quod Caeſar, autore Suetonio Tranquillo, populo diuiſit, ratiocinatus eſt,

Namque ſi Caeſar frumenti denos modios, ac totidem olei libras, praeter trecenos nummos, quos populo pollicitus erat, viritim diuiſit: intelligimus modium non magnam menſuram fuiſſe.

Sic igitur, ſi Rex Dauid, panis, carníſque partem dedit: intelligere debemus אשישה *Aſciſciah*, non magnam menſuram fuiſſe: qualis dolium fuiſſet: ſed qualem oportuit, ad carnis paníſque proportionem: vt Phiala, vel Lagena.

Eſt autem omnibus ſanctae Scripturae locis, quos induximus, nec non & loco Perſij, elegans metonymia: continens videlicet, pro contento. Atque eadem propemodum, qua Euangeliſtae vſi ſunt: cum inſtitutionem Sacramenti altaris deſcriberent: ibi in vulgata Latina editione.

Et accepto Calice, gratias agens, dedit eis: & biberunt ex illo omnes. Marc. 14. 23.

Non enim Calicem biberunt, ſed vinum, quod poculum continebat, in ſanguinem Domini conuerſum, virtute verborum, eiuſdem Domini, Sacramentum inſtituentis. Id eſt.

Hic eſt ſanguis meus, noui Teſtamenti, qui pro multis effundetur. Marc. 14. 24.

Quae quidem verba, in ipſa datione poculi, protulit Dominus noſter: ſicut in datione panis fecerat: quemadmodum Matthaeus narrat in haec verba.

Coenantibus autem eis, accepit IESVS *panem, & benedixit, ac fregit, dedítque Diſcipulis ſuis, & ait. Accipite & comedite: Hoc eſt corpus meum. Et accipiens Calicem, gratias egit, & dedit illis:* λέγων, dicens. *Bibite ex hoc omnes. Hic eſt enim ſanguis meus, noui Teſtamenti, qui pro multis effundetur, in remiſſionem peccatorum.* 26. 26.

Tunc

Tunc etenim, in illo inſtanti, cum acceſſerunt Domini verba, ad elementa, confecta ſunt Sacramenta. Sicut & in Eccleſia, per dictionem eorundem verborum, à Sacerdotibus, ſuper eiſdem elementis, eadem fiunt Sacramenta: per poteſtatem ab eodem Domino noſtro datam Eccleſiae: cum praecipiens Apoſtolis, inquit.

Hoc facite in meam commemorationem. Luc. 22. 19.

Sic igitur Sponſa in noſtro Salomonis Cantico.

Suſtentate me cum Phialis.

Vel cum Lagenis. Id eſt, Suſtentate me, cum latice, vel liquore, vel porione, quae in Phialis eſt, ſeu Lagenis. In quo cum rerum omnium humanarum, diuinarúmque ſcientiam, inſitam, & innatam in Sponſa, vel ei potius à ſpiritu Sancto datam affluenter, omnes agnoſcimus: tum rei etiam medicae, ſingularem eximiámque notitiam, quis non miretur? Quando ob grauem morbum, eundémque diuturnum, recreari, corroborari, nutririque egens Sponſa: id fieri porione, atque odore petit.

סמכוני באשישות.

Sammechuni baaſciſcioth.

רפדוני בתפוחים

Rafduni batthafuchim.

כי חלת אהבה אני׃

Chi choleth Ahabah ani.

Id eſt, quemadmodum in noſtris nos verſionibus vertimus.

Suſtentate me cum Phialis,
Reclinate me in pomis,
Quoniam aegra Amica ego.

ϛηρίσατέ με μετὰ Φιαλῶν,
ἀνακλίνατέ με ἐν τοῖς μήλοις,
ὅτι ἀσθένης ἡ Φίλη ἐγώ.

Sunt enim recepta à Medicis, Hippocratis axiomata, περὶ τροφῆς. De alimento.

ὁκόσοι ταχίϛης προσθέσιως δέονται, ὑγρὸν ἴημα εἰς ἀνάληψιν δυνάμεως ἄριϛον. ὅκε δὲ ἔπι ταχυτέρης, διὰ ὀσφρήσεως.
Id eſt.

Quicunque celerrima indigent adiectione, iis liquidum reme-

 dium,

dium, ad recuperandas vires,optimum eſt.Vbi verò adhuc celeriore egent, per odores reſtituuntur.

Cum igitur cita & citiſſima, refectione, Sponſa opus habeat, vtrumque petit:humidum ſcilicet alimentum,& odorem. De quo altero, in ſecunda huius Annotationis parte dicemus: cum de malis agemus. Primum namque,vt de potione agatur,verſus contextus requirit. In quo duo conſideranda veniunt. Alterum, quamobrem potum magis quàm cibum ſibi optet Sponſa. Alterum, quaenam tandem iſta ſit potio.

Et quo ad primum, dicimus ex doctrina principis medicorum Hippocratis quaeſtionem ſolui:quoniam liquidum, optimum remedium ad recuperandas vires. Loco ſupra citato,iuncta doctrina eiuſdem Aphor.11. ſect.2. quae habet.

Ῥᾷον πληροῦσθαι ποτοῦ, ἢ σιτίου. Id eſt.

Facilius eſt potu refici, quàm cibo.

Cuius rei ratio eſt, quoniam cum citiùs humidum alteretur & concoquatur: promptius exinde diſtribuitur, ac nutrimentum praebet. Quod cibo ſeriùs valde contingit: quem in ventriculum primùm, in ſuccum abire, neceſſum eſt,antequam in ſanguinem conuertatur & nutriat.

Quo ad ſecundum dicimus. Quod quamuis, qualís ſit potio, ſuis verſibus Sponſa non memoret: vinum tamen eſſe, potius quàm ius, vel alium liquorem ex coctis pullis ſtillatum expreſſúmve, vel aliam dulciculam potionem, veriſimilius & apertius affirmare poſſumus. Vinum enim,& magis craſſum & rubrũ: quàm album & tenue,quod ὑδατώδεις, aquoſum Galenus appellat.d.Aphor.11. non ſolùm hominem educat & alit, roborátque: verum enimuero moderatè potum, ſtomacho valde prodeſt, praeſertim imbecilli. Qualem Timotheus habebat, ad quem Apoſtolus ſcribens.

Οἴνῳ (inquit) ὀλίγῳ χρῶ διὰ τὸν στόμαχόν σου.

Vino modico vtere, propter ſtomachum tuum.

Et qualem Sponſa quaéque anima fidelis habet, cum praeuaricatur turpiſſimè,& ab officij ſui praeſcripto deflectit,atque aberrat. Tunc enim ſauciata peccato,eius ſtomachus reſolutione laborat: quod cibi ſalubris doctrinae, non tenax euomat: vnde ali deficit, tabéque conſumitur.

Sicut illis contingit,qui ſuggeſtionibus Satanae irretiri ſe paſſi,Eccleſiam aſpernantur. Qui quoniam ſunt ſtomacho languidi, nec cor illis ſapit,nec palatus: Sacramenta refutant, renuúntque. De quibus bene regius Pſalmographus prophetauit. Pſal.107.18. in quo omnes ſanatos inuitat conſiteri Deo, eíque ſacrificare:

כל אכל תחעב נפשם

Col ochel thethanhib naſſciam

ויגיעו עד שערי מות׃

Vaÿagghinhu nhad ſcianhare maueth.

Id eſt,vt nos vertimus in noſtris Pſalteriis.

Omnem cibum faſtidiuit anima eorum,
Et applicauerunt vſque portas mortis.
πᾶν σίτισμον ἐβδελέξατο ἡ ψύχη αὐτῶν,
καὶ ἐκάταξαν πρὸς τὰς πύλας θανάτου.

Veriſſimè namque,omnem eſcam ſtomachatur,qui altaris reſpuit Sacramentum : quod veriſſimus cibus eſt, & potus, & in quo eſt omnis guſtatus, omnium conquiſitiſſimarum epularum. Ipſum etenim eſt Sacramentum,de quo Meſſias inquit.

ἡ γὰρ σάρξ μου ἀληθῶς ἐστὶ βρῶσις, καὶ τὸ αἷμά μου ἀληθῶς ἐστὶ πόσις.

Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus. Ioan. 6.55.

Et ipſum eſt figuratum Mannae,in quo ſunt omnes ſapores,qui guſtu percipi poſſunt.

Sed neque ſolùm praedictam vim vinum habet, vt proſit ſtomacho, in quo primùm illabuntur ea, quae accepta ſunt ore, vt concoquantur : concoquens ſua caliditate cibos eſos, nec non ſe ipſum conſumens,praeſertim *ἄκρατον*, id eſt merum.

Vt Philoſophus inquit Problem.ſect.3. Sed aliam etiam, vt ſicut aqua agros,cor laetitia afficiat,praecipuum inter viſcera, vitaéque ſedem .Sic etenim Regius Propheta Dauid autoris Cantici genitor, cùm commendaret diuinam ſapientiam,circa creationem mundi,angelorúmque naturam & Eccleſiam,cecinit Pſal. 104.15.

ויין ישמח לבב אנוש׃

Veÿaÿn iſmach lebab enoſc.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

καὶ οἶνος εὐφραίνει τοῦ ἀνθρώπου, τὴν καρδίαν.

Vinum autem cor hominis laetitia afficit.

Quod cùm perſpicuum quidem ſit, & in vulgari prudentia ſitum; tum in ſyncopantibus apertiſſimè reprehenditur : qui ſtatim è poto vino.

vino,motum,ſenſúmque recuperant,laetantúrque. Sicut pluribus locis Galenus autor eſt: tum verò de Meth.meden.lib.12.

Et in illis,qui integra valetudine ſunt, & ſani, exemplum clarum, & illuſtre eſt,Perſarum ac Medorum Regis Aſſueri. De quo ſacra pagina narrat,quod laetificus vino,pulcherrimam Reginam Vaſthi, ornatam cum diademate,in conſpectum ſuum,omniúmque populorum & Principum regni ſui,quos conuiuio exceperat;venire iuſſit.Illáque recuſante imperio Regis parere: Eſther natione Iudaea, eximia facie & forma egregia puella,Regina aſcita eſt, Vaſthi altera repudiata.

Quàm plurimùm autem vino ſuſtentari, Sponſae opus erat, inter caetera,ante Sponſi aduentum: quando propter originale peccatum, cor eius obſtructum erat. Quia nempe caro non parebat animae, nec rationi ſenſualitas. Quare iudicio rebellis cor, longè quaſi in gyrum abiens euolabat: ac nequaquam ſuo munere fungebatur.

Quemadmodum etiam poſt eiuſdem Sponſi aduentũ,omnibus credentibus naufragis accidit,propter actuale peccatum. Sicut Propheta Pſalmographus de vtriſque cecinit Pſalm.38.11. qui eſt tertius Poenitentialium. In quo primum hominem,omnémque eius poſteritatem, atque omnem naufragum inducit, deflentem ſuam ruinam, ob eiuſdem primi parentis inobedientiam contractam, propriúmque naufragium reſpectiuè.

לבי סחרחר

Libbi ſecharchar.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

ἐκκύλωσε ἡ καρδία μȣ.

Cor meum gyrauit.

Vel circuiuit,ſicut qui proprium domicilium liquit.

Hoc eſt: Vſque eò miſer homo oppreſſus peccatis meis, meum munus penſúmque praetermiſi: non ſeruando legem Dei, quam dedit Deus in viſceribus meis, & in corde meo ſcripſit. Hierem.31.33. Vſque eò infoelix homo obſeſſus propriis iniquitatibus,ab officio declinaui: non faciendo legis iuſſa, nec me refrenando, à vetitis legis. Quin potiùs,cum ea, quae lex iubet, exequi deberem, & ab his, quae interdicit, continere me: me ipſum ipſe non cohibens à carnalibus mundaníſque deſideriis,diaboliſque tentationibus,quae cùm renaſcerer,fui deteſtatus: poſt carnem mundúmque abiens, nec praecauens diaboli abſtruſas inſidias, variis multiplicibúſque criminibus illaqueatus,iram merui.

Nihil eſt enim aliud,Cor gyrare,quàm ab eo aberrare, quod vehementer intereſt propriae ſaluti. Hoc enim ſignificat verbum סחרחר *ſecharchar*. A quo סחר *ſocher*, mercator Hebraeis eſt. Quoniam circuire

cuiſe mercatores regiones aſſolent: multa vndique apportantes, multíſque impertientes. Sicut libro primo de Officiis Orator aiebat. Vnde Caeſar in ſuis Commentariis, Belgas fortiſſimos oſtendere volens, inter omnes Galliae populos.

Horum omnium (inquit) *fortiſſimi ſunt Belgae: quoniam minimè ad eos mercatores ſaepè commeant, atque ea, quae ad effoeminandos animos pertinent, important.*

Et ſicut ſimili modo, idem Propheta canebat, vltimo eorundem poenitentialium, qui eſt Pſal. 143.4.

בתוכי ישתומם לבי:

Bethochi iſchthomem libbi.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

In medio mei oppilatum eſt cor meum.

ἐν μεσῷ μου ἐπικαλύφθησαν ἡ καρδία μου.

Id eſt, obſtructum & clauſum. Quia nempe propter multiplicia peccata mea (Propheta in perſona peccatoris Deum affatur) quibus irritaui iram tuam: vt qui peccaui ſuper numerum arenae maris, reſpirare nequeo, ſicut in aqua demerſus.

Sed ad Vinum redeamus.

Enimuerò, vt iure optimo crediderim, non Temetum ſimpliciter naturale expetit Sponſa, ad ſe recreandum: ſed illud potiùs, ſupernaturale & diuinum, quod in ſanguinem Sponſi conuerſum, Temeti tantùm accidentia retinet. Neque ſitim ſolummodò, per quam homo triſtatur & deficit, pellendo, refocillat, & laetificat cor, quod eſt peculiare Temeti: ſed famem etiam ſedans, inediam fugat, córque viréſque reſtaurat, viuificat, & ſuſtentat, quod panis eſt proprium. Quemadmodum eodem Pſal. 104.15. Pſalmographus canebat.

ולחם לבב אנוש יסעד

Velechem lebab enoſc iſnhad.

Vbi purè LXXII. tranſtulerunt.

καὶ ἄρτος καρδίαν ἀνθρώπου στηρίζει. Id eſt.

Panis verò cor hominis ſuſtentat.

Et intellige per Panem, non Panem ſolum frumentarium, qui multiplex eſt: ſed omnes cibos, quos terra fert, & vt mater hominii ſuppeditat. De quibus Geneſ. 1.29. Et omne quod mouetur, & viuit, quod eſt homini in cibum. De quo Geneſ. 9. 3. Et manna pariter, de qua Exod. 16. per tot. Omniáque denique eſculenta, quae eſcas redolent,

variis ſaporibus, condimentiſque condita. Omnia namque, quibus homo veſcitur, alitur, nutritur & ſuſtentatur, augeſcitque & pubeſcit, viuitque vſque ad ſenium, Panis nomine continentur. Et haec quidem, quo ad literam.

Myſticè autem per Panem, carnem Domini noſtri intellige: quae eſt verus Panis, qui non ſolùm corpus, ſed animam ſuſtentat. Ipſe etenim eſt verè Panis Angelorum, ſignificatus per manna, Panem ſignificatiuum, ſeruans hominem, vt non moriatur. Ioan. 6. 50. Quod Panis frumentarius etiam candidus non praeſtat, quamuis magis, quam cibarius nutriat: nec piſces praeſtant, nec carnes quadrupedum, nec volatilium, nec omnes conquiſitiſsimae epulae, nec terrae fruges, nec fructus.

Eſt namque סעד *ſanhad*, ſynonymum, cum סמך *ſamach*, ſicut apud Latinos, ſuſtineo, & ſuſtento. Cum eodem (inquam) verbo סמך *ſamach*, à quo ad filias Hieruſalem canit Sponſa in noſtro loco Cantici.

סמכוני באשישות

Sammechuni baaſciſcioth.

Suſtentate me cum Phialis.

Quod vtique huic diuino Temeto contingit: quoniam ſimul eſt cibus & potus, caro & ſanguis, ratione concomitantiae, Ipſúmque eſt verum Temetum; quod animae fidelis, mentem tenet, & à caducis ad aeterna ducit. Quod caetera vina non praeſtant, quantumuis pretioſa. Non Albanum, in magno olim pretio; vt ex Horatij loco ſuprà citato. Non Setinum, à Setia ciuitate Campaniae; quod in maximo pretio Diuum Auguſtinum habuiſſe, memoriae proditum eſt. De quo Martialis.

Pendula Pontinos; quae ſpectat Setia campos.
Exigua vetulos miſit ab vrbe cados.

Et de ambobus Iuuenalis dum diuitum coenas notat.

Cras bibet Albanis aliquid de montibus, aut de
Setinis. ......

Quoniam nempe ſolius Sponſi Vinum aptiſsimum animae, ne dum corpori eſt medicamentum. Vt quòd non fictè & fallaciter, ſuauis, incorruptibilis, diuináque potio ſit, ſicut vinum illud nigrum, cuius caprinum vtrem, ſibi dediſſe Maronem Euanthis filium, Sacerdotem Apollinis, Vlyſſes, cùm labores narraret ſuos, Alcinoi Regi commemorabat. Od. 1.

ἡδὺν ἀκηράσιον θεῖον ποτόν.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus

Diuinum dedit incorruptum dulcéque vinum.

Non falſo & inaniter Poëtarum more & modo, ſicut Deorum gentilium Ambroſia Nectárque: ſed veriſſimè potantem immortalem reddit. Dum taliter hominem cum Deo coniungit, copulat & conſociat, vt maneat homo in Deo, & Deus in homine maneat: ſociúſque & particeps, homo terrenus, coeleſtis & diuinae gloriae efficiatur. Dicente Domino.

ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, ἔχει ζωὴν αἰώνιον.

Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam aeternam. Ioan.6.54. Et infrà.

Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem.

ἐν ἐμοὶ μένει, κἀγὼ ἐν αὐτῷ.

In me manet, & ego in illo. 56.

Quod caetera vina non praeſtant: quae praeſentis tantum vitae longaeuitatem tribuunt. Vt de vino Pucino, quod in ſinu Adriatici maris naſcitur, non procul à Timauo fonte, memoriae proditum eſt. Iuliam Auguſtam LXXXII. annos vitae, illi non alio vſa, retuliſſe acceptos. Plin.lib.14.6.

Et hoc eſt verbum סמך *ſamach*, quo Regius Propheta Dauid, autoris Cantici genitor, bis vſus eſt. Pſal.37. In quo Eccleſiae perſona ſuſcepta, eiúſque perſonam gerens, inter caetera monet: ne admiratione quis afficiatur, videns. Omnia aduerſiſſima accidere hominibus bonis: malis autem ſecundiſſima. Vt qui proſpera ſemper vtantur, aequabilíque, perpetuáque fortuna: ſecundo vitae, ſine vlla offenſione curſu.

Non enim ita ſe rem habere, ſicut quidam exiſtimauerunt. Improborum proſperitates, ſecundáſque res, redarguere vim diuinam, ac poteſtatem. Inter quos Diogenes Philoſophus fuit: relatus ab Orat. de nat.deor.lib.3. Cum potius, fauſtè foeliciter, proſperéque res huius mundi, malis eueniant in deceptionem. Quoniam nempe omnia illis proſperè procedere, ſinit Deus, ad illos illaqueandum & irretiendum, vinciendúmque vinculis, quibus trahantur ad patibulum. Vt apud Hierem.27.2.& ſeqq. Cum interim viros iuſtos, Deus in manibus teneat. Sicut diuinitus ſcriptum eſt. Sap.3.1. foueátque, & ſuſtentet per gratiam in hoc mundo: vt eos, poſt aliquanto ſuſtentet in coelo per gloriam. Sic etenim eo Pſal.37.17.& 24.

כי זרועות רשעים תשברנה

Chi Zeronhoth reſciąnhim thiſciauarnah.

וסומך צדיקים יהוה׃

Veſomach tſadicim iehouah.

כי יפל לא יוטל

Chi ippol, lo iutal.

כי יהוה סומך ידו׃

Chi iehouah ſomach iado.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Quoniam brachia peccatorum frangentur.
Iuſtos autem Dominus ſuſtentat.
Quando ceciderit, non collidetur.
Quoniam ſuſtentat Dominus manu ſua.

ὅτι βραχίονες ἁμαρτωλῶν διαῤῥάγωσιν
τοὺς δὲ δικαίους ὁ κύριος στηρίζει.
ὅταν πέσῃ οὐ καταῤῥαχθήσεται.
ὅτι στηρίζει ὁ κύριος χεῖρα σου.

Sic idem Regius Propheta, illo tam celebri & decantato Pſal. 51.14. ſecundo hemiſtichio. Poſtquam primo hemiſtichio Deum orauit, vt redderet ei amiſſam gratiam, per peccatum: vt videlicet, de eius progeniè naſceretur Seruator mundi (de quo egimus in Annot. Roſa) hoc ſecundo hemiſtich. verſum claudit.

ורוח נדיבה תסמכני׃

Veruach nedibah thiſmecheni.

Id eſt, quemadmodùm nos vertimus:

Et Spiritu voluntario me ſuſtenta.

καὶ τῷ πνεύματι τῷ ἑκουσίῳ με στήριζον.

Hoc eſt: Vnica paraphraſi, pro omnibus tribus locis: cum omnium ſenſus planus ſit, & euidens. Poſtquam Tu Deus tantum mihi debitum remiſiſti, transferendo à me peccatum meum, & imponendo illud in humeros filij tui Meſſiae: Te oro atque obſecro, vt reddita mihi laetitia, vt de mea regia progenie exoriatur: in poſterum me ſuſtentes Spiritu voluntario, vt non peccem.

Quemadmodum ſuſtentas Sanctos tuos, manu tua, id eſt, gratia tua: vt cadentes non collidantur. Vt videlicet peccantes venialiter, mortaliter non peccent. Atque hoc mihi condones, Te obteſtor, Spiritu tuo voluntario: Scilicet per temetipſum, qui es Spiritus voluntarius:

tarius: qui voluntariè genuiſti nos, vt ſimus primitiae creaturarum tuarum, Iac.1.13.

Vel etiam. Vt ſuſtentes me Spiritu voluntario. Hoc eſt. Vt tantum mihi gratiae impertias, vt deinceps cohibendo me à peccato, promptus paratúſque ſim,voluntariè,id eſt,non coactè,ſed ſpontaneè tibi ſeruire,iuſſiſque tuis parere: faciendo voluntatem tuam, & obſeruando praecepta tua, vt decet, ſine vlla cunctatione,in Regia poteſtate mihi commiſſa:reſpuendo omnia illecebra, quae naturae humanae dulcia videntur. Quod hactenus non feci,cum vicinae amore capi me ſinens:eò prorupi,vt tot ſimul ſcelera patrarim.

Hoc enim ſignificat נדיבה *nedibah*.Sicut Pſal.53.8.בנדבה *bindabah*. Voluntariè ſacrificabo tibi.

Si extrahés me de manibus inimicorum meorum, illos diſſipabis.

Qui autem verterunt,ſpiritu ἡγεμονικῷ,id eſt, principali:ducti fuerunt ab alia vocabuli ſignificatione. Quia נדיב *nedib*,princeps dicitur, id eſt voluntarius: à munificentia, quam voluntariè liberalitérque exercere debet: munificè & largè dando largiendóque. Talem enim par eſt Principem eſſe: munificum in dando, & in exigendo non acerbum.

Sed cùm Graecè vertentes, in omnibus locis, quos hactenùs citauimus, verbum סמך *ſamach*, verterint per verbum ϛηρίζω: & rectè, vnde neque nos immutauimus: ſaepè mirari ſoleo, quomodo aliis locis,vt Pſal.119. litera ס *ſamech*, & apud Iſa.63.5. vbi bis idem verbum habetur,in Graecis codicibus,per duo diuerſa verba, conuerſum reperiatur. Videlicet per ἀντιλαμβάνω & ϖίϛω. Quorum hoc quidem ad ſenſum vertentium,mollire, Latinè reddi poteſt: illud autem ſuccurrere,vel vt vulgata Latina editio habet,dicto Pſal.119.15.octonario,ſuſcipere. Cùm tamen vtrobique ϛηρίζειν, hoc eſt,ſuſtentare ſignificet,vt nos vertimus.Nam cùm Propheta Chriſtũ Dominum dolentẽ inducat,quòd triſtiſſimo tempore ſuae paſſionis,nemo illi opem tulerit,nemo ſubuenerit,nemo ſuccurrerit: ſic eum lamentantẽ facit.

ואביט ואין עזר

Veabbit veen nhoſer

ואשתומם ואין סומך

Veeſcthomem veen ſomach,

ותושע לי זרועי

Vatthoſcianh li zeronhi

וחמתי היא סמכתני:

Vechammathi hi ſemacthani.

Id eſt,quemadmodùm nos vertimus.

Et aſpexi, & non (fuit quiſquam) *auxiliator,*
Et obſtupui (eos aſpiciens) *& non* (fuit me) *ſuſtentans.*
Sed brachium meum ſaluauit me,
Et Sol meus ipſe me ſuſtentauit.

καὶ ἔβλεψα καὶ οὐ (τὶς) βοηθὸς
καὶ ἐξέστησα (βλέπων αὐτοὺς) καὶ οὐ (τίς με) στηρίζων.
ἀλλ᾽ ὁ βραχύων μου ἔσωσάν με,
καὶ ὁ ἥλιός μου αὐτός με ἐστήριζεν.

Hoc eſt. Ego autem, qui nemini iniuriam feci, qui nihil nocui, quin potiùs de omni genere humano merui optimè: Ego (inquam) qui innocens accuſatus abſolui debui, inſons, pro ſontibus condemnatus, cùm ad mortem ducerer, circunſpectans huc & illuc, ſi quiſpiam fortè contra tantam vim auxilium ferret: & non fuit. Dúmque moror mirórque ſtupeſco ſimul, quod in tanta frequentia hominum, qui me tot lictoribus militibúſque cinctum, & contra ius fáſque ad ſupplicium raptum, circunſepiebant: non eſſe, qui miſericordia commotus, me ſuſtentaret. Quando hominum afflictae fortunae, grauéſque & miſerabiles caſus, facilè multos ad miſericordiam alliciunt. Hoc namque eſt.

ואין סומך

Veen ſomach. Id eſt.

Et non ſuſtentans.

Quod tripliciter exponi poteſt.

Altero modo. Et non ſuſtentans. Id eſt, non fuit ſuſtentans me defeſſum inſomnia praeteritae noctis: qua captum in Horto, ante Annam Caiphae ſocerum, ac tum ante ipſum Caipham principem Sacerdotum, vinctum, vt maleficum, ſceleratúmque ſiſterunt pulſarúntque Iudaei. Non fuit, ſuſtentans me defatigatum itinere eius diei: quo ad Praeſidem Pilatum ducentes, & à Pilato ad Herodem, rurſúmque ab Herode ad Pilatum, Hieroſolymam, per omnia fora concurſare fecerunt. Ob haec enim laſſus corporis, animíque labore, opus habebam, vt quis me ſuſtentaret. Quemadmodum Aharon & Chur graues manus Moyſi תמכו *thamechu,* ſuſtentauerunt, vſque ad occaſum Solis, quando Ioſue Duce exercitus, cum Amalech pugnauit, fugauítque. Exod. 17. 12.

Altero modo. Et non fuit ſuſtentans. Id eſt, non fuit qui in mea grauiſſima afflictione, vires meas fractas ac debilitatas flagellis, coronáque ſpinarum, milléque aliis malis & incommodis, aliqua potione cibóve reficeret. Quin potiùs, cùm me ſponte pro vniuerſo genere humano

humano mori volentem (ſicut vltrò per Prophetas pollicitus eram) in Crucem ſuſtuliſſent: atque ego ſitim ſitirem, vt mea mors & paſſio, omnibus, ſine vllius exceptione, opem ferret & ſalutem: acetum impij mihi potandum porrexerunt.

Tertio modo, myſticè. Et non ſuſtentans. Hoc eſt. Et non fuit, qui me, in ſe ſuſtentans, in fide maneret: firmiter credens me eſſe Meſſiam in Scripturis promiſſum. Sed omnes me abiicientes, defeciuerunt à me, fidémque amiſerunt: videntes me, à propriis Iudaeis capite damnatum, morte mulctari. Non animaduertentes, leues, & imbecilles, quia ſic oportebat, me pati, & ita intrare in gloriam meam. Luc. 24. 26. Quemadmodum multò antè, non obſcurè Prophetae praedixerunt.

Sed brachium meum ſaluauit me. Hoc eſt, Ego ipſe Deus, qui dextera aeterni Patris ſum, propter creationem, & brachiũ propter fortitudinem: ſaluum me feci. Quia ſuppliciis infinitis, pro mundi ſalute perpeſſis, mortéque turpiſsima obita, me ipſum, propria virtute, ex manibus Iudaeorum extorſi: mundúmque de manibus Satanae principis tenebrarum liberaui.

Sequitur vltima pars propoſiti textus Prophetae.

וחמתי היא סמכתני

Vechammathi hi ſemachthani.

Id eſt, quemadmodum nos legimus חמתי *chammathi*, cum מ *mem*, *daghesſato*.

Et Sol meus ipſe ſuſtentauit me.

Supple, in ſe. Talis eſt enim ſermo Hebraeus ſanctus: vt ſemper ſit aliquid addendum. Sicut Lyranus alibi ſcripſit: vocans ſermonem decurtatum. Suſtentauit igitur me, meus Sol ſolus. Vt inſinuat pronomen foemininum primitiuae ſpeciei (vt Grammatici vocant) היא *hi*, ipſa. Eſt namque Sol Hebraeis, foeminini generis חמה *chammah*. Sicut maſculini Latinis & Graecis, Chaldaeiſque: qui eſt שמש *ſcemes*.

Ipſa ergo חמתי *Chammathi*, id eſt, ipſe meus Sol ſolus, & non alius ſuſtentauit me. Hoc eſt. Eccleſia, quae eſt Sol meus, quae inſtar coeleſtis Solis, totum orbem terrarum illuminat, lumine doctrinae Euangelicae, fugans vmbras tenebráſque: in quibus ante meum aduentum, mundus iacebat. Eccleſia, inquã, quae eſt Sol meus, quia nunquam deficit in fide: inſtar Solis, cuius nũquam lumen deficit. Eccleſia, inquam, in qua natus & altus ſum, velut Sol, qui omnia gignit, & hominẽ cum homine generat, vegetátque & ſuſtentat: me ſuſtentauit, videntem, quod non deficeret. Quoniam Sanctiſſima Virgo mater mea, Eccleſiam repraeſentans, in ipſa mea morte & paſſione, in fide manſit. Sicut bene Regius Propheta Salomon multò antè cecinerat.

Quae eſt iſta.

ברוה כחמה

Barah chachammah.

Creata vt Sol. 6. 9.

Et ſtatura tua aſſimilata eſt Palmae. 7.8.

Cùm propter alias proprietates tum propter ingem viriditatem. De quibus duobus locis fuſiùs agemus in aliis Annotationibus, quas poſt has primas octonas edemus.

Sed ſi quis eſt,cui,huius loci,noſtra haec interpretatio,non ſatisfacit : amat autem vulgatam.

Fulcite me floribus

Stipate me malis,

Quia amore langueo.

Is ſciat,nullo alio modo , contrarias noſtras, vulgatae editioni Graecíſque verſionibus,argumentationes(ſi modo ex textu Hebraeo,vulgata Latina editio conuerſa exiſtimatur) non dilui, ſed infirmari, ſeu extenuari poſſe,quàm ſolita illa clauſula:vertentes in Hebraeo exemplari,aliter legiſſe,quam hodie typis mandatur.Legiſſe autē בשושנים *baſciuſciannim*, floribus vertentes , ego dicerem : à ſingulari שושנה *ſciuſciannah.* Quod nomen Roſa tamen potius (ſicut in Roſa Annotatione diſſeruimus) Latinè redditur, quàm Flos : qui Hebraicè ציץ *Tſits.* proprio vocabulo nuncupatur.

Verùm mihi quidem dicendum videtur:ex hoc loco Cantici,iunctis aliis , percipi comprendíque , probabilem rationem reddi poſſe: vulgatam Latinam Cantici editionem,non de Hebraeo,ſed de Graeca LXXII. verſione, tranſlatam : adhibitis aliquando , aliis Graecis verſionibus,vt Aquilae & Symmachi,& aliorum.

Tametſi id ipſum affirmare,& firmiſſimè aſſeuerare quis audeat? Cum verſus aliquando occurrant , in quibus tum à textu Hebraeo, tum à Graecis etiam verſionibus , vulgata Latina editio diſcrepare dignoſcitur : ſicut ex aliis Annotationibus elucet. Sed vtcunque ſit, primus hic trium verſuum, de Graecis ad verbum exemplaribus.prò vt etiam ſecundus,ſi cum illis conferatur,liquidò conuerſus apparebit. Et ſi enim in Graecis Codicibus ſcriptum ſit.

στηρίσατέ με ἐν μύροις,

στοιβάσατέ με ἐν μήλοις.

Vbi nomen μύρον , non florem , quinimmo vnguentum ſignificat: quemadmodum in ea ſententia,ſupra in 1.par.Cant.poſitum ſuit 3.

שמן

שמן תורק שמך

Scemen thorac ſcemecha.

Vbi Graeci Codices habent.

μύρον ἐκκένωθεν ὄνομα σῦ.

Vnguentum ſparſum nomen tuum.

Pro eo, quod Latinae editiones habent.

Oleum effuſum nomen tuum.

Vtrumque enim שמן *ſcemen* ſignificat. Vbi verſus eſt Sponſae, ad Sponſum: qui Hebraicè Meſſias, & Graecè Chriſtus appellatur, nominibus vnctionem ſignificantibus. Tum ob vnctionem vnguenti, quo naturam humanam, cum diuina conglutinauit, copulauitque & coagmentauit: tum propter vnctionem olei exultationis, videlicet Spiritus ſancti, quo vnctus Sponſus Dominus noſter, mirum in modum, omnes virtutes, gratias praerogatiuas, omnéſque denique perfectiones accepit. Dicente Euangeliſta Ioan. 1. 14.

Et vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à patre, πλήρης χάριτος, Pleni gratiae & veritatis.

Neque ſibi ſoli duntaxat accepit, ſed ad hominibus impertiendum. Hoc namque eſt, quod idem Ioan, aiebat.

Et de plenitudine eius omnes accepimus. Et epiſt. 1. 2. 27.

Et vos τὸ χρίσμα, vnctionem, quam accepiſtis ab eo, maneat in vobis. Et non neceſſe habetis, vt aliquis doceat vos: ſed ſicut τὸ αὐτὸ χρίσμα, vnctio eius, docet vos, de omnibus, & verum eſt, & non eſt mendacium.

Et propterea dicitur oleum, vel vnguentum ſparſum. Verbum autem *στοιβάζω* ſternere ſignificat: quod per verbum רפד *rafad*, exprimunt Hebraei. Vnde רפדוני *rafduni*, & *στοιβάσατέ με*, genuinè & propriè, ſternite me, reddi debuiſſet: vel reclinate me, vt ex Hebraeo nos vertimus.

Eſt tamen conſiderandum, quod *μύρον* Graecè, non pro vnguento ſolùm, verùm etiam pro virgulto odorifero accipitur. Vnde cum ex virgultis flores oriantur floribus, etiam non incongruè *μύροις* verti potuit. Licet nomen floribus, Latinae vulgatae editionis, ex Symmachi potius verſione, acceptum putem. In qua habetur.

ἐπανακλίνετέ με ἐν ἄνθεσι.

Vbi, ἐν ἄνθει, dixit, pro ἐν ἄνθεσι.

Inclinate me in floribus.

Et verbum *στοιβάζω*, non ſternere ſolum, in quo cùm רפד *rafad* concordat: ſed ſtipare etiam ſignificat. Vnde.

Stipate me Malis.

Latinè de Graecis tranſlatum fuit. Ac ob eam cauſam, nos Hebraeorum verborum vim & notitiam attendentes: multò aliter ex ipſo archetypo vertimus.

Suſtentate me cum Phialis,
Reclinate me in Pomis,
Quoniam aegra Amica ego.

Sunt autem verſus Sponſae. Quae Spiritu ſancto (à quo regitur & moderatur) afflata, quas duris temporibus, paſſura erat, infirmitates, ante ſagiens, quàm acciperet: proptereáque ſine remedio, atque alleuamento permanere nolens: quid turbulentis aetatibus, agere debeat Eccleſia, ſub figura aegrotationis corporis, praeclara, praepoſteris verſibus, edocet hiſterologia.

Hoc eſt. Cum tu Eccleſia, aliquo morborum oppreſſa, laborabis: vel laterum dolore, vel inteſtinorum: vel alia quapiam aegritudine, vel cruciatu vexaberis, vnde conualeſcere cupias, & ſanari. Vt ſi in manus inimicorum incideris, vel domeſticorum tendantur inſidiae, vel alia afflictione afflicteris, vel haereſis, vel dihaereſis, quam alio vocabulo *σχισμὴν* Graij appellant. Et inſidias vitare, aut in libertatem vindicari optes: aut alio periculo, aut haereſis, aut ſciſmatis liberari. Vt apud Deum, à quo vno ſalutaria medicamenta, cunctáque bona emanant, te in gratiam ponas: vt placidum eum tibi, placatúmque reddas: vt à ceruicibus tuis hoſtem repellas: vt dolos malos tuorum effugias: téque ab omni ſecta & diuiſione incolumen & ſaluam conſerues, Phialis tu te ſuſtenta, ac tuere. Vtpote ſolennibus ſacramentis, gratiam conferentibus: quae ſuauiſſimus potus, paſtúſque animarum, in Phialis argenteis, tuis ſcitis decretíſque cuſtodis. cap. vaſa, de conſecrat. diſt. 1.

Dein verò te in Malis reclina: non arborum terrae, quas grauidata ſeminibus parit, & fundit ex ſe ſe, vel hominum manu ſatarum. Quorum guſtatus voluptarius, odoratus ſuauis, aſpectus pulcher: viſibilem aſpectus virtutem reficit, quae eſt in oculis: odoratus, vitalem, quae eſt in corde: guſtatus verò animalem, quae eſt in cerebro: & naturalem, quae eſt in epate.

Sed coeleſtis omniúmque altiſſimae arboris ad omnes fideles populos opacandum, ſuáque vmbra refrigerandum, ac recreandum, patulis diffuſae ramis: cuius ſub tegmine paulò ante me recubuiſſe canebam. Diuorum ſcilicet, qui in coelo beati aeuo ſempiterno fruuntur, opem inuocando: ac Sanctorum, qui ſunt in terra, qui tecum adhuc

adhuc aetatem agunt, ſuffimentis te expiando. Orationibus videlicet, Sanctorum quibus Phialae aureae plenae erant, quas Ioannes vidit Apoc.cap.5.

Ij enim Sancti, in quibus omnis voluntas Dei. Pſalm.16. eius diuinae, ſimúlque humanae arboris Mala ſunt, ſuper omnia Mala, Citrea, Medica, Punica, Maſſilica, Perſica, Cydonia, Epirotica, Appiana, Muſtea, ſiue alterius cuiuſuis generis guſtu dulciſſima, olfactu iucundiſſima, viſúque formoſiſſima, pretioſiſſima in oculis Dei. Per quae Deus circum te ſemper, à dextris tuis erit: vt non obruaris à fluctibus, ſed à te potiùs fluctus velut à ſaxo frangantur.

Nihil enim magis vnquam, rebus in aduerſis, Eccleſiae profuiſſe conſtat: quam ſupplices Deo habitae precationes, & Sacramentorum frequentia. Vnde vetus conſuetudo Eccleſiae, & priſtinus mos fuit, quando in maximo periculo, de vniuerſo naufragio erat: vt omnes quotidie credentium populi, ad aram, agnum ſacrificatum eſſent. Sicut annales & vetuſtatis monumenta loquuntur.

Quod deſitum poſteà aliquanto, Anacletus Papa lege ſanciuit, circiter annos X C. ab orbe redempto: decernens vt in Miſſa poſt conſecrationem, omnes communicarent. Ita in eius geſtis.

Et in actis legimus Apoſtolorum, quod ſaeuiente in Eccleſiam Herode Agrippa, cùm Iacobum Ioannis fratrem occidiſſet, ſummíque Collegij Principem conieciſſet in carcerem:

Προσευχὴ ἦν ἐκτένης γινομένη ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας πρὸς τὸν Θεὸν ὑπὲρ αὐτοῦ.

Aſsidua ad Deum pro eo, ab Eccleſia fiebat oratio.

Atque haec eſt ſyncera & enucleata Graeca & Latina verſuum conuerſio. Quorum tertium infrà par.5.8. repetit Sponſa. Cùm Sanctorum inuocationem, & interceſſionem inſinuans, ſupernae Hieruſalem filias, Diuos ſcilicet, de quibus ſuprà verba fecimus, obteſtatur & obſecrat, nunciare Sponſo ſuam aegritudinem. Neque ipſos Sanctos auxilium ſuum, à bonis viris, fruſtrà implorari paſſuros, pro comperto habens: nec quicquam Sponſum à Diuis, pro eius ſalute, ſe rogari laturum.

ישבעתי אתכם

Iſcbanhthi ethchem.

בנות ירושלם

Benoth Hieruſcialaim.

אם תמצאו את דודי

Im thimtſeu eth dodi,

מה הגיד לו

Mah hagghidu lo,

שחולת אהבה אני:

Scecholeth Ahabah ani.

Id eſt,ſecundùm noſtras conuerſiones.

Adiurabo ego vos
Filiae Hieruſalem
Quando inueniſtis Amorem meum,
Vt nuncietis illi.
Quoniam aegra Amica ego.

Ὁρκίσω ἐγὼ τὰς ὑμᾶς
θυγάτερες Ἱερουσαλὴμ,
ἡνίκα εὕρετε τὸν ἔρωτά μου,
ἀπαγγέλειν τῷ αὐτῷ,
ὅτι ἰμὶ ἀσθενὴς φίλη ἐγώ.

De quo loco egimus in Annotatione Amor.loc.21. Non autem.

ὅτι τετρωμένη ἀγάπης ἐγώ.

Quia vulnerata dilectione ego.
Vel,vulnerata charitatis. Neque
τετρωμένη γὰρ φίλτρου.
Nam amore ſaucia. Nec
Quia amore langueo.

Languet enim certiſſimè Sponſa, & ſaucia eſt amore Sponſi: ſed verſus,vt nos vertimus,vertendus eſt.

Quoniam aegra amica ego.
ὅτι ἰμὶ ἀσθενὴς φίλη ἐγώ.

Quia nomen אהבה *Ahabah,* quod vndecies in Cantico reperitur, Sponſae eſt cognomen,quo,propter firmam & perpetuam amicitiam, quae illi cum Deo eſt,ſe ipſam nuncupat Sponſa: & ob amorem, quo adeò eximio eam proſequitur,vt nullo caſu exhauriri poſſit, Sponſus eam vocitat. Poſtquam arcanis occultíſque in ſuo ſacrario, vt pote ſcriptis ſacris,reconditis,illi patefactis,Amicam ſibi elegit.Sicut ſuprà Sponſa canebat. 2.4.

אביאני אל בית היין

Abiani el beth haijayn

ודגלו עלי אהבה׃

Vediglo nhalai Ahaba.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Venire me fecit in cellam vini
Atque ſibi me Amicam ordinauit.

εἰς οἶκον οἴνου ἥκειν με ἐποίησε,
καὶ φίλην με αὐτοῦ οὗτος διέταξε.

Quod tunc impletum eſt,cùm aetatem inter homines degens Sponſus,ſupera omnia atque coeleſtia,quaecunque à Patre audierat,Eccleſiae manifeſtauit. Ioan.15.15. Et cùm poſt reſurrectionem ſuam Dominus noſter,de terra receſſurus, & iturus in coelum ad Patrem, aperuit Apoſtolis, id eſt Eccleſiae ſuae Sponſae, ſenſum, vt intelligerent Scripturas. Luc.24.45. Haec eſt namque dilucidatio ſenſus, quem Sponſus nobis,licèt indignis,aperuit,primi duum verſuum citatorum Cant.2.4. qui eſt.

Venire me fecit in cellam vini.

Quemadmodum nos vertimus: vel quemadmodum habet vulgata editio.

Introduxit me in cellam vinariam.

Vinum etenim Scripturam ſanctam notat & deſignat,eiúſque ſenſum ſpiritualem: & generaliter myſteria omnia, & arcana, quae in vtraque ſacra pagina ſunt recondita. Quoniam inſtar Vini, immò magis, magíſque quàm Vinum, intelligentia & ſapientia rerum diuinarum cor hominis laetum facit.

Sicut ambo illi Diſcipuli experti ſunt,Cleophas,& ille alter: quibus cùm in via, qua ab Hieruſalem Emmaus itur,ore proprio, Sponſus Dominus Noſter, cùm eum non agnoſcerent, omnes Scripturae locos explanaret,qui de ipſo erant: ardebat cor. Luc.24.32. Pro immenſo gaudio enimuerò, quo completi perfundebantur: & ingenti laetitia, qua affecti perfruebantur, cùm res ſacras, priùs in omni memoria, omninò inauditas audirent: & myſteria anteà obſcura & ambigua enodata perciperent.

Nam cor eſt fons laetitiae. Vt inquit Ariſt. de partt. animal. lib.3. cap.4. Et ſicut id ſciri facillimè poteſt ex iis,quibus per Spiritum Dei, datur ſermo ſapientiae: & ex iis quibus ſermo ſcientiae: & ex iis,quibus interpretatio ſermonum. De quibus Apoſt. 1. Cor.12. Qui omnes, omnibus laetitiis, laetos ſe eſſe narrabunt: ſicut, qui theſaurum inuenit. Non autem.

εἰσαγάγετέ με εἰς οἶκον τοῦ οἴνου.

τάξατε ἐπ' ἐμὲ ἀγάπην. Id eſt.

Introducite me in cellam vini,

Ordinate in me dilectionem. Neque

ἐπιστοιβάσατε μονοαγάπην.

Cumulate ſolam dilectionem, vel charitatem. Nec

Conſtituite me in dilectione. Vt alij ſcribunt.

Non enim à filiis Hieruſalem petit Sponſa, initiari, quae tradantur myſteriis: nec ordinari in ſe dilectionem, vel coaceruari. Sed narrat à Sponſo ſacris ſe diuinitatis imbutam: & Amicam eius ab eo ſe electam. Quod ſignificat cognomen אהבה *Ababah*, à verbo אהב *ahab*, deducto nomine אהבה *Ababah*, quod eſt amare.

Omnis enim anima, vt vel Sacramenti Baptiſmi, quod eſt ianua omnium Sacramentorũ, particeps eſt effecta: conſors continuo, dilecta & Amica Sponſo efficitur, per curationem mandatorum. Dicente Sponſo.

ὑμεῖς φίλοι μου ἐστέ, ἐὰν ποιῆτε ὅσα ἐγὼ ἐντέλλομαι ὑμῖν.

Vos Amici mei eſtis, ſi feceritis quantum mandaui vobis. Ioan. 15. 14.

Et poſt haec.

Iam non dicam vos ſeruos, quia ſeruus neſcit, quid faciat Dominus eius.

ὑμᾶς δὲ εἴρηκα φίλους.

Vos autem dixi Amicos: quia omnia quaecunque audiui à Patre meo, nota feci vobis.

Haec eſt enim dilucidatio ſenſus, quem Sponſus nobis quamuis immeritis, aperuit: alterius, nempe ſecundi verſus ex citatis. Cant. 2. 4. qui eſt.

Atque ſibi me Amicam ordinauit.

Quemadmodum nos vertimus. Sed Symmachus & alij, qui Graecè tranſtulerunt (vt mihi ante oculos verſatur) legerunt דגלו *diglu*, per ו *vauſciurech*: cùm legendum eſſet דגלי *diglo*, per ו *vauchelem*. Quemadmodum noſtra aetate, in omnibus punctatis codicibus legitur.

Nec quicquam facit dictio עַל *nhal*, appoſita literae י *iod*, formatiuae pronominis primae perſonae: quae praepoſitio aliquando, & aliquando ſyllabica tantũ adiectio eſt, nihil ſignificans. Sicut Graecis

γὲ,

γὶ, quae interdum, ſaltem, & certè, interdum verò ſyllabica tantùm adiectio eſt, nihil denotans. Sicut etiam Latinis, dum, in nondum, nec dum, &, quid dum. Non enim vertendus eſt locus.

ודגלו עלי

Vediglo nhalai.

Et elegit ſuper me. Vel. *In me.* Sed.

Et elegit me Amicam ſibi.

Dictio namque עַל *nhal*, (vt dixi) nihil eo loco facit: vel certè linguae eſt proprietas: ſicut in Annotatione Roſa, de alijs particulis diſſeruimus: vt Graecè & Latinè vertendo abundent. Quemadmodum de hac ipſa particula עַל *nhal*, contingit Pſal. 103. In quo Regius Propheta & humanam, ſimul & angelicam naturam, ad gratias Deo agendum, pro beneficiis reparationis, redemptioniſque alliciens, de infinita Dei miſericordia canit.

כרחם אב על בנים

Cherachem ab nhal banim.

רחם יהוה על יראיו׃

Racham Iehouah nhal ireau.

Vbi purè & emendatè, Graecè & Latinè conuerſus eſt verſus.

Quomodo miſeretur pater filiorum,
Miſertus eſt Dominus timentibus ſe.

κατὼς οἰκτείρει πατὴρ υἱοὺς,
ᾠκτείρησε κύριος τοὺς φοβουμένους αὐτόν.

Dicimus enim Graecè & Latinè. Miſereri aliquorum & aliquibus. Pro eo, quod Hebraicè dicitur. Miſereri ſuper aliquos. Sicut in textu Hebraeo, Latinè ad verbum, de Hebraeis exprimendo.

Sicut miſeretur pater
על בנים
Nhal banim,
Super filios.
Miſertus eſt Dominus,
על יראיו
Nhal ireau,

Super

Super timentes ſe.

Quoniam enimuero (ſicut in Annot.Roſa, Cauſ.2. dicebamus) non eadem omnibus linguis, ſed diſpar eſt verborum conſtructio. Quamobrem & in Annot.Amor, ſine illa particula על *nhal*, vertimus illum verſum octauae partis, quem in decem Canticum ſecantes, decimae initium faciunt, & quinti actus, qui tragicomoediam. De quo in dicta Annot. Amor, loco duodequadrageſimo.

Eſt autem verſuum Pſal.103.13. Prophetae ſententia. Quod ſicut pater filios, membra & partes ſuas gratuito nutricatur & alit: victum veſtitúmque praebendo, docendo inſtruendóque, tum laboribus, tum omnibus ingenuis artibus egregiè; obiurgandóque & caſtigando vbi opus eſt, nō ſolùm verbis, ſed etiam verberibus: & praeter haec etiam commouetur miſeriis & periculis eorundem. Sic Deus ſuarum creaturarum, timentium eum aerumnis perturbatur, commouetúrque cum diſcrimen habent: atque eas corripit, caedítque flagellis, ad emendationem morum: imbuítque bonis diſciplinis & opinionibus per Moyſem & Prophetas & Euangelium; gratíſque eis donat omnia, quae ſunt ad vſus vitae neceſſaria.

Sed praeter multa myſteria, quae abdita in ſacris carminibus Cantici, vt in tota ſacra pagina, Sancti viri Doctoréſque & interpretes Scripturarum ſanctarum dilucidarunt; quaéque nos aperuimus, vt Spiritus nobis ſubminiſtrauit: & quae Spiritus ſanctus ad tempus coelata volens, poſt hac, per quos placuerit, patefaciet: aliud etiam myſterium latens, in his Sponſae Paſtricis verſibus, inquirentibus nobis, oſtendit ſe & occurrit.

Et eſt Sacramentum extremae vnctionis; quod non Eccleſia, vt perperam haeretici autumant, ſed ipſemet Paſtricis Sponſae Amor, & idem Sponſus Deus inſtituit: vt primum Diſcipulis poteſtatem dedit, curandi omnes infirmitates. Et iam enim illo tempore, miſſi à Domino duodecim, vngebant aegros, & ſanabantur. Marc. 6.13. Paſtrix enim Sponſa, non ignara legis Euangelicae, vt quae omnia, quaecunque Sponſus aduenìens ad ſaluandas gentes, ſancire debebat, multis antea ſeculis, per Spiritum ſanctum acceperat: in perſona cuiuſuis animae fidelis, Meſſiae deſponſatae per baptiſmū, infirmae & aegrae cum diſcrimine vitae: ſiue etiam ex ſenio morientis: petit ab aſtantibus, acciri Sacerdotes, qui ipſam vngant, ad depellendum aegritudinem, & remittenda peccata: lepido ſanè & concinno, ſententiae cum verbis, ordine mutato.

Suſtentate me cum Phialis,
Reclinate me in Pomis,
Quoniam aegra Amica ego.

Hoc eſt, praepoſteris verſibus. Quaeſo à vobis propinqui cognatíque & affines, caeteríque domeſtici, atque intimi aſtantes, quibuſcum poſſum familiares conferre ſermones: quos (vt oculis facilè cerno) infirmitatis meae valetudinis taedet.

Quoniam aegra Amicâ ego.

Quoniam me veſtram confidelem, Sponſam Chriſti & Amicam grauiter aegrotare videtis, cum periculo vitae: vt magis animae quàm corpori, ſalutaria medicamenta parare expediat. Ne me inermem & immunem, armis praeſidiiſque Sacramenti extremae vnctionis, improuiſo, vis aliqua morbi opprimat, aut natura ipſa conſumat.

Suſtentate me cum Phialis,
Reclinate me in Pomis.

Aduocate Sacerdotes, qui ſalutarem medicinam animae, ſimul & corpori meo adhibeant: orantes ſuper me, & vngentes oleo, quod in Phialis argenteis, per Pontifices conſecratum, cuſtoditur in Eccleſiis. Ipſum namque oleum ſanctum, gratiam mihi conferet, peccatáque remittet, & infirmam alleuiabit. Atque ipſi Sacerdotes, qui perfecti fideles, in ſortem Domini electi, Poma & Mala ſunt, omnium altiſſimae arboris mei Amoris, vnde cum redolent: ſuo me conſpectu reficient, & bono odore erigent, & recreabunt.

TVCCII TVCCII

PATRITII LVCENSIS

I. V. C. AC PROTONOT.

A P O S T.

A N N O T A T I O N E S

Super

C A N T I C O C A N T I C O R V M

S A L O M O N I S.

Ad Sanctiſs. D. N. Paulum V. Dei Vicarium.

Annotatio *C I N C I N N I.*

A R G V M E N T V M.

Enadantur loci tres Cantici Canticorum, duo 4.part. & tertius 6.part. in quibus Salomon nomine צמת Tſamath *vſus eſt: quod hactenus in Graecis exēplaribus, aliàs pulchritudo, aliàs reticulum, & aliàs taciturnitas redditum fuit: & autor Cincinnos conuertit. Atque ibi locus Iſaiae, cap.47. declaratur, vbi idem nomen* צמת Tſamath, *Graeci tegumentum tranſtulerunt. Et quid apud Iſaiam, & quid in Cantico Cincinni ſignificent, expromitur. Duóque loci 5.part. enucleantur,*

cleantur, in quibus Salomon nomine קוצות Ceuutſoth *vſus eſt: quod hactenus in Graecis Codicibus, Cincinnos, redditum fuit, & autor Comam vertit. Ac tum praeterea alij duo loci Cantici, alter 4. part. & alter 5. part. exponuntur. Et quidem Cantici loci ſunt.*

Quartae partis loci tres.

Qui in codice Hebraeo leguntur.

Et in Latina, editione verſi ſunt.

עינך יונים
Nhenaich ionim.
Oculi tui Columbarum.
Cincinni 1. מבעד לצמתך׃
Mibbanhad letſammathech.
Abſque eo, quod intrinſecus latet.
שערך כעדר העזים
Scianharaich chenheder hanhazim.
Capilli tui ſicut grex Caprarum.
שגלשו מהר גלעד׃
Sceghaleſcu mehar ghilnhad.
Quae aſcenderunt de monte Galaad.
כפלח הרמון רקתך
Chefelach harmon racathech.
Sicut fragmen mali punici, ita & tempora tua.
Cincinni 2. מבעד לצמתך׃
Mibbanhad letſammathech.
Abſque eo, quod intrinſecus latet.

Quintae partis loci duo.

שראשי נמלא טל

Scerosci nimle tal.
Quia caput meum plenum eſt rore.

Coma 1. קוצותי רסיסי לילה׃

Ceuutſothai reſiſe laila.
Et Cincinni mei guttis noctium.

ראשו כתם פז

Roſcio chetham paz.
Caput eius aurum optimum.

Coma 2. קבצותיו תלתלים׃

Ceuutſothau thalthallim.
Comae eius ſicut elatae palmarum.

Sextae partis ſocus vnus.

כפלח הרמון רקתך

Chefelach harmon racathech.
Sicut cortex mali punici, ſic genae tuae.

Cincinni 3. מבעד לצמתך׃

Mibbanhad latſammathech.
Abſque occultis tuis.

Octauae partis locus vnus.

שימני כחותם על לבך

Simeni chechotham nhal libbech.
Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum.

כחתם על זרועך׃

Chechotham nhal Zeronhech.
Vt ſignaculum ſuper brachium tuum.

ANNOTATIO OCTAVA.

PRINCIPIO quartae partis Cãtici, vbi Meſſias Sponſus, Sponſae Eccleſiae, primùm quidem in genere, totam figuram & formam & ſtaturam laudibus effert, verba geminando & duplicando : quod etiam fecit in fine primae partis : ac tum poſteà ſpeciatim, ſingulas corporis partes carminibus celebrat : verſus eſt, qui paulò pòſt initium eiuſdem quartae partis, & tertiò ad medium ſextae partis, repetitus eſt, & ita ſe habet.

מבעד לצמתך

Mibbanhad letſammathech.

De quo ſaepè mihi cogitanti, & modò ad mutationem punctorum, modò ad alicuius literarum variationem reſpectans : ſi fortè aliter ſuperioribus aetatibus legiſſent : indagare non potui, quomodo eorum, qui Graecè reddiderunt, quidam quidem verterint initió quartae partis.

ἀπὸ πλήθους τοῦ κάλλους σοῦ. Id eſt.

Ex magnitudine, vel multitudine pulchritudinis tuae.

Alij autem ad medium ſextae partis, verterint:

σκεπόμεναι καλύμματι. Id eſt.

Tectae reticulo. Genae videlicet tuae.

Alij autem omnibus locis.

ἐκτὸς τῆς σιωπήσεώς σου. Id eſt.

Praeter taciturnitatem tuam.

Nam vt ab vltimis initium repetamus, eiuſinodi paſſionem, quam reticentiam, ſilentium, taciturnitatem (ſic enim Graecum nomen σιώπησις Latinè conuertitur) appellant, Hebraea lingua tribus verbis exprimit : quibus vnico verſu, preclara tautologia Pſalmographus vſus eſt. Pſal. 39. Cùm monens vnumquenque fidelium, vt quàm maximè fieri poteſt, abſque peccato viuere ſtudeat : ſe cohibendo, & ab omni lapſu continendo. Atque quod magni ponderis eſt, tuendo, cuſtodiendóque vias ſuas : & refrenando linguam, ex qua non ſolùm multa & varia & grauia delicta exeunt : ob quae à delinquentibus

poenas expetit Deus: ſed ex qua etiam ſaepè ſaepiùs in nimias ruinas homines incurrunt: de quibus in epiſtola canonica. Iac.cap.3. quomodo quiſque os ſuum coërcere debeat, vt non labatur, ſuo exemplo docet. verſ.3.

נאלמתי דומיה החשיתי מטוב

Neelamthi dumijah hecheſcethi mittob.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Obmutui,ſilui,conticui de bono.

ἐκωφώθην σιγήσαν δὲ ἀγαθῶ ἐσιώπησα.

Hoc eſt. Vſque eo,coram peccatoribus, tacitus fui, vt quaſi mutus & elinguis, ne etiam de bono loquerer abſtinerem:quandoquidem peccatores bonum deſpicatum habent.

Sic Pſalm.83.à Deo,qui peccatorum vindex eſt, petens Propheta, ſceleſtiſſimorum hominum flagitia,facinora,ſcelera,conatúſque perditos inimicorum Eccleſiae vindicari,canit ipſo exordio.

אלהים אל דמי לך אל תחרש

Elohim al domi lach,al thecheraſc.

ואל תשקט אל׃

Veal thiſcot El.

Id eſt, quemadmodùm nos vertimus.

Ne ſileas tu Deus,ne ſurdeſcas,
Neutiquam tu Deus conticeſcas.

σὺ μὴ σιγήσῃς θεὸς, μὴ κωφάσῃ,
οὐδαμῶς ἂν ὁ Θεὸς σὺ σιωπάτω.

Dum ſcilicet populus tuus Sanctus, tot, tantíſque exterorum hoſtium incurſionibus, bellis, cladibus, atque occiſionibus afflictus periclitatur. Quorum Hebraeorum verborum, neutrum eſt in noſtro verſu Cantici. Pro vt nec etiam verba adſunt, quae pulchritudinem, quoquo modo exprimant: neque reticulum, vel aliud muliebris capitis tegumentum.Quae ſuis propriis vocabulis lingua Sancta מכמור *Machmor*,appellat, & יופי *iofi*: ne de ſingulis dicere compellar. Et nomen צמתך *tſammathech*,à verbo צמת *tſamath*, (שרש *ſcioreſc*, videlicet radice,dicunt Hebraei) deriuari manifeſtum ſit: ſynonimo cum verbo אסר *aſar*, quod obſtringere & obligare ſignificat, & vincire. Vnde הסוהר *haſſohar*,carcer, & הסורים *haſſorim*, vincti. Geneſ.39. in fin.quando à procaci hera culpatus Ioſeph de adulterio attentato

in car

cerem truditur. Textus eſt in Thren.Hier.cap.3 litera צ *tſadi*, verſ.2.

Vbi Propheta poſtquam in totius populi Iſraëlitici luctu, & ſqualore ciuitatis, ſuae gentis ſeruitutem, regníque euerſionẽ deplorauit: cum Nabuchodonoſor Rex, ſexqui anni obſidione Hieroſolymam cepit: Meſſiam tum quidem, quem crucis, tetro cruciatu Iudaeos necaturos, ſpiritu prophetico praeuidebat: ſuam paſſionem, ſub pauperis & afflicti perſona, recenſentem, inducens, canere facit.

צמתו בבור חיי

Tſammethu babbor chaïjaj.

Id eſt, quemadmodùm nos vertimus.

Obſtrinxerunt in ciſterna vitam meam.

ἔδησαν ἐν τῷ λακκῷ ζωήν μου.

Conſequentia eſt metaphorae ſuperiorum verſuum. Cùm enim ſuperioribus verſibus dixiſſet.

Venatione venati ſunt me,
Sicut auem inimici mei ſine cauſa.

Tum quidem poſteà ſuggerit.

Obſtrinxerunt in ciſterna vitam meam,
Et deſuper mihi iecerunt lapidem.

Id eſt, operculum, vel puteal, poſuerunt ad oſtium. Hic eſt enim venatorum & aucupum mos: vt poſtquam laqueis, plagíſve, aues, feráſve ceperint, alligent, obſtringant, deuinciant, ſeptis contineant, cauea includant: ſi viuas ſeruare malint, quàm occidere. Locus eſt apud Ezechiel cap.19. Vbi plorans Ezechiel, vltimum Regem Iudaeorum, qui ob ſuam crudelitatem & impietatem, vt Leo, caetera animalia, populos, qui in ſuo regno & ditione erant, dilacerabat: quamobrem iuſto iudicio Dei, bello captus, cum ignominiâ & dedecore interfectus, ſepultura & iuſtis exequiis caruit, eius cadauere inhumato proiecto. Illius igitur caſum, tam grauem, & tam horribilem, funeſta lamentatione, lugens Propheta: quomodo eum Chaldaeĩ obſederint, & expugnauerint, in metaphora venantium feras, ſic proſequitur.

Et conuenerunt aduerſus eum gentes, vndique de prouinciis,
Videlicet Babylonij, miſſi à Rege Nabuchodonoſor.

Et expanderunt ſuper eum, rete ſuum.

Videlicet exercitum, quo illum obſederunt, & expugnarunt.

In vulneribus eorum, captus eſt.

Vide

Videlicet,quia non abſque ſanguinis effuſione, cum ceperunt, reportantes victoriam cruentam.

ויתנו בסוגר בחחים׃

Vaitthenu baſſughar bachathim.

Id eſt,quemadmodum nos vertimus.

Et poſuerunt eum in carcere ſecreto.

καὶ ἔθεντο τὸν αὐτὸν εἰς φυλακὴν κρύφιον.

Videlicet, Capta Hieroſolyma, & ipſo Rege in poteſtatem redacto,poſuerunt eum in loco clauſo & abdito, ſub cuſtodia ſecreta. Vel ſic,quia חחים *Chathim,* eſt numeri pluralis.

Dederunt eum in carcerem, in ſecretis.

In quibus rei de maleficiis contruduntur & retinentur, vt omnium colloquiis careant, dum pro diligenti criminum inquiſitione quaeſtiones habentur à Iudice: donec publicatis argumentis atque indiciis ſcelerum,terminus aſſignetur ad ſe defendendum, diluendúmque crimina, data facultate habendi copiam actorum. Tunc enim è carcere ſecreto educti rei,in publicum includuntur: vt patronos & aduocatos ſibi adoptent, qui patrocinio ſuſcepto, pro ipſis reis cauſam dicant,& in iudicio ius ſuggerant.

Quod etiam ſeruatur, poſtquam peracto Iudicio, Iudicum ſententiis,ſiue iuſtis,ſiue iniuſtis, rei poenis affici debent: vt in publico carcere condantur,vt omnibus eos viſendi & alloquendi poteſtas ſit, vſque dum ſupplicium de eis ſumatur. Vnde tam multa Plato memoriae prodidit in Dialogis περὶ πρακτοῦ, καὶ περὶ ψυχῆς, quae à Socrate poſt damnationem,ſunt dicta & facta & diſputata, praeſentibus multis ſuis familiaribus, ciuibus & indigenis & peregrinis, permittentibus magiſtratibus. Cùm longum tempus, Socrates eſſet in cuſtodia publica, inter iudicium & mortem: quod pridie, quàm iudicaretur principium ſpectaculi nauis fuerat,quàm quotannis Athenienſes Delum mittebant.

Quo tempore, dum Delum perueniret nauis,rurſúmque Athenas reuerteretur,neminem ex lege, publicè necabant. At verò Babylonij non alicuius quaeſtionis habendae gratia, in cuſtodia ſecreta Regem incluſerunt: ſed vt eum potiùs quàm tutiſsimè cuſtodirent, quoad vinctum Babyloniam ducerent.

Niſi fortè alia noſtra verſio,tibi lector magis probatur: quae aequè nobis placet.

Et poſuerunt eum in carcere, cum ſigillis.

καὶ

καὶ ἔθεντο τὸν αὐτὸν εἰς φυλακὴν μετὰ σφραγίδων.

Hoc eſt. Obſignauerunt oſtium carceris,ſignis,vel ſigillis, vel annulis, quibus literae obſignantur. Et hoc namque ſignificat nomen חתים *Chathim*,ſynonimum cum טבעת *Tabnhath*: à חתם *Chatham*, quod eſt ſignare, claudere & abdere. Quia tunc literae, vel tabulae teſtamenti, vel huiuſmodi, ſignantur & clauduntur, cum ſigillo, vel annulo firmantur & obſignantur.

Vnde in Cantico, par.8.6. Spiritu Prophetico Salomon imbutus: cum didiciſſet,quod Meſſias,in eius aduentu,inter ſacramenta nouae legis, inſtituere debebat ſacramentum corporis & ſanguinis ſui: in ſcena illum inducit, hortantem Eccleſiam, & omnem animam fidelem,quã in ſacramento baptiſmi ſibi deſpondit:ad vtendum & fruendum illo ſui corporis & ſanguinis ſacramento, tanto & tàm ingenti bono: ſub figura ſigilli,vel annuli,ad hunc modum.

שימני כחותם על לבך

Simeni chechotham nhal libbech.

כחותם על זרועך:

Chechotham nhal Zeronhech.

Id eſt, quemadmodum Graecè verterunt,& nos Latinè reddimus.

θές με ὡς σφραγίδα ἐπὶ καρδίαν σοῦ,
ὡς σφραγίδα ἐπὶ βραχίονα σοῦ.

Pone me ſicut ſigillum, ſuper cor tuum,
Sicut ſigillum, ſuper brachium tuum.

Hoc eſt. Miſce ô Sponſa, cum corpore tuo & anima, animam meam & corpus, quod penes te habes: ſicut miſcetur annulus cum cera, cum eius ſigno imprimitur.Vt ſic mixti duo ſimus in carne vna,ſicut Sponſum & Sponſam decet.

Ede carnem meam, & pota ſanguinem:in quibus, Deus ego ſum, & homo. Vt mei imaginem, in corpore tuo & anima colloces: ſicut ſigilli imago in cera imprimitur,cum literae obſignantur,vel tabulae, vel lagenae,vel quid eiuſmodi.

Adhibe carnem meam, in cibum, & ſanguinem in potionem Vt annuli ſimilitudinis inſtar,ego in te maneam,& tu mei ſimilis efficiaris,& ſis Sancta, ſicut ego Sanctus ſum. Quandoquidem ab alimento nutrimentum & mores.

Veſcere me, in quo praeter omnes ſuauitates, omnéſque dulces ſapores,qui guſtu percipi poſſunt vita eſt,& fons vitarum, omníſque beatitudo. Vt mei paſtu nutricata,viuas propter me:& ſicut ego bea-

tus ſum, ita & tu beata, mecum in coelo, aeuo ſempiterno fruaris. Vel ſic.

Pone me, ſicut ſigillum ſuper cor tuum,
Sicut ſigillum, ſuper brachium tuum.

Hoc eſt. Fac quaeſo, ô Sponſa, vt tanto amore me ames, ac tanto deſiderio mei aeſtues, ac tanta cupiditate ardeas mei fruendi: vt mei Sponſi binas naturas, alteram diuinam, qua ab aeterno ſum, & alteram humanam, quam in tempore pro tua libetatione ſumpſi, in te imprimas. Quemadmodum mundanus amator, eius, quem amat, ſimilitudinem in ſe contrahit & effigiem. Quoniam haerens infixus in pectore vultus, in venísque cum ſanguine mixtus, amati ſimulachrum, in amante efficit.

Fac quaeſo, ô Sponſa, vt tam aſſidua, & vehementi voluntate, omnes actiones tuas, atque omne ſtudium, ad me dirigas: vt in tuo corde, principio motus ſenſuúmque & termino, & in tuo brachio, initio omnium operum & fine, mei Dei, ſimul & hominis, lineamenta ſcalpas & figuram. Quemadmodum praegnans mulier, cupitae rei, in foetu, quem vtero gerit, pingit imaginem. Quoniam vehemens cogitatio ſanguinem mouet, & interiores ſpiritus: atque in tenera materia, excogitatae rei formam coelat.

Fac, quaeſo, ô Sponſa, vt adeò me colas & diligas, charúmque habeas: adeò me delecteris, oblectetíſque & perfruaris: vt meo amore ſaucia & inflammata, & mecum perpetuo degere & cohabitare cupias: & in te perenniter me transferre, atque in te iugiter me tranſfundere ſtudeas. Quemadmodum terrenus amans, qui totum in ſe capere optat amatum. Sicut de Artemiſia Cariae Regina, Graecorum monumentis, ad poſteritatis memoriam, éditum non ignoras. Quae tanta affectione Regem Mauſoleum virum ſuum adamauit: vt eius defuncti corpus, in puluerem redactum, aqua inditum ebiberit. Vel ſic.

Pone me, ſicut ſigillum ſuper cor tuum,
Sicut ſigillum ſuper brachium tuum.

Vt ſcilicet dies noctéſque de me cogites, & de mandatis meis meditere: nihil alind animo ac ſpe ſuſcipias: nihil aliud corde concipias, niſi me. Vt ſcilicet nihil aliud agas, nihil aliud tractes, & nil aliud pangas, praeter legitima opera, quae in lege & Euangelio ſcripta ſunt: & quae tibi praecepi, vt facias. Caeteras omnes alias operationes & cogitationes, à corde, & brachio tuo repellendo: aditus intercludendo, prohibendoque ingreſſus. Quemadmodum literis obſignatis, tabuliſve teſtamenti nil vltra additur. Sic etenim me, ſicut annulo, obſignabis cor tuum, id eſt, cogitationes tuas, quae de corde exeunt: & brachium tuum, id eſt, opera tua, quae brachio aguntur.

Non

Non autem catenam ſignificat חחים *Chathim*: neque κάμον, id eſt, frenum. Catena namque Hebraicè dicitur נחשה *nechuſciah*, ſicut 4.Reg.25.7. Vbi Rex Sedechias bello captus, vinctus catenis Babylonem ducitur. Et aliàs שרשרה *ſciarſcerah*, Exod.28. Et aliàs שלשלת *ſcelſceleth*, vel aliis nominibus. Et frenum dicitur מתג *methegh*, & רסן *reſen*, ſicut Pſal.32.9.

Sed ad Regem vltimum Iudaeorum, de quo apud Ezechielem. Sic Rex Darius, miſſo Daniele in lacu Leonum, allatum lapidem, poſitum ſuper os laci, obſignauit annulo ſuo, & annulo ſuorum optimatum. Daniel.6.17.

Sed iam ad locum Hieremiae, vnde huc digreſſi ſumus, reuertentes, dicimus. Quòd eius Hieremiae loci, ea quam diximus, conuerſio eſt, & ſententia, literalis. Non autem, ἐθανάτωσαν, interfecerunt, occiderunt, necauerunt. Quod Hebraeis dicitur יהרגו *Iaharoghu*, & ירצחו *Ieratſechu*: à verbis רצח *ratſach*, & הרג *haragh*. Sicuti paſſim, vt Pſal.94. In quo Propheta Dauid, Deum appellans, atque obteſtans, vt contra impuros, impióſque homines, ad nefanda ſcelera natos, iuſtum iudicium ſuũ exerceat: capitalia eorum facinora grauiter moerens, lugubri carmine canit. verſ.6.

אלמנה וגר יהרגו

Almanah veghir iaharoghu,

ויתמים ירצחו׃

Vithomim ieratſechu.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Viduam & peregrinum interfecerunt.
Atque etiam pupillos occiderunt.

χήραν καὶ παρεπίδημον ἀπέκτειναν,
καὶ τοὺς δὴ ὀρφανοὺς ἐφόνευσαν.

Et intellige, partim manus ſacrilegas inferentes: partim vi aut fraude necari, iugulari, trucidaríque mandantes. Dummodo impiorum crudelitas, piorum ſanguine expleatur: atque innocentum poſſeſſiones, pecuniam, & fortunas, bonáque omnia, contra ius fáſque conſcelerati ſurripiant. Ac ſaepè etiam frugi homines & iuſtos, non caede & occiſione mactantes: ſed auro, argento, ſuppellectili, caeteriſque rebus ſpoliantes, prout effrenata cupiditas incitauerit.

Quibus adde aes alienum, & item pretia, quibus debent, non ſoluentes: ſed improbiſſimè, mille technis, creditores fallẽtes. Sicut mercatores faciunt, qui ſuppreſſis nummis, à viduis & pupillis acceptis: & tum etiam ſuppoſitis falſis nominibus, ſuo non aliorum vitio deco-

quunt. Omnes enim tales,qui talia agunt, ſicarij, & homicidae ſunt. Quemadmodum diuinitus ſcriptum eſt in libro Eccleſiaſtici,c.34.25.

Quia Panis egentium vita pauperum eſt:& qui defraudat illum, homo ſanguinis eſt.

Et, *Qui aufert in ſudore panem:quaſi qui occidit proximum ſuum.*

Et, *Qui effundit ſanguinem:& qui fraudem facit mercenario, fratres ſunt.*

Myſticus autem Hieremiae ſenſus eſt. Quòd cum Iudaei, inimici Meſſiae,ſceleratiſſimam conſpirationem conflaſſent. Marc.14. Quaſi auem ſine cauſa, eum ceperunt: pedicas amico proditore ponente. Matth.26.Quamobrem Cruci affixus Meſſias:iudicante eorum Praeſide,nullam cauſam in eo inuenire, quare plectendus foret. Luc.23. Poſt reſurrectionem, humana carne indutus, de terra, in coeleſtem locum ſubuolauit. Act.1. Strinxerunt autem tum in ciſterna:cum eo, poſt pollincturam,tumulato. Ioan.10. Ex rabie, fallentes ſemetipſos, munierunt ſepulchrum,ſignantes lapidem,cum cuſtodibus. Matt.27.

Quoniam verò in Cincinnis, connexi capilli, & circunuoluti, & quodammodo irretiti obſtringuntur: ab illa obſtrictione צמת *Tſamath*, Hebraeis Cincinnus dicitur. Non ſecus ac Graecis πλοκάμος καὶ πλέγμα: id eſt implicatio, παρὰ πλεγματίζω, quod eſt implico. Implicati videlicet,& colligati crines,& capilli circum Tempora & Frótem:vt Frons & Tempora,& Oculi, formoſiores eluceant.

Et hoc propriè צמת *Tſamath*, in noſtro Cantico ſignificat, locis ſupra citatis 4.& 6.par. Sub quorum figura, Meſſias Sponſus, laudat colligationes & connectiones innumerabilium populorum credentium. Secundum ea, quae ſcripta ſunt.

Multiplicabo ſemen tuum,ſicut ſtellas coeli.

Geneſ.27.17.& 26.4.

Et, *Adorabunt eum omnes familiae gentium.*

Pſalm. 22. 28.

Et, *Multiplicati ſunt* (fideles) *ſuper numerum.*

Pſalm.40. 8.

Et, *Docete omnes gentes.*

Matth.6. Et iterum in Pſalmis.

Omnes gentes ſeruient ei.

Pſal.71.11. Et Pſal.67. verſu intercalari.

ידוך עמים אלהים

Ioducha nhammim Elhoim.

Ioducha

יודוך עמים כלם׃

Ioducha nhammim chullam.

Id eſt,quemadmodum nos vertimus.

Confitebuntur tibi populi Deus,
Confitebuntur tibi populi omnes.

ἐξομολογήσονται σοὶ λαοὶ ὁ θεὸς,
ἐξομολογήσονται σοὶ πάντες οἱ λαοί.

Totus enim Pſalmus,qui aduentus Sponſi praeſagitio eſt, per indicandi modum reddendus eſt. Per ea, quae in Annotatione Oſculabitur, exquiſitis rationibus diſſeruimus. Quemadmodum verſu ſequenti,ſub eadem capillorum figura, eoſdem populos laudat Sponſus, dum eos, gregi Caprarum Galaad componit: vbi magis, quàm alibi greges augentur Caprarum,atque gignuntur. Secundum, quod naturaliter contingit.

Sicut enim non omnem frugem,neque arborem, in omni agro, reperire poſſis. Vt Orator inquit, pro S. R. A. Sed aliqua terra caeteris vberius alias fruges effundit. Sicut Poëta cecinit.

Hic ſegetes, illic veniunt foelicius vuae.

Sic aliqua regio & aptior eſt caeteris, ad alicuius animalis ſpecies procreationem: & in ea illa ſpecies ſaepius foetat. Quemadmodum de Inſula China ſcribit Ioannes Gonzales de Mendozza, ſua lingua Hiſpana. Quòd in ea Inſula, Vaccae & Oues ſaepe, Caprae autem ferè ſemper geminos foetus procreant. Quamobtem tum propter vbertatem foeturae, tum ob magnitudinem paſtionis, qua Inſula fertilis eſt,tanta copia illarum pecudum redundat, quòd minimo pretio venundantur. Atque multi accolarum, boum decem millia mactant: non alia de cauſa,niſi vt in Hiſpaniam coria mittant: carnes in campis relinquentes, ad volucrum paſtum. Quare Sponſus Meſſias, ad Sponſam Eccleſiam.

Capilli tui, ſicut grex Caprarum,
Quae aſcenderunt de monte Ghilnad.

Atque hic etiam tropus, Prophetia eſt tot nationum, populorúmque & gentium, quae mille iam ſexcentorum ampliùs annorum ſpatio, fidem Sponſi ſuſcèperunt: & in dies, apud Occidentales Indos ſuſcipiunt, & poſt hac ſuſcepturae ſunt: quando toto orbe terrarum, vt aliàs dicebamus,religio propaganda eſt. Vt ſic verſus,qui habentur initio 4.par.1. & paulò poſt initium eiuſdem 4.par.3. & ad medium 6.par.6.qui ita ſe habent.

עינך יונים

Nhenaic Ionim.

מבעד לצמתך׃

Mibbanhad letſammathech.

כפלח הרמון רקתך

Chefelach harmon racatech,

מבעד לצמתך׃

Mibbanhad letſammathech.

Graecè & Latinè quemadmodum nos vertimus, vertendi ſint.

Oculi tui Columbae
Intra Cincinnos tuos.
Vt fruſtum mali punici, genae tuae,
Intra Cincinnos tuos.

Ὀφθαλμοί συ περιστεραί,
ἐντὸν τῶν πλοχάμων συ.
ὡς κλάσμα τῆς ῥοᾶς αἱ παρειάδες σοῦ,
ἐντὸν τῶν πλοκαμῶν συ.

Provt etiam L X X. iam annos ampliùs, Latinè vertit Sanctes Pagninus conciuis meus, ordinis Praedicatorum, vir excellens in Theologia, ſingularíſque concionator verbi Dei: cui ſacrarum literum ſtudioſi, ob eximiam linguarum Hebraicae, Chaldaicae, Syriacae Graecaéque cognitionem, quam eius ſcripta teſtantur, plurimùm ſe debere fatentur.

Cùm enim Meſſias initio 4. par. Sponſae laudes gloriámque generatim celebraret, appellando eam Pulchram: propter magna enimuerò dona, quibus idem Meſſias, eandem ſuam Sponſam donauit, decorauítque, quamobrem omnibus admirationem mouet.

Ecce tu Pulchra Paſtrix mea,
Ecce tu Pulchra.

Quemadmodum in propria Annotatione Paſtrix diffusè egimus. A nobilioribus tunc ſanè Sponſae corporis partibus, eandem, laudare aggrediens: ab Oculis, vt aequius erat, orditur, vnde priùs Amore ſaucius. Sicut infrà hac eadem 4. par. habetur. In qua Rex Salomon, vt aſſolet, ſuis coloribus, Spiritus ſancti penicillo, Sponſae corporis partes pingens: Meſſiam amore flagrantem, excordem ſe factum, canentem

tem inducit,Sponſae Oculo,& Colli crine,vel potiùs torque (vt nos vertimus ענק *nhanac*) in quibus Oculus praecedit in ordine Scripturae.

Et rectè,quando in Oculis praecipuè eſt amoris ſedes:& in nullam aliam partem amantes inſpiciunt, quàm in Oculos, ſicut Ariſtoteles tradit. Quamobrem de Sappho Poëta memoriae proditum : ad eum, qui valde admirabili forma erat,& pulcher habebatur,dixiſſe.

Στᾶθι κἄντα φίλος, καὶ τὰν ἐπ' ὄσσοις ἀμπέτασον χάριν.
Id eſt.

Conſiſte aduerſus amice, & quam in Oculis (habes) *pande gratiam.*

Et confirmatur autoritate ſacrae Scripturae, in qua narrat hiſtoria, amorem tam repentinum Holofernis, ergo caſtiſſimam & ſanctam foeminam Iudith, de qua paulò pòſt dicemus, ab Oculis eſſe profectum. Vt ſuo libro 10.17.

Transfodiſti cor meum, ſoror mea
Sponſa transfodiſti cor meum.
Vno Oculorum tuorum,
Vno torque Colli tui.

Ab Oculis igitur Sponſam laudare Meſſias,orſus,canebat.

Oculi tuae Columbae
Intra Cincinnos tuos.

Et paulò pòſt,ad Genarum Sponſae laudationem accedens, alios duos verſus canit,qui inf.par.6.ad medium repetiti ſunt.

Vt fruſtum mali punici,Genae tuae,
Intra Cincinnos tuos.

In quibus non ille tãtùm modus comparationis,mirus eſt, dum Oculi Sponſae. Columbae dicuntur : & Genae eius fruſto mali punici, ſimiles perhibentur. Quoniam eiuſmodi ſimilitudinum collationes in vſu frequenti Poëtis ſunt. Vnde crebrò apud Homerum, de Iunone *βοῶπιν*;& de Chriſeida & Briſeida *καλλιπάρῃον*, pulchras genas, & bouinos oculos habentem,reperire eſt,atque his ſimilia.Quàm res noua & admirabilis eſt,laus à poſitione Oculorum & Genarum,intra Cincinnos. Si quidem Genae & Oculi,à Cincinnis,ex multitudine capillorum conflatis, compoſitiſque : quaſi quibuſdam collibus à tribus lateribus, redimiti, & circundati, magis ac magis pulchriores apparent. Non ſecus ac in tabulis, hominum effigies & imagines pictae circundatae vmbr is,viuidae magis & ſpirantes ſunt.

Sunt

Sunt autem temporibus noſtris Sponſae Oculi & Genae, omnes, qui Sponſo Vicarij ſuccedunt: quique ſummis dignitatis gradibus, praepoſiti, oſtrea & violacea purpura fulgent: Epiſcopi in Apoſtolorum locum ſuffecti, Cardinéſque Eccleſiae, viri puri, integri, caſti & candidi: ſicut Columbae, in quibus naturalis ineſt, non fucatus, nitor.

Ac tum praetereà caeteri, quibus adminiſtrationes, gubernationes, nec non & interpretationes, praedicationéſque diuiſae ſunt. De quibus Apoſtolus 1.Cor.12. & Eph.4.

Qui docti & intelligentes, in ſpeculis quodammodò poſiti, inſtar Oculorum & Genarum in capite: plurima circunſpicientes, & munere ſuo fungentes, proſpiciunt tempeſtates futuras: atque quemadmodum vnuſquiſque fidelium ſe gerat, in retinenda religione obſeruant.

Et tum conſulunt, tum iura dant, tum non ferunt, neque ſinunt, tum compatiuntur & ſilent: vt cauſae natura, & temporis ratio poſtulat, expedítque animarum ſaluti: parati ad omnem euentum, omnia perpeti, ſanguinémque pro Sponſo profundere.

Sicut enim illae partes, Genae & Oculi eminent in corpore, & à Cincinnis vmbratae, venuſtiores elucent: ita huiuſmodi primarij viri, qui ingenio praeſtantes, doctrina perfecti, moribus ac probitate inſignes, iniuriarúmque perferentes, Eccleſiam moderantur & regunt: qui abſcondita & recondita pandunt, nodóſque ſoluunt: qui eruditione & ſui exemplo, Beatae vitae diſciplinam docent: quorum adminiſtratio latiſſimè patet: clariores & illuſtriores enitent intra Cincinnos. Videlicet in populis, & colligationibus & ſocietatibus & conuentibus populorum, generalibúſque conciliis. Hoc namque eſt.

Oculi tui Columbae.

Intra Ciccinnos tuos.

Genae tuae, ſicut fruſtum mali punici,

Intra Cincinnos tuos.

In quibus ſecundis verſibus, animaduertendum eſt: quod non dicit Sponſus Eccleſiae.

Sicut cortex mali punici, ſic Genae tuae.

Vt Latinae editiones habent, par.6.6. & Graeca exemplaria omnia, quae ad noſtras manus deuenerunt, par.4.& par.6.

ὡς λέπυρον τῆς ῥόας μῆλόν σου.

Neque etiam canit Sponſus Eccleſiae

Genae tuae, ſicut mala punica.

In qui

In quibus adhuc ſolidis, neque corticibus, rubra eorum grana, non videntur: ipſo malicorio ea tegente. Sed.

Sicut fruſtum, vel fragmentum, mali punici, malae tuae.

Vt non ſolùm, ſint grana rubra maturis pomis: ſed videantur, ſed appareant, ſed omnibus manifeſta ſint: ſicut in fruſtis grana conſpiciuntur.

Hoc eſt. Quod Sponſae Genae, vel malae, Eccleſiae ſcilicet Principes, primarij, optimates, coryphaei, qui, qui ſint, iam ſuprà diximus: palam & apertè profiteantur, praeſeferant, & quaſi inſcriptum in malis gerant genîſque ſe paratos omni vita, noctes & dies, quaelibet abiecta pati, & (quemadmodum modò dicebamus) omni ſupplicio excruciari, necaríque pro Sponſo. Hoc enim ſignificant, malorum punicorum grana, quae videntur in fruſtis, ſanguinei coloris.

Et hoc idem nomen צמתך *tſámmathech*, ſignificat apud Iſa. c.47. in princ. Vbi finem Babyloniorum regni Iſaias prophetauit: ob eorum nimiam elationem, ſuperbiámque & inſatiabilem crudelitatem, quam in populum Dei exercuerant, acerbè nimis & crude victoria à Deo data vtentes: ac ob eorum multiplicia peccata & maleficia, quae in Deum commiſerânt: in quibus vnà cum ſeculis aetatibúſque hominum Babylon inueterauerat. Ibi.

גלי צמתך

Ghalli tſammathech.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Detege Cincinnos tuos.

ἀποκάλυψαι τὸν πλοκάμον σου.

Hoc eſt. Tolle velum (dicit Dominus) quod tuos flexuoſos capillos tegit. Amóve inuolucra, quibus implexi nodíſque obtorti crines tui obtenduntur. Aufer integumenta, quibus inſignis nequitia tua inuoluta non cernitur.

Et intelligit ibi Iſa. per eam figuram verborum, grauia peccata errata delicta crimina, infinitáque ſcelera, quae Babylon in Deum patrauerat: & quotidie, vel potius in ſingulos dies, perditi homines, multis ſimulationum inuolucris tecta, & quaſi velis quibuſdam obducta, committunt. Quae praeuia contritione, & ſatisfactione ſubſequente, per confeſſionem, detegenda ſunt, poenitentiae ſacramento miniſtris.

Quo loco Iſaiae, nomen צמתך *tſámmathech*, per κατακάλυμμα, Graecè hactenus verſum erat: quod tegumentum, reddi Latinè poteſt.

ἀποκάλυψαι τὸ κατακάλυμμά σου.

Reuela tegumentum tuum.

Vt non tranſlatio de lingua in aliam, quàm ἑρμηνείαν Graeci vocant, ſed magis παράφρασις, liberior videlicet expoſitio dicenda videatur. Sicut etiam eorum, qui Latinè reddentes, turpitudinem conuerterunt. Per bene autem ſanè Iſaias Babyloniorum peccata per Cincinnos figurat: quando mundi peccata Regius Propheta capillis comparauit.

Cum Meſſiae paſſionis, ſingulas partes, à Spiritu ſancto edoctus: Iudaeorum illud obſcoenitatis flagitium, poſteritati indicare volens, cum Dominum conſputantes, ſpurciſſimi homines, alapíſque pulſantes & colaphis, belluae vaſtiſſimae, velauerunt faciem eius: de quo apud Marc. 14. 65. eundem Meſſiam, per modum querelae Deo patri exponentem inducit. Pſal. 40. 16. & 17.

Adeò vndique pater aeterne, tantis & innumeris mundi malis obſeſſus & oppugnatus ſum: adeò ex omni parte, magnis, ſtipatus ſeptúſque ſum, iniquitatibus Iudaeorum: qui iniquitates iniquitatibus addendo, obnupſerunt oculos meos, putantes, quòd ſic neſcius ſim, quis eorum mihi manus inferat: vt eas quatenus homo.

לא יכלתי לראות

Lo iacholthi liroth.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Videre non queam.

οὐ δύναμαι τοῦ βλέπειν.

Atque eo magis, quoniam multiiuges horum iniquitates.

עצמו משערות ראשי

Nhatſemu miſcianharoth roſci.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Robuſtiores factae ſunt capillis capitis mei.

ἐκραταιώθησαν ὑπὲρ τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς μου.

οὐδὲ ἐπληθυνθησαν, quod Hebraeis dicitur רבו *rabbu*, vt ſuprà Pſal. 38. 20.

Quia nempe, & numero, & granditate creuerunt: ſicut capilli cum intonſi linquuntur. Sunt etenim vtrorumque capillorum ſcilicet & Cincinnorum eadem rationes. Sicut enim coma praelonga, capillus paſſus, prolixus, circumque caput, negligenter reiectus, oculos velat: ita peccatum inueteratum, putidum, & tabidum factum, homines excaecat, orbátque ſenſibus, quo minus veritatem, quae Deus eſt, agnoſcant.

Et ſicut

Et ſicut humorum exuperantia corporis, capillos generat: ſic & non aliter omnium peccatorum principia & cauſae, fontes & ſeminaria ſunt,externa commoda, abundantia, copia, & redundantia rerum humanarum:réſque proſperè geſtae,& ad voluntatem, ſecundo, ſine vlla offenſione,curſu. Ac tum praeterea, adeptio honoris, ſplendoris, gloriae & deliciarum,regnorúmque & imperiorum.

His enim rebus,elati & inflati homines, nec ſaturi vnquam, nec vnquam reſipiſcentes,nec modum ſtatuentes: dum ſibi omnia licere putant, Deo poſthabito,omne ius fáſque inexpiabili ſcelere peruertunt. Donec fatui,nihil minus prae ſtultitia ſuſpicantes,ſeuero iudicio Dei, inſtar Babyloniorum, temporalibus omnibus ſpoliati, poenas etiam ſempiternas luunt.

Neque alibi,non ſolùm in Cantico,ſed nec in aliis libris,quorum archetypa Hebraea ad noſtra tempora deuenerunt,hoc nomen צמת *tſamath*, nobis reperire contigit. In libris dico, quorum archetypa Hebraea ad noſtra tempora deuenerunt:propter locum,qui eſt in libro Iudith,quem Chaldaica lingua editum,non habemus.

Scriptum eſt enim in eo libro,quòd cum Sancta mulier, prehenſa coma Holofernis, pugione caput ceruicibus abſcidiſſet, Bethuliámque tuliſſet:re cognita per exercitum Aſſyriorum,omnes timore magno perculſi, in fugam ſeſe dederunt.

Quamobrem per manum foeminae Sanctae, re foeliciter geſta, pro parte Hebraeorum:qui maximos quaeſtus praedáſque ſibi fecerunt,ex pecudibus, omníſque generis bonis, quae Aſſyrij fugientes, in caſtris reliquerunt: parta victoria, Hebraeíſque ditatis, manubiis, fudit Iudith Domino Canticum.

In quo Deum laudans, qui ſibi, tantam ac talem virtutem dedit: memorans quomodo lugubrem veſtem viduitatis,in laetam fulgentémque mutauerit, capillúmque compoſuerit, vnxerítque, atque ornauerit ſe:vt ornata & oblita & compta & fulgens formoſior appareret,atque Holofernem inflammaret amore:inter caetera canit.

Et colligauit Cincinnos ſuos Mitra.

Hoc eſt.Obligauit faſcia muliebri,quae μίτρα. Mitra Graecis dicitur: quae capitis ornamentum erat,quo antiquis ſeculis, apud Aegyptios, tam viri quam foeminae vtebantur.Vnde & eorum qui Epiſcopali dignitate fulgent,capitis operimentum,quo in diuinis vtuntur, nomen accepit. Vt Tempora & Oculi (vt credere par eſt) intra Cincinnos, pulchriores viderentur:per eorundem Cincinnorum,vinculo Mitrae, circum eminentium, inſtar collium, vmbram. Quemadmodum de Oculis Temporibúſque Sponſae:nec non & de picturis, initio huius Annotationis dicebamus. Vbi probè ſanè de lingua Chaldaica, verſum locum exiſtimamus.

Et colligauit Cincinnos ſuos Mitra.

Quando ſicut promiſcuè & communiter, tam de muliebri, quàm de virili ſexu coma dicitur. Vnde apud Homerum Iliad. β. epitheton Graecorum, καρηκομόωντες ἄχαιοι. Id eſt. Capite comati Achiui. Et lib. δ. Θρήικες ἀκρόκομοι. Id eſt. Traces longam comam habentes. Et lib. ζ. ἀθηνᾶ ἠύκομος. Minerua pulchram habens comam. Et apud D. Paulum 1. Corinth. 11.

ἢ οὐδὲ αὐτὴ ἡ φύσις διδάσκει ὑμᾶς, ὅτι ἀνὴρ μὲν ἐὰν κομᾷ, ἀτιμία αὐτῷ ἐστι; γυνὴ δὲ ἐὰν κομᾷ, δόξα αὐτῆς ἐστιν; ὅτι ἡ κόμη αὐτῇ ἀντὶ περιβολαίου δέδοται. Id eſt.

An non ipſamet natura docet vos, quod vir equidem ſi comam nutriat, ignominia eſt illi? Mulier verò ſi comam nutriat, gloria eſt illi? quoniam coma pro velamine data eſt.

Quoniam enim more gentium Corinthij, omnes adhuc ſine ſexus diſcrepantia, comam gerebant: ſuadens Apoſtolus, non decere mares, ſed foeminas ſolùm, cauſam edocet. Quoniam enimuerò (inquit) ſexui foemineo à natura datum, comam gerere, ad velandum caput. Et ratio rationis eſt, vt palàm ſit, quòd non ſui iuris foemina, ſed ſub viri poteſtate eſt, propter quem creata eſt. Quia velum velando caput, illud reclinare facit: quod ſignum eſt, in alterius ditione & poteſtate eſſe.

Sic igitur, quemadmodum vtriuſque ſexus promiſcua coma, vt firmatum eſt: ita foeminei ſexus proprij duntaxat & peculiares ſunt Cincinni, non autem cum virili communes. Vnde frequens apud Homerum adiectum mulierum πλόκαμος, nomen cum πλέγμα ſynonimum, quod capillum ſignificat implexum & quibuſdam volutationibus nodiſque obtortum: qualis Cincinnus Latinis dicitur, à nomine cinnus, quod eſt commiſtio: quoniam in Cincinnis commiſcentur capilli, dum intorquentur, ad Frontem & Tempora coronandum.

Velut Odyſſ. ε. de Calypſo.

νύμφη ἐϋπλοκάμῳ.

Nymphae pulchrum Cincinnum habenti.

Et eodem lib. de Cerere ἐϋπλόκαμος δήμητηρ. Et lib. κ. de Circe. κίρκη ἐϋπλόκαμος. Et Iliad. λ. de Heca Neſtoris pellice πλόκαμος ἑκαμήδη.

Et ſic in tota ſacra priſca pagina, de maribus dicitur comam geſtaſſe. Quemadmodum de duce & praefecto exercitus Nabuchodonoſor Regis, Holoferne, ſupra commemorauimus: cuius prehenſa coma, caput pugione Iudith ceruicibus abſcidit, cap. 13. 9. Et de foeminis dicitur geſtaſſe Cincinnos.

Quemadmodum omnibus locis,quos citauimus, in quibus Cincinnorum eſt facta mentio. Nam vel ad muliebrem ſexum ſermo dirigitur,vel de mulieribus agitur. Sicut apud Iſai.cap.47.2.

Detege Cincinnos tuos.

Vbi ſermo Dei eſt ad Babylonem,tanquam ad virginem: vt quae non antea victa, non ſubacta, neque bello domita:ſicut initio eius capitis habetur.

Deſcende, ſede in puluere virgo filia Babylon.

Hoc eſt : quia nequaquam tu poſthac regnabis , ſed vilis & abiecta proſtitueris.

Et ſicut verſu Cantici, ter repetito, qui Sponſi eſt ad Sponſam.

Intra Cincinnos tuos.

Et ſicut hîc in libro Iudith, cap.16.10.

Et colligauit Cincinnos ſuos Mitra.

Atque vt ex iam notatis mihi videre videor, ad augeſcendam pulchritudinem,quam praecipuam mulieribus natura tribuit:ſicut viris prudentiam,vt Anacreon iudicauit,cum ad lyram cecinit.

Φύσις κέρατα ταύροις,
ὁπλὰς δ᾽ ἔδωκεν ἵπποις
ποδωκίην λαγωοῖς,
λέουσι χάσμ᾽ ὀδόντων,
τοῖς ἰχθύσι τὸ νηκτόν,
τοῖς ὀρνέοις πέτασθαι,
τοῖς ἀνδράσι φρόνημα
γυναιξὶν οὐκ ἔτ᾽ εἶχεν
τί οὖν δίδωσι; κάλλος
ἀντ᾽ ἀσπίδων ἁπασῶν,
ἀντ᾽ ἐγχέων ἁπάντων,
νικᾷ δὲ καὶ σίδηρον,
καὶ πῦρ καλή τις οὖσα.

Id eſt,quemadmodum nos vertimus.

Natura Tauro cornua
Equo dat acres vngulas.
Lepori velocitatem,
Rictum Leoni dentium
Natare verò Piſcibus,

Et volucribus volare.
Sed & viris prudentiam
Quae foeminis non funditur.
Quid ergo dat? formoſitas
Pro parmulis eſt omnibus
Et omnibus pro lanceis.
Vt ferrum & ignis percutit
Quae pulchra vultu fulminat.

Vt mirum videri poſſit, quomodo Romanis, non illis viris fortibus, quorum opera eximia in rebus gerendis extitit: ſed hominibus quibuſdam effoeminatis, qui (ita vt fit) illiniri ſe paſſi illecebris iuuentutis, animum geſſere muliebrem: Cincinni in vſu fuerint, vt vel ex Oratore non ignoramus. Pace illius tanti viri Cincinnati dixerim, quem Romani ab aratro adduxerunt, vt Dictator eſſet: cui cognomen haereditarium fuit.

Nec quicquam facit locus Ezechiel.cap.8. in princ. Vbi Propheta, quomodo è Babylonia Dei ſimilitudo, quae ei viſa eſt, Hieroſolymam illum ipſum ſpiritu adduxerit, recenſet: vt Iudaeorum videlicet ſcelera nefanda videret, qui relicto veri Dei cultu Idola colebant. Vbi in Latinis editionibus, per Cincinnum captum Prophetam, & Hieroſolymam portatum ſcribitur. Nam non equidem per Cincinnum, in Hebraeis codicibus comprehenſum Prophetam, & portatum legitur: verùm per faſciam, ſeu vittam, qua eius crines nexi & ligati erant: ſiue ornatus cauſa geſtaretur, ſiue vt capillos vinciret, vnde vitta à Latinis dicitur. Sicut apparet ex Scriptura Hebraea, quae habet.

וישלח תבנית יד
Vaiſclach thabnith iad.
ויקחני בציצת ראשי׃
Vaïjccacheni betſitſith roſci.

Id eſt, quemadmodùm nos vertimus.

Et miſit ſimilitudo manus,
Et apprehendit me per faſciam capitis mei.
καὶ ἐξαπέστειλε τὸ ὁμοίωμα χειρὸς,
καὶ ἐπέλαβέ με διὰ ταινίας τῆς κεφαλῆς μου.

Hoc namque ſignificat nomen Hebraeum ציצת *iſitſith*: non autem Cincinnum, neque floccellum capillorum, neque intortos vel calamiſtratos crines: neque κορήθην, id eſt verticem, vt Graecè verſus eſt locus.

καὶ

καὶ ἂν ἔλαβέ με τῆς κορυφῆς μȣ̃. Id eſt.

Et vtique accepit me per verticem meum.

Et probatur Num.15.38. Quando Deus edixit, vt cunctus populus electus,in ſuo veſtitu,quo induebatur,ſingulare,coeleſte,inſigne,purpureae faſciae geſtaret.Tum vt eo ſigno ab aliis externis nationibus & gentibus populus Iſraëliticus diſtingueretur : tum vt omnes ſuas functiones,actiones curationéſque & munera ad Coelum dirigeret. Poſteáquam (vt inquit Apoſtolus.)

ἡμῶν γὰρ τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Noſtra ciuilitas in coelis eſt. Philip.3.20.

Noſtra videlicet reipublicae adminiſtratio. Vel ſi magis placet. Noſtra conuerſatio in coelis eſt. Quamobrem quae in coelis ſunt,quaerere debemus. Quo loci Num.ad Moyſem Deus verba faciens. Dices (inquit) filiis Iſrael.

ועשו להם ציצת

Venhaſu lahem tſitſith

על כנפי בגדיהם׃

Nhal chanſe bigdehem.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

Vt faciant ſibi faſciam
In oris veſtium ſuarum.

ἵνα ποιησάτωσαν ἑαυτοῖς τὴν ταινίαν
ἐν χείλεσι τῶν αὐτῶν ἱματίων.

Videlicet vnuſquiſque habeat faſciam in extremitate ſui pallij, vel amictus. Et infrà.

ונתנו על ציצת הכנף פתיל תכלת׃

Venathenu nhal tſitſith hacchanac, petil thecheleth. Id eſt.

Ponántque in faſcia orae filum hyacinthinum.

καὶ τιθείησαν ἐν ταινίᾳ τȣ̃ χείλεος νῆμα ὑακίνθινόν.

Videlicet in dicta faſcia ponenda,vel poſita in ora pallij,vel amictus, filum, id eſt,pannum:eſt namque ſynecdoche.pars pro toto : hyacinthinum,id eſt,purpureum:cuius coloris eſt coelum ſerenum. Et infrà.

והיה לכם לציצת׃

Vehaiah lachem letſitſith. Id eſt.

Vt ſit vobis faſcia.

ἵνα ἔϛαι ὑμῖν ἡ ταινία.

Videlicet vt ſit vobis faſcia, memoria coeli, per colorem: vt coeli memores, cuſtodiatis mandata, ſitiſque Sancti Deo veſtro, & digni, qui in coelo vita perfruamini aeterna.

Sic Exod. 28. 36. vbi de precioſis veſtimentis Aaron & filiorum agitur, quos ad ſacerdotia Deus elegit: praecepit Deus Moyſi dicens.

ועשית ציץ זהב טהור

Venhaſitha tſits zahab tahor.

ופתחת עליו פתוחי

Vpithactha nhalu pitthuche

חתם קדש ליהוה׃

Chotham codeſc laihouah

ושמת אתו על פתיל תכלת

Veſamttha otho nhal pethil thecheleth.

והיה על המצנפת

Vehaiah nhal hammitſnafeth

אל מול פני המצנפת יהיה׃

El mul pene hammitſnafeth iheieh.

והיה על מצח אהרן׃

Vehaiah nhal metſach Aharon.

Id eſt, ſecundùm noſtras conuerſiones.

Faciéſque Faſciam, vel vittam de auro puro.

Non laminam, quae להב *lahab*, Hebraeis dicitur. Sicut Iud. 3. 22. & Num. 3. 3.

להב חרב

Lahab chereb.

Lamina gladij.

Scalpéſque in ea ſcalpturis

Signum (hoc) *Sanctus Domino*

Ponéſque

Ponéſque eam (id eſt ligabis.) *cum filo hyacinthino*
Erítque in diademate,
Circum facies diademae erit
Erítque ſuper Frontem Aaron.
καὶ ποιήσεις ταινίαν ἐκ χρυσοῦ τοῦ καθαροῦ,
καὶ ἐκτυπώσεις ἐν τῇ αὐτῇ τοῖς ἐκτυπώμοις
(ταύτην) τὴν σφραγιδιν, ἅγιος τῷ Κυρίῳ,
καὶ ἐπιθήσεις αὐτὴν (δεσμώσεις videlicet) μετὰ τοῦ νήματος τοῦ ὑακινθίνου,
καὶ ἔσται ἐν τῷ διαδήματι
περὶ τοὺς προσωπὺς, τοῦ διαδήματος ἔσται,
καὶ ἔσται ἐπὶ τοῦ μετώπου τοῦ ἀάρων.

Vbi notandum, non ita ſanè perſpicuum eſſe, quod in dicta faſcia (vel lamina, vt habent omnes omnium editiones, nec non & Pagnini) ſcalptum eſſet, ſiue inciſum ſolùm nomen Dei tetragrammaton: ſicut hactenùs inter omnes ſcriptores & doctores conſtare videtur: cùm etiam in omnibus Bibliorum codicibus, in quibus effigies ſummi Sacerdotis picta eſt: in dicta vitta, in fronte figurae, inſcriptum ſit nomen יהוה *iehouah*, tantummodò.

Namque hoc textus non dicit: ſed Scalpes קדש ליהוה *Codeſc laihouah*. Et ſic opinor Moyſem incidiſſe קדש ליהוה *Codeſc laihouah*. Eiúſque ſignificationem ſcalpturae tres fuiſſe ſententias.

Alteram, vt per illud חתם *chotham*, ſignum, ipſe Aaron ſummus Sacerdos, & poſt eum, in eius locum ſuffecti temporibus illis: noſtríſque Antiſtites ceremoniarum & ſacrorum, atque autores & magiſtri religionis, quos Epiſcopos Pontificéſque appellamus, nominibus, altero à Romanis accepto, à Graiis altero: omnes admonerentur, quales eos eſſe deceret. Vt pote quantum prudentia, ſimplicitate, caſtimonia, ſcientia colendi Deum caeteris praeſtare deberent: quantúmque omnes vitae, morúmque integritate antecellere: cùm illud ampliſſimum ſacerdotium, illis detur, quo nec munus auguſtius, nec officium ſanctiùs reperiri poteſt.

Alteram, vt per illudmet ſignum, populus inſtrueretur, in quanto honore ſummi Sacerdotes habendi, quanta obſeruantia & aeſtimatione dignandi, quantáque reuerentia aduerſus eos adhibenda eſſet, qui aeterni Dei, qui omnia genuit, omnémque hunc mundum regit, ſummi Sacerdotes eſſent. Quantúmque populus abſtinere deberet, ne pulſatione, aut conuicio, aut aliqua turpitudine, vi vel fraude, cuiquam eorum iniuriam faceret, néve abſentem ludibrio laederet, quem illo חתם *chotham*, ſigno קדש ליהוה *Codeſc laihouah*, eſſe intelligeret. Id eſt.

Sanctum Domini, vel. *Sanctus Domino.*

Sic Legati Graecorum κηρύκεια, ſic populi Romani legati, ſagmina ferre ſolebant, ne quis eos violaret: vnde Sancti definitio, quid nominis. Quare illis ſignis ab iniuria hominum, vtrorumque legati defenſi, munitique erant: ſicut ſancti definitio quid rei, ſuggerit, l. ſanctum ff. de rer. diuiſ.

Tertiam, vt per ea nomina קדש ליהוה *Codeſc laihouah*, in faſcia aurea inciſa, & cum filo hyacinthino ligata, vt in fronte ferrentur: & populus & ſummus Sacerdos intelligerent, ſacerdotio fungentes diſtingui & ſeparari Deum velle à populo. Non ſecus ac populum electum à caeteris gentibus & nationibus diſtingui Deus voluit, per faſciam in oris veſtimentorum: de qua ſuprà dicebamus, ſuper loco Num. 15. 38.

Ipſóſque ſummos Sacerdotes, id ſibi negotij credere debere, ſolùm dari, vt in omni ſuo munere obeundo ἁγιος ſit, Deo maximè placere cuius nomen, quod eſt יהוה *iehouah*, in fronte gerunt, inciſum in auro, metallo, omnibus metallis, omníque materia ponderoſiore, ſimpliciore & potẽtiore, quamobrem Deo praecipuè congruit. Sicut latiùs egimus in Annotatione Amor l. 27. vbi de Amoris diuinitate ſcripſimus. Vt Deo placentes, facti dilecti, Sap. 4. 10. Sancti, vnà cum populo Sancto, in Coelo, per filum hyacinthinum, deſignato, vbi Dei ſedes eſt, Pſal. 11. 4. Matth. 5. 34. beati aeuo ſempiterno fruantur.

Non obſtat etiam locus Cantici parte quinta. Vbi enim in Cant. par. 5. Meſſias Sponſus praeueniens Sponſam, quamlibet animam fidelem, vt velit bonum: ſtans ad oſtium & pulſans occultè inſpirat ignem Spiritus Sancti, vt conſenſum praeſtet. Vel maiores Eccleſiae praeueniens, quorum partes cùm ſint, omni cogitatione & cura iugiter in Eccleſiam incumbere: nimia ſocordia atque deſidia, ceſſatione bonorum operũ torpent: rogat aperiri ſibi. Ibi in Latinis editionibus.

Aperi mihi ſoror mea, amica mea.
Columba mea, immaculata mea.
Quia caput meum plenum eſt rore,
Et Cincinni mei guttis noctium.

Non eodem nomine צמרה *tſamath*, Salomon vſus eſt, quod Cincinnum ſignificat proprium foeminei ſexus, ab illa obſtrictione, quae fit in connectendo capillos dum intorquentur: ſed nomine קוצות *cevutſoth*, vſus eſt, quod capillum ſignificat aliqua cura compoſitum, ſed non intortum: qualem Comam viris cum foeminis communem, Latini vocant, à Graeco vocabulo κομὴ ἀπὸ τοῦ κομίω, quod eſt orno. Et à verbo הקיצה *hacitſah*, deriuatur, quod calorem & aeſtum ſignificat: & inde excandeſcere & iraſci. Dicente Philoſopho problem. ſect. 27.

Διὰ

Διὰ τί ἐν μὲν τοῖς θυμοῖς εἰς τὸ ἐντὸς ἀθροιζομένου τοῦ θερμοῦ, διάθερμοι καὶ θαρραλέοι; ἐν δὲ τοῖς φόβοις ἀνὰ πάλιν. ἢ οὐκ εἰς τὸν αὐτὸν τόπον, ἀλλὰ τοῖς μὲν ὀργιζομένοις περὶ τὴν καρδίαν.

Id eſt, quemadmodum nos vertimus.

> *Cur in excandeſcentiis,intus ſe aggregante calore, valdè calidi* (fiunt homines) *& audaces? in timoribus autem contra. An non in eundem locum.* (calor ſe colligit) *Sed iraſcentibus circum cor.* (congregatur calor.)

In qua ſignificatione Pſal.44.Pſalmographus vſus eſt. Cùm de miſerrimis & crudeliſſimis ſuppliciis agens Propheta,quae Sancti pro Deo, pro fide,pro lege,& Euangelio, ac denique pro ſummi eorum erga Sponſum Meſſiam amoris teſtificatione patiuntur: poſt multa, Sanctos à Deo petentes inducit, vt contra hoſtes ſui nominis, qui ſanguinem Sanctorum ſuorum effundere non ceſſant, exardeſcat: vlciſcendo ſuas iniurias,in eorum perſonas per ſcelus illatas. Ibi ver.25.

> עורה למה תישן אדני
>
> *Nhurah lammah thiſcian adonai*
>
> הקיצה אל תזנח לנצח׃
>
> *Hacitſah, al thiznach lanetſach.*

Id eſt,quemadmodum nos vertimus.

> *Expergiſcere,quare tu dormis Domine?*
> *Aeſtua, nequaquam differas ad triumphum.*
> ἐξεγέρθητι, διὰ τί οὐδεὶς κύριε;
> καῦσε, μὴ ὑπερβάλλου εἰς θρίαμβον.

Facit autem Propheta cum Deo, loqui Martyres (hoc enim Graeco vocabulo Apoſtolos,caeteróſque Sanctos,qui pro Chriſto vitam cum ſanguine profuderunt,Eccleſia appellat: teſtes deitatis vitae miraculorum Sacramentorum Euangelij paſſioniſque & mortis & reſurrectionis eius) ſicut cum homine Rege. Velut apud Homerum, cùm Iouis nuncius ſomnij Deus, ad Agamemnonem miſſus, ſic eum affatur. Iliad. β.

> εὕδεις ἀτρέος υἱὲ δαΐφρονος ἱπποδάμοιο;
> οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα,
> ᾧ λαοί τ' ἐπιτετράφαται, καὶ τόσσα μέμηλε.

 Id eſt,

Id eſt,quemadmodum nos vertimus.

Atrei dormis fili domitoris equorum.
Dormitare virum totam noctem haud decet illum,
Cui populi commiſſi ſunt,ſunt tantáque curae.

Sic Martyres. Cur dormis procreator mundi Deus, ſummúſque rector,cuius numini parent omnia? Cur in noſtris calamitatibus tuum diuinum auxilium non nobis oſtendis? Cur tantas noſtras, immò veriùs tuas iniurias,tandiu impunitas atque inultas pateris? Dum nullus modus eſt hominis occidendi cruciandíque, quo impij tyranni, immanes & ferae gentes,non nos crucient & occidant? Iam age,rumpe moras, quaeſumus excandeſce, incendere ira, & vindica ſanguinem noſtrum.Néve tardes,vel proroges,vltionem,ſicut qui potitus victoria,Reges hoſtes in bello captos non trucidat:ſed aſſeruat,vt captiuos in triumphum ducat,tum poſteà necaturus. Ab eo igitur verbo הקיצה *hacitſab*,à quo & קיץ *caits*,aeſtas,anni pars calidior, Hebraeis dicitur,nomen fit קוצות *cevutſoth*, quo comam lingua Sancta nuncupat : quoniam caput calefacit,frigorúmque vim pellit.

Quare eo loco quintae part.Cant.ſupr.citato,vbi textus Hebraeus habet.

פתחי לי אחתי רעיתי |
Pitchi li achothi ranhiathi.
יונתי תמתי
Ionathi thammathi.
שראשי נמלא טל
Scerofci nimla tal,
קוצותי רסיסי לילה׃
Cenutſothai reſiſe lailah.

Vbi 1.verſ.pro Amica mea, vertimus Paſtrix mea : & 2.verſ. pro immaculata mea, Perfecta mea : de quo in Annotatione Paſtrix. loc.9. quarto ver.pro Cincinnis meis, Comam reddidimus ad hũc modum.

Aperi mihi ſoror mea, Paſtrix mea,
Columba mea, Perfecta mea.
Quoniam caput meum plenum eſt rore,
Coma mea guttis noctium.

ἄνοιξόν μοι ὦ ἀδελφή μου, ποίμην μου,

ὦ περι

ὦ περιστερά μου, παντέλης μου.
ὅτι ἡ κεφαλὴ μου ἐπλήσθη δρόσου,
ἡ κόμη μου ψεκάδων νυκτός.

Et haec quidem conuerſio, quod nomen קוצות *ceuutſoth*, non Cincinnos, ſed comam ſignificet, Latinis etiam eiuſdem Cantici exemplaribus fulcitur, In quibus eadem quinta parte poſt medium, à choro puellarum rogata Sponſa, vt qualis eius eſſet Amor indicaret: illáque morem gerens, illius effigiem ſuis coloribus pingeret: à capitis linea mentis orſa canebat.

ראשו כתם פז
Roſcio chetham paz,
קוצותיו תלתלים:
Ceuutſothau thalthallim.

Id eſt, quemadmodum in Latinis editionibus.

Caput eius aurum optimum.
Comae eius ſicut elatae palmarum.

Cùm tamen idem ſit nomen קוצות *ceuutſoth*, de quo ſuprà in Sponſi verſibus. De quo quoniam ſuprà egimus in Annotatione Amor. l. 27. vlteriùs dicere non progrediar. Ineſt autem illis verſibus.

Aperi mihi ſoror mea, Paſtrix mea,
Columba mea, Perfecta mea.
Quoniam caput meum plenum eſt rore,
Coma mea guttis noctium.

Elegans & luculenta deſcriptio magnitudinis Sponſi amorum: cùm adeò ſtudioſè & cupidè amare deſcribitur, vt illi ipſi accidat, quod ſaepiùs amantibus euenire Philoſophi dicunt: vt à ſomno excitentur. Hoc eſt enim, quod intempeſta nocte, ad aedes Sponſae, ſuos Amores, Sponſus ſe conferens, iam nunc ſedulus in limine perſtat, atque ſimul tranſit domum, & mox deinde reuenit: rogátque Sponſam, vt ianuam reſeret, vt non diutiùs ſub dio, gelido rore, qui Coelo noctibus fluit, madidus moretur: ad hunc modum.

O Eccleſia Soror mea, per naturam humanam, quam aſſumpſi, volens frater tuus eſſe: & per naturam diuinam, cuius homo factus, feci te eſſe participem.

Paſtrix mea, per curam animarum, ad quam te elegi: cum te conſtitui regere, gubernare & moderari, quod eſt paſcere, populos meos fideles.

 Columba

Columba mea, per inſignem pudicitiam tuam, amorémque coniugalem: & per dona Spiritus ſancti, quibus praeter caetera dona, & gratias, te decoratam volui.

Immaculata mea, per eſſe tuum ſine labe: quia ſic te dilexi, vt exhiberem te mihi, non habentem maculam neque rugam, aut aliquid eiuſmodi.

Vel potius Perfecta mea (vt nos vertimus תמתי *thammathi*) per obſeruantiam legis Euangelicae, quae perfecta, perfectum reddit.

O inquam ſoror mea, Paſtrix mea, Columba mea, & Perfecta mea, aperi mihi fores, excute poſte ſeram, extrahe peſſulum oſtio, conuelle repagula, quibus valuae cordium clauſae ſunt. Perfringe peccati obicem, qui ſic animas occupat, vt aditum gratiae prohibeat. Inſere in pectora religionem, quam ego euangelizaui, Apoſtoli tradiderunt, Concilia ſanxerunt, Sanctíque cuſtodierunt & obſeruarunt. Sine me venire ad te redeundo ad tuum munus, penſúmque: quod eſt cura de ſalute credentium.

Excuba, vigila, fungere officio, ſuſtine onera conſulendo ſaluti fidelium. Elabora omni amore, contendéque quàm maxime poſſis: vt quantum viribus tuis eniti, conſilio prouidere, & autoritate monere poteris, omnibus proſis, nemini deſis.

Hoc te ſemper ſolicitet, vt mei nominis dies feſti, caeteríque Sanctorum anniuerſarij, debito honore celebrentur. Vt ſicut par eſt, purè & caſtè ad me adeatur: decenter & congruenter Sacerdotes ſacra curent: atque cum omni attentione & reuerentia ſacramenta miniſtrent, plorentque delicta populi.

Diligenter prouideas, vt non ſolùm ſacerdotio praediti, ſeptenis horis preces fundant ad Deum: ſed vt & populi etiam atque etiam verbis & exemplo hortentur, vt cernui orent, cum ieiunio & eleemoſyna ad extinguendum peccata.

Lectiones ſacrorum librorum, & interpretationes ſcripturarum Sanctarum, praedicationéſque verbi Dei: quibus quid credere, quídve reſpuere, quid agere, quídve cauere plebs debeat & populus, fac vt omnibus temporibus non deficiant.

Tu verò, cuius partes ſunt, inſpicere, ſpeculari, explorare, obſeruare, cuſtodire & viſitare, quod vno verbo ἐπίσκοπεῖν, Graeci dicunt: nam propterea tanquam in ſpecula locatus es: praebe te ipſum in omnibus actionibus, impigrum, moderatum patientem, placabilem, miſericordem & gratum, atque dignum tuis maioribus Apoſtolis meis, quibus ſucceſſiſti. Ad quorum imitationem, vt bene ſit tibi & gregi, dies noctéſque paratiſſimus animo eris, pro nomine meo, tela ac pericula, & quamuis carnificinam ſubire.

Haec namque ſunt, ob quae, tum deſerta & derelicta, tum neglecta & inculta, & ferae & ſomnolentiae & tenebrae: ignorantia videlicet

licet & pigritia & haeretici, demonéſque vaferrimi, nempe horrores terroréſque, algidi noctis humores: populos fideles, caput meum perfuderunt: regnáque & imperia, prouincias & regiones, nationéſque & ciuitates, comam meam conſperſerunt. Quamobrem in multiplices variáſque ſectas, immo verius inſanias abeuntes, à tua obedientia deſciuerunt.

Hactenus Sponſus Meſſias. Ex cuius dictis colligitur, ob Praelatorum Eccleſiae negligentiam, ceſſationémque à propriis muneribus, quàe illis, à Deo aſſignata ſunt, commiſſos greges in omne ſcelus flagitiúmque irruere. Sicut è contrario, ſi ſua peculiaria onera & munia obeant Praelati, quorum miniſtros ſe praebuerũt, cum ouium tutela eorum fidei commendata eſt: omnia proſperè cedere, augeríque & creſcere greges Chriſti.

Quemadmodum quadriennium eſt, cum gratia eiuſdem Sponſi, apud Orientales Indos, ob egregiam ſanè operam nauatam à Patribus Heremitanis, Ordinis S. Auguſtini, Prouinciae Luſitaniae, F. Leonardo de Gracia, & F. Sebaſtiano de S. Monicha aliíſque religioſis regularibus eiuſdem Ordinis, vita, moribus, & eruditione inſignibus: cum in caeteris piis officiis, tum praedicando Euangelium, docendóque doctrinam Chriſtianam, homines grandes natu ad numerum M. DC. LXXVI. fidem Sponſi receperunt, atque à dd. Patribus baptizati ſunt. Inter quos fuere duo Reges, & alterius Regis, primus gnatus, natus ad regnum.

Quorum alter Rex Pombae & Pate, cum ex dd. Patribus audiſſet ſingulares eximiáſque virtutes Philippi III. Regis Hiſpaniarum: ac tum praecipuè eius obſeruantiam, erga Sanctam ſedem Apoſtolicam, qua & pater eiuſdem nominis II. Rex Hiſpaniarum, more auito ſemper enituit: incenſus ſtudio, eum imitandi, eius nomine, ad ſacrum fontem nominari voluit. Cuius enimuerò conuerſio, eò eſt admirabilior, quando poſt baptiſmum, deſciſcentibus, ob fidei mutationem, ab eo, populis, qui eius imperio ſemper obedientes fuerant: ipſe perſtans in fide, bina regna, ſed mundi tamen, eáque temporalia, amittere elegit, vt vnum, at coeleſte regnum, atque illud aeternum nanciſceretur. Tametſi piè credimus, gratia Dei, Domini noſtri, & ipſum Regem, regna recuperaturum: & populos fidem Chriſtianam ſuſcepturos.

Alter verò Mahometanus Rex Badaron, in Inſula Goa ad fidem conuerſus, cum decem ex primariis ſuae familiae baptizatus: Alexius nominari voluit, nomine Archiepiſcopi Inſulae Goae, totiúſque Indiae Primatis, F. Alexij de Menoſes, eiuſdem Ordinis, S. Auguſtini: ob eius, in Archiepiſcopum amorem.

Et tertius filius Regis Ormus, qui poſt baptiſmum, amore Sponſi Meſſiae inflammatus, in religione eiuſdem met Ordinis, Fratrum Heremitarum

remitarum recipi voluit,& amiciri habitu. Quamobrem poſt, cum maxima humilitate & deuotione, regularem eam religionem profeſſus eſt. Vnde ſpes in eo etiam regno fidei propagandae. Poſtquam, poſt obitum patris Regis Xeſque Aioëte,iure haereditario(quod omnibus gentibus commune eſt) regnum ad eum ſpectat. Populúſque & multitudo Principes imitantur: vt ſuprà dicebamus in Annotat. Paſtrix. Praemiſſo III.

Ac tum praeterea tres Principes viri, vnus agnatus Regis Pate, duóque agnati Regis Ambaſſae, atque tres Principes foeminae de proſapia Regis Melindae, & alij quam plures Indorum Principes, vtriuſque ſexus,credentes baptizati ſunt, à dd. Patribus.

Quemadmodum cum primae iſtae octo Annotationes,quas nunc primùm edimus,ſub prelo eſſent, accepimus ex literis Indiae datis: quas Indorum Praelati, Regíſque Catholici Vicarij, Philippo III. Regi Hiſpaniarum ſcripſerunt. Quarum ſumma,cum Praefatione ad Illuſtriſſimum Cardinalem Saulium, illius Ordinis Regularium Heremitarum, S. Auguſtini, Protectorem, Romae primùm hoc anno M. D C. VI. Italica lingua impreſſa, & tum Gallica hic Lugduni: cum ad noſtras manus perueniſſet, facturus operae pretium exiſtimaui, ſi ad gloriam ſanctiſſimi Dei Sponſi, & ad honorem S. Auguſtini Eccleſiae Doctoris, totiúſque Eccleſiae laudem, tantae acceſſionis fidelium, memoriam hic annecterem.

FINIS.

INDEX

INDEX VERSVVM PSALMORVM, qui in his primis octo Annotationibus, Graecè & Latinè de Hebraeo conuerſi exponuntur. In quo numeri tres anteriores, primus & ſecundus, numerum Pſalmorum notant Hebraici, Graecíque & Latini Pſalterij: ſecundum ea, quae ad Lectorem dicta ſunt in Appendice. Tertius verò, verſus deſignat, prout in Latinis vulgatis editionibus partiti ſunt. Notae autem poſteriores, nomina Annotationum ſunt: & illis adiecti numeri, folia, prout in Annotationibus habentur.

1 1 4 Sed tanquam puluis, quem proijcit ventus à facie terrae. V. fol.223. & ſeq.

2 2 9 Reges eos, in virga ferrea P.p.2.fol.238

2 2 12 Apprehendite diſciplinam, ne quando iraſcatur Dominus. Et pereatis de via iuſta. Oo.fol.39

4 4 3 Filij hominum, vſque quo graui corde. Vt quid diligitis vanitatem, & quaeritis mendacium. P.p.3. fol.244. & 245

4 4 5 Iraſcimini & nolite peccare, quae dicitis in cordib. veſtris. Et in cubilibus veſtris compungimini. Oo.p.1.fol.21

5 5 12 Qui diligunt nomen tuum. P.p.3. fol.245

7 7 16 Lacum aperuit & effodit eum. Et incidit in foueam, quam fecit. A.p.1. fol.49. & 50

12 11 3 Vana locuti ſunt, vnuſquiſque ad proximum ſuum. P.p.1. fol.233

14 13 7 Quis dabit ex Sion ſalutare Iſrael. A.l.m.6. fol.191

15 14 3 Nec fecit proximo ſuo malum. P.p.1. fol.232 Et opprobrium non accepit aduerſus proximos ſuos.

15 14 5 Qui iurat proximo ſuo, & non decipit. Ibid. fol.232

16 15 3 Sanctis, qui ſunt in terra eius.

16 15 3 Mirificauit omnes voluntates meas, in eis. A.l.12.fol.116

16 15 4 Multiplicatae ſunt infirmitates eorum. Poſtea accelerauerunt. A.l.13.fol.166

16 15 10 Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem. A.l.27. num.7. fol.160.

18 17 2 Diligam te Domine. A.p.3.fol.61. & 65.

18 17 8 Fundamenta montium conturbata ſunt.

Et commota ſunt, quoniam iratus eſt eis. Oo.p.1.fol.21
18 17 37 Quoniam quis Deus, praeter Dominum.
Aut quis Deus, praeter Deum noſtrum.V.fol.221
19 18 2 Coeli enarrant gloriam Dei. Oo.p.2.fol.26
19 18 8 Lex Domini immaculata conuertens animas. P.p.2.f.237
20 19 4 Memor ſit omnis ſacrificij tui.
Et holocauſtum tuum pingue fiat. A.l.14.fol.120
22 21 10 Quoniam tu es,qui extraxiſti me de ventre.
Spes mea, ab huberibus matris meae. A.l.2. fol.86. & 87
22 21 19 Foderunt manus meas,& pedes meos.A.l.26.fol.145
30 29 13 Vt cantet tibi gloria mea,& non compungar.Oo.p.1.f.23
31 31 5 Et tu remiſiſti impietatem peccati mei.A.p.5.fol.77
33 32 10 Dominus diſſipat conſilia gentium.
Reprobat autem cogitationes populorum. P.p.4.f.253
33 32 11 Conſilium autem Domini in aeternum manet.
Cogitationes cordis eius, in generatione & generatio-
nem. P.p.4.fol.253
34 33 9 Guſtate & videte, quoniã ſuauis eſt Dominus. A.l.1.f.80
35 34 7 Quoniam gratis abſconderunt mihi interitum,laquei ſui.
Superuacuè exprobrauerunt animam meam. A.p.3. fol.
62. & 63
35 34 14 Quaſi proximum,quaſi fratrem noſtrum ſic complacebã.
Quaſi lugens & contriſtatus,ſic humiliabar.P.l.1.f.263
35 34 16 Diſſipati ſunt, nec compuncti. Oo.p.1.fol.23
36 35 7 Homines & iumenta ſaluabis Dominus. A.l.27.n.1.f.149
37 36 17 Quoniam brachia peccatorum conterentur. Ph.fol.355.
& ſeq.
37 36 24 Cum ceciderit non collidetur.
Quia Dominus ſupponit manum ſuam. Ph.fol.355
38 37 11 Cor meum conturbatum eſt. Ph.fol.352
38 37 12 Amici & proximi mei aduerſum P.p.3.fol.246
38 37 18 Quoniam ego in flagella paratus ſum.
Et dolor meus in conſpectu meo ſemper.A.l.26.fol.145
39 38 3 Obmutui & humiliatus ſum,& ſilui à bonis.C.f.374
40 39 13 Et non potui,vt viderem.C.fol.386
40 39 13 Multiplicatae ſunt ſuper capillos capitis mei.C.f.386
40 39 13 Et cor meum dereliquit me. P.p.3.fol.250
44 43 23 Exurge quare obdormis Domine.
Exurge & ne repellas in finem. C.fol.395
45 44 1 In finem, pro iis, qui commutabuntur. R.f.297.& 301
45 44 3 Speciosus forma prae filiis hominum.A.l.5.fol.93
45 44 3 Diffuſa eſt gratia in labiis tuis. A.p.3.fol.62
45 44 10 Aſtitit regina à dextris tuis,in veſtitu deaurato.P.l.2.f.270

45 44 15

45 44 15 Adducentur regi virgines poſt eam.
Proximaè eius afferentur tibi.P.p.1.fol.234.& 235
45 44 16 Afferentur in laetitia & exultatione.
Adducentur in templum regis. Ibid.234.& 235
46 45 4 Sonuerunt & turbatae ſunt aquae eorum. A.l.17.fol.129
Conturbatae ſunt mentes in fortitudine eius. Ibid.f.129
49 48 8 Frater non redimit, redimet homo.
Non dabit Deo placationem ſuam. P.l.1.fol.263
51 50 2 Miſerere mei Deus.
Secundum magnam miſericordiam tuam. A.p.3.fol.61.
& 64
51 50 6 Tibi ſoli peccaui. V.fol.224.& ſeq.
51 50 8 Incerta & occulta ſapientiae tuae manifeſtaſti mihi. R.
fol.331
51 50 10 Auditui meo dabis gaudium & laetitiam.
Et exultabunt oſſa humiliata. R.fol.329. & 330
51 50 14 Redde mihi laetitiam ſalutaris tui. R.fol.330
51 50 14 Et ſpiritu principali confirma me. Ph.fol.356
53 52 7 Quis dabit ex Sion ſalutare Iſrael. A.l.m.6.fol.190
55 54 7 Quis dabit mihi pennas, ſicut Columbae. A.l.m.6.f.190
59 58 7 Conuertentur ad veſperam.
59 58 15 Et famem patientur vt canes. V.fol.212
59 58 15 Et circuibunt ciuitatem. A.l.11.fol.109.& V.fol.212
60 59 1 In finem, pro iis, qui commmutabuntur. R. fol. 297. &
302. & 303
60 59 7 Vt liberentur dilecti tui.
Saluum fac dextera tua, & exaudi me. A.p.2.fol.58
62 61 10 Verumtamen vani filij hominum.
Mendaces filij hominum in ſtateris, vt decipiant.
Ipſi de vanitate, in idipſum. V.fol.221
66 65 12 Et adduxiſti nos in refrigerium. A.l.m.1.fol.91
66 65 13 Introibo in domum tuam. Ibid.fol.92
67 66 4 Confiteantur tibi populi Deus.
Confiteantur tibi populi omnes. Oo. fol.34. & 35. & C.
380. & 381
67 66 7 Terra dedit fructum ſuum. O.fol.8
68 67 14 Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipſo. V.fol.213
69 68 1 In finem pro iis qui commutabuntur. R f.297.& 303
69 68 21 Et ſuſtinui, qui ſimul contriſtaretur, & non fuit.
Et qui conſolaretur. & non inueni. Oo.p.1.fol.20
70 69 2 Deus in adiutorium meum intende. Oo.p.1.fol.20
72 71 16 Erit firmamentū in terra, in ſummis montis. R.c.4. f.323
78 77 9 Filij Ephrem intendentes & mittentes arcu.

Conuerſi ſunt in die belli. A.p.4.fol.69
78 77 15 Interrupit petram in eremo.
Et adaquauit eos, velut in abyſſo multa. O. fol.22. & A.p.4. fol.70
78 77 21 Ideo audiuit Dominus & distulit.
Et ignis accenſus eſt in Iacob. A.p.4.fol.70
78 77 23 Et ianuas coeli aperuit. R.c.3.fol.319
79 78 13 Nos autem populus tuus.
Et oues paſcuae tuae. P.p.2.fol.246
80 79 1 In finem pro iis, qui commutabuntur. R.f.297.& 305
80 79 2 Qui regis Iſrael intende. A.l.10.fol.102
83 82 2 Deus, quis ſimilis erit tibi.
Ne taceas, neque compeſcaris Deus. C.fol.374
84 83 7 In valle lachrymarum. V.fol.209
85 84 13 Terra noſtra dabit fructum ſuum. O.fol.8
88 87 4 Et vita mea inferno appropinquabit. Oo.p.2. fo.25
88 87 6 Inter mortuos liber. A.l.26.fol.146.& l.39.fol.203
88 87 16 Pauper ſum ego, & in laboribus à iuuentute mea.
Exaltatus autem, humiliatus ſum, & conturbatus. V.f.210
88 87 19 Elongaſti à me amicum & proximum.
Et notos meos à miſeria. P.p.3. fol.249
90 89 6 Mane florens tranſeat.
Veſpere decidat, induret, & areſcat. R.fol.299
91 90 2 Dicet Domino ſuſceptor meus es tu, & refugium meum.
Deus meus ſperabo in eum. A.p.1.fol.49
91 90 5 Scuto circundabit te veritas eius. Ibid.fol.49
91 90 7 Ad te autem non appropinquabit. P.p.3.fol.247
91 90 14 Quoniam in me ſperauit, liberabo eum. A.p.1.fol.53
94 93 6 Viduam & aduenam interfecerunt.
Et pupillos occiderunt. C.fol.379
95 94 4 Hodie ſi vocem eius audieritis. R.c.2.fol.315
95 94 8 Et nos populus paſtus eius.
Et oues paſcuae eius. P.p.2.fol.236
101 100 4 Detrahentem ſecreto proximo ſuo. P.p.1.fol.234
102 101 27 Ipſi peribunt, tu autem permanes. O.fol.6
103 102 8 Miſerator & miſericors Dominus.
Longanimis & multum miſericors. A.p.3.fol.63
103 102 13 Quomodo miſeretur pater filiorum A.p.3.fol.53
103 102 13 Miſertus eſt Dominus timentibus ſe. Ph.fol.367. & 368
104 103 11 Potabunt omnes beſtiae agri.
Expectabunt onagri in ſiti ſua. O.fol.14
104 103 15 Et vinum laetificet cor hominis. Ph.fol.351
104 103 15 Et panis cor hominis confirmet. Ph.fol.353

105 104 11 Nolite tangere Chriſtos meos. P.p.3.fol.246
107 106 18 Omnem eſcam abominata eſt anima eorum.
Et appropinquauerunt vſque ad portas mortis.Ph.f 351
108 107 7 Vt liberentur dilecti tui.
Saluum fac dextera tua. A.p.2. fol.58
110 109 1 Dixit Dominus Domino meo. A.l.27. num.8.fol.163
110 109 7 De torrente in via bibit.
Propterea exaltauit caput. O.fol.8
112 111 3 Gloria & diuitiae in domo eius. Oo..p.1.fol.21
115 113 3 Deus autem noſter in coelo. Oo.p.2.fol.28
115 113 16 Coelum coeli Domino. Oo p.2. eod.
Terram autem dedit filiis hominum. Ibid.
116 114 1 Dilexi quoniã exaudiet Dominus vocem oris meae.
A.l.p. 3. fol.61
116 115 15 Precioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum eius.
A.35. fol.181
119 118 5 Vtinam dirigantur viae meae. O.fol.3
119 118 63 Particeps ego omnium timentium te.
Et cuſtodientium mandata tua. P.p.2.fol.239
119 118 162 Laetabor ego ſuper eloquia tua.
Sicut qui inuenit ſpolia multa. R.fol.329
127 126 3 Cum dederit dilectis ſuis ſomnum. A.p.2.fol.57
132 131 1 Memento Domine Dauid.
Et omnis manſuetudinis eius. A.l.2.fol.85
132 131 11 De fructu ventris tui.
Ponam ſuper ſedem tuam. A.p.5. fol.75
132 131 15 Viduam eius benedicens benedicam. A.l.17.fol.130
139 138 2 Domine probaſti me & cognouiſti me.
Tu cognouiſti ſeſſionem meã. & reſurrectionẽ meam.
Intellexiſti cogitationes meas de longè. P.p.4. fol.252.
& 253
139 138 12 Quia tenebrae non obſcurabuntur à te.
Et nox ſicut dies illuminabitur.
Sicut tenebrae eius,ita & lumen eius. P.p.3.fol.249
139 138 17 Mihi autem nimis honorificati ſunt amici tui Deus.
P.p.4. fol. 254.
143 142 4 In me turbatum eſt cor meum. Ph.fol.153
145 144 8 Miſerator & miſericors Dominus.
Patiens & multae miſericordiae. A.p.3. fol.63
145 144 18 Propè eſt Dominus omnibus inuocantibus eum.
Omnibus inuocantibus eum in veritate. A.l.18. f.135
149 149 4 Et exaltauit manſuetos in ſalutem. Oo.p.1.fol.24

INDEX ALIORVM LOCORVM SACRAE Scripturae, quos in his primis octo Annotationibus, praeter locos Pſalmorum autor inducit: & ex parte commentatur, & de Hebraeis Graecíſque vertit, ſecus quàm anteà, vel Graecè vel Latinè conuerſi reperiuntur.

GENESIS.

1 1 IN principio creauit Deus. Praefat. ad fin. & O. fol. 15. & R. c. 2. fol. 314
2 7 Et inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitae. A. l. 11. fol. 107
4 2 Fuit autem Abel paſtor ouium. P. p. 1. fol. 232
4 7 Sin autem malè, ſtatim in foribus, peccatum tuum aderit: ſed ſub te erit appetitus eius. A. l. 35. fol. 182
8 1 Recordatus autem Deus Noë. A. l. 2. fol. 84
17 4 Eríſque pater multarum gentium. P. l. 1. fol. 262
17 5 Neque vltrà vocabitur nomen tuum Abram, ſed Abraham erit nomen tuum: quia patrem multarum gentium conſtitui te. P. l. 1. fol. 262
19 6 Egreſſus ad eos Lot, poſt tergum occludens oſtium. A. p. 1. f. 48
26 26 Et Ochozat amicus illius, atque Phicol dux militũ. P. p. 4. f. 255
27 26 Da mihi oſculum fili mi? O o. fol. 29
29 9 Et ecce Rachel veniebat cum ouibus patris ſui: nam gregem ipſa paſcebat. P. p. r. fol. 230
29 11 Et adaquato grege, oſculatus eſt eam. A. p. 4. fol. 71
37 16 Indica mihi, vbi paſcant greges. P. p. 1. fol. 131
38 9 Introiens ad vxorem fratris ſui. A. l. 22. fol. 138
38 12 Ipſe & Hiras opilio gregis. P. p. 4. fol. 257
38 20 Per paſtorem ſuum. P. p. 4. fol. 258
39 12 Qui reiecto in manu eius pallio, fugit. A. l. 11. fol. 108
41 40 Tu eris ſuper domum meam: & ad tui oris imperium, cunctus populus obediet. A. p. 4. fol. 71
47 6 Quod ſi noſti inter eos, eſſe viros induſtrios. P. p. 4. fol. 256

EXODI.

3 1 Moyſes autem paſcebat oues Iethro ſoceri ſui. P. p. 1. fol. 232
3 14 Ego ſum, qui ſum. A. l. 27. n. 8. fol. 164

6 20 Accepit autem Amram vxorem Iochabel, patruelem ſuam. A. p.4.fol.73
15 19 Ingreſſus eſt enim eques Pharao cum curribus, & equitibus eius in mare. P.l.1.fol.264.& R.c.2.fol.313.& 314
28 36 Facies & laminam de auro puriſſimo,in qua ſculpes opere caelaroris, Sanctum Domino. Ligabíſque eam vitta hyacinthina,& erit ſuper tiaram. C.fol.392
31 4 Fabrefieri poteſt ex auro,& argento & aëre.R.c.2.fol,313
32 32 Aut dimitte eis hanc noxam, aut ſi non facis dele me de libro tuo,quem ſcripſiſti. O o. p.2.fol.27.
38 11 Capita columnarum,& tota operis caelatura argentea. A.l.35. fol.183

LEVITICI.

18 14 Turpitudinem patrui tui non reuelabis: nec accedes ad vxorem eius,quae tibi affinitate coniungitur. A.p.4.fol.73

NVMERI.

15 38 Faciant ſibi fimbrias, per angulos palliorum. Ponentes in eis vittas yacinthinas.Quas cùm viderint recordentur.C.f.391
35 15 Vt confugiat ad eas,qui nolens ſanguinem fuderit.A.l.11.f.107
38 10 Capita columnarum,& tota operis caelatura argentea. A.l.35. fol.183

IVDICVM.

10 1 Poſt Abimelech ſurrexit dux in Iſraël, Tola filius Phua patrui Abimelech.A.p.4.fol.72

I. REGVM.

21 7 Potentiſſimus paſtorum Saul.P.p.4.fol.256
28 13 Quid vidiſti? A.l.22. fol.241

II. REGVM.

6 19 Colliridam panis vnam,& aſſaturam bubulae carnis vnam,& ſimilam frixam oleo. Ph.fol.346

III. REGVM.

10 18 Thronum de ebore grandem, & veſtiuit eum auro fuluo nimis. R.c.1.fol.306

I. PARALIPOMENON.

12 2 Tendentes arcum,& vtraque manu. A.p.4.fol.71
16 3 Tortam panis,& partem aſſae carnis bubulae, & frixam oleo ſimilam.Ph.fol.346.

IOB.

2 11 Igitur audientes tres amici Iob, omne malum, quod accidiſſet ei. P.p.2.fol.238. ad 240
14 1 Qui quaſi flos egreditur & conteritur. R.fol. 298.& 299

PROVERBIORVM.

4 26 Dirige ſemitam pedibus tuis, & omnes viae tuae ſtabilientur. O.fol.2
7 18 Veni inebriemur huberibus, & fruamur cupitis amplexibus —donec illuceſcat dies. A.l.15.fol.122.& ſeq.

ECCLESIASTES.

1 1 Verba Eccleſiaſtae filij Dauid,regis Hieruſalem.R.c.2. fol.314

ISAIAE.

5 1 Cantabo dilecto meo, canticum patruelis mei, vineae ſuae. A. p.2.fol.59
10 1 Vae qui condunt leges iniquas, & ſcribentes iniuſtitias ſcripſerunt, vt opprimerent in iudicio pauperes, & vim facerent cauſae humilium populi mei, vt eſſent viduae praeda eorum,& pupillos diriperent. V.fol.212.& ſeq.
13 12 Pretioſior erit vir auro,& homo mundo obryzo. P.l.2. fol.220
27 5 Faciet pacem mihi,pacem faciet mihi.V.fol 208.
30 27 Ecce nomen Domini venit de longinquo. P.p.3.fol.245
38 17 Tu autem eruiſti animam meam, vt non periret. A.l.35. f.183
47 2 Denuda turpitudinem tuam. C.fol.385
53 4 Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. A.p.5.fol.77

Surge,

60 1 Surge, illuminare Hieruſalem. A.l.m.7.fol.199
60 16 Et ſuges lac gentium, & mammilla regum lactaberis. A.l.m.7. fol.eod.
63 2 Quare ergo rubrum eſt indumentum tuum, & veſtimenta tua ſicut calcantium in torculari. A.l.26.fol.145
63 3 Torcular calcaui ſolus. A.l.14. fol.120
63 5 Circunſpexi & non erat auxiliator: quaeſiui & non fuit, qui adiuuaret: & ſaluauit mihi brachium meum: & indignatio mea ipſa auxiliata eſt mihi. O o. p.1. fol.21. & Ph.f.357
66 11 Vt ſugatis & repleamini ab vberibus conſolationis eius. A.l m.7.fol.206

IEREMIAE.

11 5 Quid eſt, quod dilectus meus, in domo mea fecit ſcelera multa? nunquid carnes ſanctae auferent à te malitias tuas. A. p.2. fol.57

LAMENT. IEREMIAE.

13 53 Lapſa eſt in lacum vita mea: & poſuerunt lapidem ſuper me C.fol.375
14 4 Paruuli petierunt panem: & non erat qui frangeret eis. P.p.2. fol.241

EZECHIELIS.

8 3 Et emiſſa ſimilitudo manus apprehendit me, in Cincinno capitis mei. C. fol.390
16 8 Tempus tuum, tempus amantium. A.l.15.fol.125
19 9 Et miſerunt eum in caueam, in catenis. C. fol.375. & 376
23 2 Et fornicatae ſunt in Aegypto: in adoleſcentia ſua fornicatae ſunt. Ibi ſubacta ſunt hubera eorum: & fractae ſunt mammae hubertatis earum. A.p.2.fol.55. & p.5.fol.74
23 8 Et illi dormierunt cum ea, in adoleſcentia ſua. Ibid. fol.56
23 17 Cúmque veniſſent ad eam Babylonij ad cubile mammarum. Ibid. fol.56
23 22 Ecce ego ſuſcitabo omnes amatores tuos, contra te: de quibus ſatiata eſt anima tua. A.p.2. fol.56

DANIELIS.

12 1 Saluabitur populus tuus, omnis, qui inuentus fuerit ſcriptus in libro. O o.p.2. fol.27

Fff OSEE.

OSEE.

3 1 Et diligunt vinacia vuarum. Ph.fol.347

IONAE.

4 3 Quia melior eſt mihi mors,quam vita. A.l.10. fol.104

MICHAEAE.

2 12 Congregatione congregabo Iacob totum te: in vnum conducam reliquias Iſraël: pariter ponam illum quaſi gregem in ouili: quaſi pecus in medio caularum: tumultuabuntur à multitudine hominum. V.fol.214.

7 14 Paſce populum tuum virga tua,gregem haereditatis tuae.P.p.2 fol.237.& 238

NAHVM.

2 12 Leo cepit ſufficienter catulis ſuis, & necauit leaenis ſuis: & impleuit praeda ſpeluncas ſuas. A.l.17. fol.128

ZACHARIAE.

13 6 Quid ſunt plagae iſtae in medio manuum tuarum? Et dicet. His plagatus ſum,in domo eorum,qui diligebant me.A.p.4. fol.72

MATTHAEI.

6 6 Tu autem cùm oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio ora Patrem tuum. O o.p.1. fol.13

6 9 Orantes autem nolite multùm loqui. O o.p.1. fol.24.

21 9 Hoſan-na filio Dauid. A p.5.fol.75

26 26 Coenantibus autem eis accepit Ieſus panem & benediixt, ac fregit:deditque diſcipulis ſuis & ait: Accipite & comedite. Hoc eſt corpus meum. Et accipiens calicem, gratias egit, & dedit illis dicens, Bibite ex hoc omnes.Hic eſt enim ſanguis meus,noui teſtamenti,qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. Ph. fol.348

MARCI

MARCI.

14 23 Et accepto calice gratias agens, dedit eis, & biberunt ex illo omnes. Ph. fol.348

14 24 Hic eſt ſanguis meus, noui teſtamenti, qui pro multis effundedetur. Ph. fol.348

LVCAE.

14 23 Compelle, intrare vt impleatur domus mea. A.l.27. n.1. f.150

24 19 Hoc facite in meam commemorationem. Ph. fol.349

2 32 Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis. Ph.fol.365

IOANNIS.

1 24 Plenum gratiae & veritatis. Ph. fol.361

4 32 Ego cibum habeo manducare, quem vos neſcitis. A.p.4. f.71

ACTORVM.

1 14 Hi omnes erant perſeuerantes vnanimiter in oratione. A.l.22. fol.143

9 5 Durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare. A.l.17. fol.131.

10 11 Vas quoddam velut linteum magnum, quatuor initiis. O. f.16

10 44 Et obſtupuerunt ex circumciſione fideles. O.fol.15

12 5 Oratio autem fiebat ſine intermiſſione ab Eccleſia ad Deum pro eo. A.l.22. fol.143

14 22 Quoniam per multas tribulationes, oportet nos ingredi in regnum Dei. R.c.4. fol.326

17 25 Cùm ipſe det omnibus vitam & inſpirationem. O. fol.13

AD CORINTHIOS.

3 11 Fundamentum enim aliud nemo poteſt ponere, praeter id, quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus. A.l 27.n.8.fol.164

11 14 Nec ipſa natura docet vos, quod vir quidem, &c. C. fol.388

AD GALATAS.

3 13 Chriſtus nos redemit de maledicto legis: factus pro nobis maledictum. R. 303

4 4 At vbi venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum, factum ex muliere, factum ſub lege, vt eos qui ſub lege erant redimeret. A.l. m.6.fol.191. & 192

AD PHILIPPENSES.

3 20 Noſtra autem conuerſatio in coelis eſt. C. 391

AD TIMOTHEVM. I.

2 5 Vnus & mediator Dei & hominum. V.fol.208

AD TITVM.

1 8 Exhortari in doctrina ſana: & eos qui contradicunt arguere. P.p.2. fol.241

INDEX

INDEX RERVM NOTABILIVM, QVAE IN HIS PRIMIS OCTO *Annotationibus continentur.*

ADAMI protoplaſtae nomen interpretatur. A.p.5.fol.78
Affectus ſuos quomodo homo explorare debeat. O.f.2
Ager non clauditur aedificio. R.c.4. fol.324
Ager tritici Eccleſia. Ibid.
D. Agnes memoratur. A.ll.34.35. & 36. fol.183
Agriculrurae laudes. V.fol.216
Albus & ruber Sponſus Eccleſiae, quid. A.l.26.144.& ſeq.
Alexandri Macedonis continentia. A.l.11.fol.110
Amans, amati ſimilitudinem in ſe contrahit. C.fol.378
Amantes infinitè Oſculari cupiunt. Oo.fol.35
Amans amatum in ſe capere optat. C.fol.378
Amantes corde carere, & in amati corpore viuere. A.l.1.fol.82
Amantes cupiunt videre, quos amant. A.l.11.fol.110
Amare propriè quid. A.l.1.fol.82. & 83
Amores Chriſti, quinam. A.l.1. fol.81.& 82
Amor Sponſi erga Eccleſiam. A.l.1.fol.82
Amor oritur praecipuè ex ſenſu viſus. A.l.11.fol.110
Angeli ante hominem creati. O.fol.15
Angeli & Sancti ſunt ſocij Sponſae. A.l.39.fol.201.& ſeq.
Ἄνθρωπος nomen vnde emanet. A.l.27.num.1.fol.150
Animalia omnia, ſignificant omnes homines. O.fol.16
Animalia aquatilia & pennigera. O.fol.16
Antipodae ad fidem conuerſi. P.p.4.fol.254
Antitheſis, literae variatio. Oo.p.2.fol.26
Aphaereſis literae ablatio. Oo.p.2.fol.26
Aquae quid ſignificent. O.fol.16.
Aquae ſunt viri Sancti. Oo.fol.26
Argentea propugnacula. A.l.m.7. fol.198
Argumentum ab ordine Scripturae validum. P.p.4.fol.256
Argumentum de lingua ad aliam non valet. R.fol.328
Argumentum ab etymologia valet negatiuè. R.fol.eod.
Argumenta, quod Suſanna ſit Lilium refelluntur. R.fol.328.& ſeq.
Ariſtotelis loci inducuntur. Probl.ſect.3.Ph.fol.351. Probl.ſect.22.O. fol.11. Probl.ſect.27. C.f.395. De hiſtor.anim.l.1.cap.4. Oo.f.30.

& lib.6.cap.1. O.fol.10. & lib.9.cap.13.A.p.3.f.63. De coelo l.1. capp.8.& 9. Oo.f.27. Eth.9.12. A.l.11.f.110. Et de part. animal. l.3. cap.4. Ph. fol.365

Arius presbyter Alexandrinus impius. A.l.10.fol.101

Aromata horti Sponſi, quaenam. P.l.11.fol.286

Artemitia Cariae Regina,quàm virum adamauerit. C.fol.378

Aureo amiculo veſtita eſt Eccleſia,non aureato. P.l.2. fol.270

Aurora aurei coloris. A.l.27.num.2.fol.151.& ſeq.

Aurorae Eccleſia comparatur. A.l.31. fol.173

Aurum repraeſentat diuinitatem,atque ibi plura de auro. A.l.27. nu. 1.fol.148.& ſeqq.

Aurum multis nominibus Hebraicè appellatur. P.l.2. fol.270

Autor plures alias Annotationes edet, ſi his primis octo Sponſa annuerit. A.l.27. num.2. fol.153.& Ph.fol.344

B

Balatus ouium dicitur cantus Eccleſiae. V.fol.215

Balſami & myrrhae virtus. A.l.m.1. fol.91

Baſis eſt vnum ex Dei nominibus apud Hebraeos. A.l.27. num.8. fol.163.& 164

Beatam Eccleſiam,quare Meſſias appellat. A.l.31. fol.173

Beati in coelo quomodo. Oo.p.1. fol.25

Beati agricolae & coloni vineae Sponſi. V.fol.216

Beati apud Gentiles habiti. R.c.2. fol.315.& 316

Beatitudo acquiritur per cuſtodiam mandatorum. O.fol.3

Bella geſſit & geret Eccleſia. P.l.1. fol.266

Beſtiae cicures,& ferae, quae. O.fol.14

Bigarum & quadrigarum vſus,antiquis. P.l.1. fol.265

Bonis omnia aduerſa ſuccedere, malis proſpera, cur. Ph.fol.355

Brachium ſignificat opera. C.fol.378

Breuitas in eloquentia laudem non habet. Oo.p.1. fol.24

Bruta & iumenta reprobi ſunt. A.l.27. num.1. fol.150

C

Canes fidi, amantes, & plura de eis. V.fol.213.

Canes qui ſint. Ibid.

Cantici initium, quomodo vertendum, contra opinionem omnium Graecorum & Latinorum. O. per tot. Annot. fol.1

Capilli Sponſae, qui nam. A.l.12.fol.115.& l.31fol.

Capilli Meſſiae. A.l.27. num.2. fol.151

Capilli ſunt peccata. C. fol.38

Capilli ſunt nationes & gentes. C.fol.381

Caprearum natura qualis. A.l.39. fol.203
Cardinales quales fiunt. R.fol.338. aſſiſtunt Summo Pontifici. Ibid.
Cardinales ſunt fulci horti Sponſi. P.l.11. fol.286
Cardinales ſunt Roſae. R. fol.338.
Cardinales ſunt Oculi & genae Sponſae. C.fol.384
Catacombae extra Vrbem, quid. A.l.34.35. & 36. fol.184
D.Catharina Alexandrina laudatur. P.p.1. fol.235
Catullus Poëta laſciuus. O.fol.10
Caula, vocatur Eccleſia. V.fol.215
Cedri aliis arboribus celſiores. A.l.27. num.9. fol.165
Cedri immarceſſibiles. Ibid. num.9. fol.165
Cerimoniae quibus in ſacris vtimur, ſunt ordinatae ab Eccleſia. Oo. fol.33
Cerui cum à venatoribus ſectantur quo ſe recipiant. A.l.39. fol.203
China inſula mirè fertilis. C.fol.381
Chriſtos nolite tangere, interpretatio. P.p.3. fol.246
Chriſtus Graecè, Hebraicè Meſſias, Latinè vnctus: & quamobrem D.N. ſic appelletur. Oo.fol.39. & Ph.f.361
Chriſtus quare abſcondit ſuam diuinitatem. O.fol.6
Chriſtus quomodo venit in hortum. O.fol.7
Chriſtus quomodo ſe potandum praebet, O.fol.17.
Chriſtus quomodo oſculandus. Oo.fol.39
Chriſtus naſcitur clauſtris virginalibus clauſis. Et exit de ſepulchro magno lapide ſepto. Atque conclaue Apoſtolorum intrat, ianuis clauſis. A.l.2.fol.86
Chriſtus in mundo copiam ſui fecit. A.l.11. fol.111
Chriſtus inuitat omnes fideles, ad fruendum fructibus ſuae paſſionis. A.l.15. fol.122
Chriſtus cur aliquando recedit ab anima fideli. A.l.19. fol.134
Chriſti corporis partes decem declarantur. A.l.27. fol.147. ad 167
Chriſtus vbi eſſe aſſoleat. A.l.30. fol.170
Chriſtus quid à ſuis fidelibus expetat. A.l.33. fol.179
Chriſtus vult implorari. A.l.39. fol.
Chriſtus nullo morbo laborauit. P.p.3. fol.247
Chriſtus eſt verus Ioſue ſeruus Moyſi. P.l.12. fol.292. & 293
Chriſtus eſt Dominus Vineae pluribus de cauſis. V.fol.208
Chriſtus eſt vnctus oleo Spiritus ſancti. Ph.fol.361
Cincinni Sponſae qui. A.l.12. fol.115.& C.f.380
Cincinni ſunt colligationes populorum. C.fol.380
Circe quare non potuit transformare Vlyſſem. A.l.15. fol.123
Ciuitates fidelium Vineae Domini ſunt. A.l.35. fol.184
Ciuitas Dei cincta eſt ſpinis. R.c.4. fol.326
Ciuitas Dei virtuti ſimilis. Ibid.

Claudiani

Claudiani Poëtae verſus de roſis inducuntur. R.c.3. fol.317
Coccum & purpura quid. R.c.3. fol.320
Coeli motus tres. Oo.fol.25. & A.l.11.f.110
Coeli nomen Hebraicè eſt compoſitum ex duabus dictionibus ſignificantibus ignem & aquam. Oo.p2.fol.26
Coelum quomodo peribit. O.fol.6
Coelum quid ſignificet. O.fol.6. & Oo.p.2.f.28
Coelum Hebraeis ſemper eſt numeri pluralis, contra ac Graecis & Latinis. Oo.p.2.fol.26
Coelum Dei domus. Oo. fol.30
Coena Sponſi memoratur. A.l.39. fol.203
Coenaculum D.N. omnium celebrius. Ph.fol.345
Coenobia conſtruit Eccleſia viris ac mulieribus. Oo.fol.33
Colloquia cum quibus Meſſias habuit, aliqua numerantur. A.l.7.f.97
Collum Sponſae qui. A.l.12.fol.115. & P.l.2.f.268
Color purpureus, igneus, charitatem ſignificat. R.c.3.fol.320
Coloſſos Meſſiae, & Deiparae, Sanctiſque, erigit Eccleſia. Oo. fol.33
Columbas Praelati imitantur. P.l.2.fol.269
Columba vocatur Eccleſia. A.l.31.fol.172. & P.l.9. f.282. & C.f.397
Columba fel modicum habet. P.l.9. fol.282
Columbi antequam coëant, ſe oſculantur. O.fol.10
Columnae marmoreae Sponſi crura. A.l.17.num.8.fol.162
Coma gloria mulieri, viro ignominia. C.fol.388
Commiſeratio Meſſiae ex quibus dignoſcitur. A.l.27.num.4.f.156
Comparatio Mariae Deiparae cum Roſa. R.c.1.fol.306
Comparatio Eccleſiae cum Roſa. Ibid.fol.308
Concilia generalia congregat Eccleſia. Oo.fol.34
Conciliis generalibus omnes parent. P.l.12.fol.293
Confeſſio peccatorum ſecunda tabula poſt naufragium, neceſſaria ad ſalutem. V.fol.205. & de ea. C.fol.385
Confiteri Deum & Deo. Oo.fol.35
Conſiliarij Presbyteri appellati. R.c.4. fol.323
Conſtantini magni tempora. A.l.38. fol.194
Conſtructio verborum non eadem variis linguis. R.c.2. fol.315. & Ph. fol.368
Cor hominis girare dicitur, & quomodo. Ph.fol.352
Cor quomodo obſtructum. Ibid.353
Cor vitae principium, ſenſúſque, motúſque. P.p.3.fol.250. & C.f.378
Cor vitae ſedes. Ph.fol.351
Cor quomodo Chriſtum deſeruit. P.p.3. fol.250
Cor Chriſti, quidnam. ibid.
Cor cogitationes ſignificat. C.fol.378
Coronas ex Roſis Amantes capitibus ſibi deuinciunt. R.fol.301

Crura Meſſiae. A.l.27.num.8. fol.161
Crux D.N. ex quatuor lignis conſtaſſe dicitur, A.p.5.fol.77
Cumulus frumenti, quid. R.c.4. fol.324
Cumulus obſeratus. R.c.4. fol.324
Currus denotant bella. P.l.1. fol.261
Curruum,& bigarum,& quadrigarum vſus antiquis. P.l.1.fol.265

D

Damnati rei capitalis, ſupplices libellos offerunt. A.p.3.fol.64
Damnati in inferno flebunt, vlulabunt, & maledicent Deum. V. fol.216
Dauid nomen ſignificat Amorem. A.p.5. fol.77
Dauid pater Meſſiae & figura. A.p.5.fol.76.& 77
Dauid nominis trium literarum interpretatio. A.p.5. fol.77
Dauid deprecatio poſt peccatum. A.p.3. fol.64
Dauid cum paucis dicitur ſolus. P.p.4. fol.256
Decens Eccleſia vocatur,& quare. A.l.31.fol. & P.l.12.f.293
Deliciae Eccleſiae quae. A.l.37. fol.189
Dentes Sponſae,quinam. A.l.12.fol.115.& l.31.fol.
Deus licet vbique ſit, ſpecialiter tamen in coelo. Oo.fol.30
Deus inuiſibilis,factus eſt homo viſibilis. O o. fol.30
Deus qualis ſit. A.l.27.n.1. fol.149
Deo omnia palam,tametſi incluſa & abdita. P.p.3. fol.249
Deo omnia plana & aperta. P.p.4. fol.252
Deus cunctatur ad flagellandum peccatores. A.p.4. fol.70
Deus non obliuiſcitur,neque ipſum poenitet. A.l.2. fol.84. & 85
Deus non continetur loco. R.c.4. fol.324
Deus arcanus multis modis. R. fol.331
Diabolus mundum intricauerat. R.fol.303
Dij varij,quos gentes colebant recenſentur. V. fol.266
Dij gentium quomodo ſocij Meſſiae. P.p.2. fol.240
Dij vani & mortui,Dij appellantur à gentibus. P.p.2. fol.240
Diuinitas Chriſti repraeſentatur per caput auri. A.l.27.nu.1. fol.148
Doctores Eccleſiae,ſunt Sponſae dentes. A.l.12.f.115,& l.32.f.173
Doctores Eccleſiae Latini Graecique laudantur. A.l.m.7, fol.198
Doctores & interpretes ſunt Oculi & Genae Sponſae. C. fol.184
Dona regum, Romanorum, itémque reginae Sabae recenſentur. P. l.11. fol.289
Dona Chriſti caeteris omnibus praeſtant. P.l.11. fol.289
Donis conciliatur amor. A.l.37. fol.188
Dormire totam noctem eos non decet,qui aliis praeſunt;ex Homero. C. fol.395.& 396

Dormit Sponſa corpore,animo vigilat. P.l.9.fol.281. & 282
Ducentos argenteos,reddit quilibet conductor Vineae. V.fol.219

E

EBoris venter Meſſiae,quid. A.l.27. n.7. fol.160
Eccleſia iam ab initio ſciuit incarnationem verbi. O.f.4. & f.18 & A.l.14. f.118.& 119. & l.m.6. fol.190.
Eccleſia in Cantico inducitur loqui de Chriſto, ac ſi iam veniſſet. O. fol.5.& 6
Eccleſia,quare oſculari cupiebat à Chriſto. O. fol.9
Eccleſia ſemper concupiuit nubere Chriſto. O.fol.17
Eccleſia plus ſemper fecit regnum coelorum, quàm mundi quaeque praetioſa. O.fol.17
Eccleſia quomodo Chriſtum oſculata eſt,in humanis agentem. Tum quomodo poſt aſcenſionem in coelum, eum oſculata ſit & oſculetur. O o fol.30. & ſeq.
Eccleſia laudatur à Chriſto,à ſuis partibus. A.l.12.fol.114.& 115.
Eccleſia augumentum cepit tempore magni Conſtantini. A.l.38.f.194
Eccleſia militans durabit vſque ad finem mundi. A.l.m.7. fol.198
Eccleſia comparatur aurorae, Lunae,& Soli. A.l.31.fol.173.& 174
Eccleſia vocatur Pulchra,Paſtrix,Decens,Terribilis,Columba,Perfecta,Beata,Formoſa. A.l.31.fol.172. P.l.2 fol.268. & C.fol.397
Eccleſia laudatur ab Oculis, à Capillis,à Dentibus,& à Genis. A.l.32. fol.173
Eccleſia ſemper bella geſſit,& geret. P.l.1. fol.266
Eccleſia comparatur Roſae. R.c.1. fol.306
Eccleſia afflicta,quid agere debeat. Ph.362
Electi veniunt appellatione hominis. A.l.27. n.1. fol.150
Epanados verbi repetitio. O o. p.2.f.
Epiſcopi quales eſſe debeant. O o. fol,32.& P.p.2.fol.241. & C.f.393
Epiſcopos quales Eccleſia eligat. O o. fol.32.& A.l.12. fol.114
Epiſcopi ſunt Sponſae Oculi. A.l.12.fol.114.Os & Labra. R. c.3.f.318 & Genae. C.fol.
Equi ſignificant bella. P.l.1.fol.261
Eucharistiae Sacramenti inſtitutio. A.l.39.fol.203.& R.c.4.fol.322.& Ph. fol.348. & de eo. C. fol.377
Euripidis locus de Oſculis citatur. O.fol.9.
Exercitus antiquorum ex tribus copiis conſtaſſe. P.l.1.fol.265.
Exhortatio Chriſti ad Eccleſiam,eiúſque Praelatos.C.fol.397.& 398
Expiatio non datur in inferno. P.l.1. fol.264
Extremae vnctionis Sacramento. Ph.fol.368

F

FAme dominante,quid homines edere coguntur.R.c.2. fol.311
Fame dominante,mater filium toſtum eſa. R.c.2.fol.eod.

Faſcia

Faſcia caerulea in veſtibus Hebraeorum quid. C.fol.391
Ficus infructuoſa foecundata eſt. P.1.l.5.fol.276
Fideles ſunt Sponſae capilli. A.l.12. fol.115
Fides ſuſtentat Eccleſiam,ſicut crura hominem. Et habet duo capita, ſicut duo ſunt crura. A.l.27.n.8.fol.162
Fides argumenta renuit,& ſyllogiſmos.Ibid.fol.162
Filiae Hieruſalem,quinam. A.l.33.fol.28
Flere populi peccata Sacerdotes tenentur. A.l.33.fol.179
Fletus laudes. A.l.10.fol.104. & ſeq.
Flores vinearum ſerpentes interimunt. P.l.5. fol.276
Flores quid ſignificent. R.fol.300
Flores initium veris. R. fol.300
Foetorum ſentina eſt terra. A.l.11. fol.109
Foetus in vtero vt generetur & nutriatur. R.c.1. fol.322
Fons Galbi quid. A.ll.m.3. & 4. fol.91
Foramen, ſiue potiùs latibulum, in quem Chriſtus ponit manum: quidnam. A.l.17.fol.131
Foramina petrae memorantur. P.l.5. fol.276
Fores cedrinas,habet Eccleſia. A.l.m.7. fol.196. & 198
Foris inuenire Chriſtum,quod Sponſa optabat,quid. Oo.fol.30
Formidoloſa appellatur Eccleſia à Chriſto. P.l.12.fol.393
Formoſa vocatur Eccleſia à Sponſo. P.l.2. fol.268
Fortitudo Meſſiae ex quibus noſcitur. A.l.27.n.2. fol.151
Foſſam,quomodo peccator ſibi cauat. A.p.1.fol.49.& 50
Foeminas,ſub virorum poteſtate eſſe. C. fol.388
Fragmen punici mali,malae,non Cortex. C. fol.385
Fructus paſſionis Chriſti. R.Sanguis.
Fructus deliciarum Eccleſiae. A.l.37.fol.189
Fructus horti Sponſi,quinam. P.11. fol.286
Fructus Vineae Sponſi,quid. V.fol.217. cum ſeqq.
Frumenti cumulus quid.R.c.4. fol.325
Fuga Apoſtolorum in captura Chriſti. P.p.3. fol.250
Fugere Sponſum,quare Sponſa deſiderat. A.l.39.fol.202. & 203
Fundamenta montium tremuerunt, ad praedicationem Meſſiae. Oo. p.1. fol.23
Fures facit,furandi commoditas. R.c.4. fol.325
Fures ſerui ſunt,vbi nihil eſt clauſum. R.c.4. fol.eod.
Fuſca Sponſa Eccleſia. V. fol.205
Futurum Hebraeum quomodo vertendum. O. fol.4
Futurum Hebraeum exponitur pro praeterito. A.l.21.fol.138

G

GAleni locus de mammis inducitur. A.l.2. fol.86
Geminatio verborum. Vide repetitiones.

Genae Sponſae, qui. A.l.12. fol.115. & l.31. fol.173. & C. fol.383 & 384
Genebrardi argumenta,quod Suſanna ſit Lilium,eliduntur.R.f.328
Gentes ante aduentum. D.N.quales.A.l.m.7. fol.196
Gentium Dij & Idola. A.l.31. fol.173. & V.fol.206
Glandis appellatione,veniunt omnes fructus. A.l.6.fol.95
Granum frumenti Chriſtus. R.c.4. fol.323
Gratia praeueniens praeparat ad bonum. A.l.17. fol.130.& 131
Grex Chriſti, quibus eſcis & potionibus paſcendus. P.p.2. per tot. fol.236. cum ſeqq.
Greges & armenta etiam Reges habuiſſe. P.p.4. fol.255
Graeci eruditiſſimi diſciplinarum. O. fol.14
Guttae noctium. C. fol.399
Guttur Sponſae. R.palatus.

H

HAebraeus ſermo decurtatus. Ph. fol.359
Haeretici nitūtur euertere ſententias orthodoxas.A.l.10.fol.101
Haeretici quo modo Sponſae ſodales.. P.p.2. fol.239
Haeretici euertentes Imagines quantum peccarunt. Ph. fol.342
Haereticorum ſtrages in Gallia. P.l.1. fol.266
D.Hieronymi verſiones Pſalmorum. Oo. p.2.fol.24
D.Hieronymus laudatur. P.p.3. fol.247
Hinnuli gemelli Capreae,quinam. A.l.m.2.fol.113.
Hippocratis locus inducitur de alimento. Ph. fol.349. & locus ex Aphoriſmis. Ibid.380
Homo pretioſior auro. P.l.2. fol.270
Homo Hebraicè dicitur tripliciter. P.l.2. fol.270. & 271
Homo qualis ante peccatum. P.l.4. fol.273
Hominis miſeriae. V. fol.209. & R. fol.299
Hominis leuitates. V.f.222. & ſeq.
Homo vmbrae ſomnium Pindari ſententia. R. fol.299
Homo mortalis quomodo generatur:& quomodo immortalis.R.c.4. fol.322
Homo transformatur in Deum. R.c.4. fol.325
Horae ſeptem canonicae ſunt inſtar horarum, quibus Chriſtus paſſus eſt. Oo. fol.33
Hortus Chriſti. O.fol.7.& P.l.11. fol.284. & R. fol.335
Horti fructus Meſſias edit,cùm pateretur. A.l.14. fol.119
Horti Meſſiae fructus qui. P.l.11. fol.283. & 284
Hortorum vſus. P.l.1.fol.289
Hortus ſemper fructificans. P.l.1. fol.287

Hortus

Hortus Chriſti in plures hortos diuiſus eſt. P.l.11. fol.188
Hortos,diuites ſibi parant,& ad quid. P.l.11.fol.283
Hubera foemineo ſexui data ad nutriendum foetum. A.l.2.fol.86
Hubera Sponſae,quid ſignificent. A.l.m.1. fol.92.& m.l.2.fol.113.& l.m.4.fol.176
Humanitas Chriſti per quae repreſentatur. A.l.27. n.7.fol.160
Hiems tranſiit. R.l.5. fol.295
Hiſterologia,ordo conuerſus. A.l.15.fol.123. & l.36.fol.181

I

IDola gentium qualia. A.l.32. fol.173
Ieſus ſeruus Moyſi,verus Chriſtus. P l.12. fol.292.& 293
D.Ignatius Epiſcopus memoratur. R.c.4.fol.325
Ignis,ſunt viri Sancti. Oo. p.2. fol.27
Imagines Sanctorum tenet Eccleſia, ad eorum memoriam recolendam. Oo. fol.33
Imaginum vſus à tempore Apoſtolorum cepit. Ph. fol.342
Immaculata vocatur Eccleſia. A.l.31. fol.172. P.l.2. fol.268. & C. fol.398
Immortalitatem donant Sacramenta & quomodo. P.p.2. fol.236
Incarnatio verbi quando facta fuit.Oo. fol.30. & fol.36
Indi Orientales recenter conuerſi. C.fol.399. & ſeq.
Indulgentias concedit Eccleſia,de ſupererogatione meritorum Chriſti,& Sanctorum. Oo. fol.34
Inebriari,quod Meſſias optat ſuos, quid. A.l.15. fol.124
Infernus Hebraicè vocatur ſilentium, & quare. O. fol.13.
In Inferno nulla eſt redemptio. P.l.1. fol.264
Intercedere Sanctos pro nobis,orat Eccleſia. Oo. fol.33
Interpretatio Scripturarum,quàm vtilis. A.l.m.7. fol.197
Inuocari optat Chriſtus à fidelibus. A.l.39. fol.202
Iob conſolatores,Paſtores hiſtoria vocat,id eſt reges. P.p.2. fol.240
Ioſeph Patriarcha manifeſtans ſe fratribus,omnes oſculatur. O. f.10
Ioſeph adoleſcens Dominae amores renuit. A.l.11. fol.108
Iſahac Patriarcha praeuidit incarnationem verbi, & quomodo. Oo. fol.29
Iſahac diues factus iniuriam habuit. P.p.4. fo.255
Iudas cum Thamar nuru memoratur. P.p.4. fol.257
Iudaei conuertentur in fine mundi. V. A.l.11. fol.108. & V.fol.212.& fol.213
Iudith quomodo ſe ornauit, itura ad Holofernem. C. fol.389. & ibi plura de Sancta muliere.
Iugum Chriſti,non iugum. A.l.10. fol.104

L

LAban, Iacob Patriarchae ſocer, filias nepotéſque oſculatur. O.f.10
Lac quidnam. A.l.m.7.& 8. fol.200
Labra dormientium loqui quid. A.l.33. fol.179
Labra Sponſae, quinam. A.l.12. fol.115
Labra Chriſti quid. A.l.27.n.5. fol.157
Lecti Praelatorum quales. P.l.2. fol.269
Legati Graecorum & Romanorum muniti ab iniuria. C. fol.394
Leges omnes mundi imperfectae fuerunt. P.p.2. fol.237
Leues homines quantum. V. fol.222.
Lex Dei perfecta. P.p.2. fol.237.
Lex Dei ſpiritualiter paſcit & delectat. P.p.2. fol.237
Liberalitas eſt pars iuſtitiae potentialis. P.l.11. fol.288. & 289
Liberalitas Sponſi erga Sponſam. Ibid. 288. & ſeq.
Ligna omnia vtilia ad plurima, praeter vitium. V. fol.208
Lilia, & eorum frondes à pecore non paſci. R.c.2. fol.310
Liliorum variae ſpecies. R.c.1. fol.305
Limbus memoratur. A.l.39. fol.203
Lingua canum tuorum quid. V. fol.213
Lingua Hebraea Sinonymis non caret. A.p.3. fol.60
Lingua Hebraea aequiuoca habet. A.p.4. fol.68
Lingua Hebraea inops modis verborum. O. f.4.
Lingua eſt preco cordis. R.c.3. fol.319
Litaniae, quàm ſint ſanctio plena prudentiae. A.l.21. fol.139
Lucenſes, Roſa aurea donati à Pio Quarto. P.M. R. fol.332. & ſeq.
Lucenſis Reſpublica laudatur. R. fol.332. & 333
Luctus laudes. A.l.10. fol.104. & 105
Lunae comparatur Eccleſia. A.ll.31. & 32. fol.274
Lyncei ſuper nubila, & ſub terra ſpectabant. Sic Paſtores decet. A.l.31. fol.173
Lot filias ſtuprandas offert, ad euitandum maius peccatum. A.p.1. fol.48
Labra Chriſti Roſea, non Lilia, ſignificabant eius praedicationem. R.c.3. fol.317. & 318

M

MAcedonius Epiſcopus Conſtantinopolitanus impius. A.l.10. fol.101
Magi, primitiae Eccleſiae gentium. Oo. fol.37
Magi Regem Iudaeorum natum Hieroſolymis nunciant, Iudaeorum caecitati. Oo. fol.37

Mala punica,quid. R. fol.300
Malorum punicorum fragmenta,non cortices Praelati. C. fol.385
Mala precioſiſſima quae. Ph. fol.eod.
Malae Sponſae. R.Genae.
Malus arbor caeteris praelatus. A.l.6. fol.95
Mandragorae medicamentum. A.l.37. fol.188
Manus Chriſti quales. A.l.27.n.6. fol.158
Maria Sanctiſſima Virgo Deipara, praeſtito Angelo conſenſu, Chriſtum in eius animam corpúſque infuſum concepit. Oo. fol.36
Maria peperit clauſtris virginalibus clauſis. A.l.2. fol.86
Maria,Roſae omnium florum reginae,comparatur. R.c.1. fol.306
Maria figurata fuit in ſolio Salomonis : & in arca Noë. R.c.1.fol.306 & 307
Maria honor decúſque Roſarum. R. fol.336
Maria ſemper angebatur maximo cruciatu timoris. R.c.1.fol.307
Maria interpretatur amarum mare. R.c.1. fol.308
Mariae imago ad viuum Romae. Ph. fol.343
Martyres quales appellat Eccleſia. A.l.37. fol.188. & C. fol.395
Martyres vltionem ſanguinis expoſcunt. C.fol.396
Mater,filium lugens,amicitur pullo amictu .P.l.1. fol.263
Mercatoris nomen Hebraeum interpretatur circuens. Ph.fol.352. & ſeq.
Mercatores decoctores,ſicarij ſunt & homicidae. C. fol.380
Mercurius ſignificat rationem omnium reginam. A.l.15. fol.123
Meretricum inuitamenta. A.l.15. fol.122. & ſeq.
Metaphora à leuibus corpuſculis. V. fol.221
Metaphora à venantibus feras. C. fol.375
Metaphora à victis hoſtibus. R. fol.
Metonymia effectus pro efficiente. A.l.33. fol.178
Metonymia continens pro contento. Ph. fol.348
Mineruam ex cerebro Iouis prognatam,quid. A.l.27. n.1. fol.148
Miſeriae hominis. V. fol.209. & R. fol.299
Mitra ornamentum capitis Epiſcoporum, ab Aegyptiis accepta. C. fol.387
Modus Optatiuus Hebraeorum quomodo formetur. O.p.2.& de eo. fol.4
Modus Imperatiuus iuſſum habet. O. fol.4
Modus ſubiunctiuus cauſam & tempus proponit. O. fol.eod.
Modus Indicatiuus abſolutè definit. O. fol.eod.
Momus non poteſt vellicare Eccleſiam. P.l.7.fol.278
Montes in Cantico Apoſtoli ſunt. A.l.11.fol.111
Montes ſunt coelum. A.l.39.fol.203
Montes in ſacris literis, ſunt Sacerdotes. R.fol.323

Mors

Mors nigra eſt. A.l.27.num.2. fol.152
Mors mortua eſt. Ibid.fol.152
Mors eſt diſſolutio naturae, & de ea. V.fol.210
Mortes Sanctorum quales. A.l.36.fol.185
Morum ſimilitudo conciliat homines. P.p.4.fol.260
Multitudo imitatur Principes. P.p.3. fol.244
Mundus,ante Chriſti aduentum,erat ſolitudo & taciturnitas. O.f.13
Mundum vniuerſum, immo innumerabiles, ſi eſſent, Chriſti paſſio ſaluare poſſet. A.p.3.fol.65. & V.f.219. & 220
Mundus quare floccifaciendus. A.l.39.fol.202.& 203
Mundi omnia ſunt fluxa & caduca. P.l.1.fol.264
Mundus pollicetur montes aureos,& vendit fumos. Oo.p.1.f.23
Mundus eſt vallis lachrymarum. V.fol.210.210.
& vallis tumultus. V.fol.211
Mundum Chriſtus vicit & tributarium redegit, & quomodo. R. fol. 301. & 303
Munera quae Eccleſia fert Deo qualia. A.l.37.fol.188.& 189
Murus quid ſignificet. O.fol.6.
Murus munitur propugnaculis argenteis. A.l.m.7. fol.195.& 198
Murus Eccleſia quomodo. A.l.m.7. fol.195. & ſeq.
Myrrhae & Balſami virtus. A.l.m.1.fol.91
Myrrha ſtillans de manu Sponſi, quid. A.l.11.fol.134

N

NAtali die locupletes ſe oblectant. P.l.11.fol.289
Natalitiis donis. Ibid.
Negotium ſummorum Sacerdotum quale. C.fol.394. & R. in verbo Officium.
Nomen Amoris Hebraeum aequiuocum. A.p.4.fol.65.& 66.
Nomen Dei tetragrammaton Hebraei non pronunciant. A.l.27. nu. 8.fol.164
Nomen Dei tetragrammaton,in fronte Aaron,quid. C.fol.393
Nomen Dei eſt filius Dei. P.p.3. fol.245
Nomina Hebraea,quibus Amores ſignificantur. A.p.3.fol.65.& 66.
Nomina debent eſſe conſequentia rebus. P.l.12.fol.292
Nomina tria Hebraea,quorum alterum Roſam, alterum Lilium, & tertium flores generice ſignificant, hactenus confuſa. R.f.297
Nomina quae carent plurali, & ſingulari: & quae aliud alio numero ſignificant reperiri. Oo.p.1.fol.20
Nomina quae numero ſingulari pluralitatem ſignificant. R.c.4.f.324
Non eſt malum in ciuitate,quod non faciat Dominus. P.p.3.f.244
Non probat hoc eſſe,quod ab hoc contingit abeſſe. R.fol.328

Nox

Nox ſemper in terris. A.l.11.fol.109
Noctis ros & guttae. C.fol.394
Numerus mille perfectus & cubus,& plura de eo. V.fol.218
Numerus ducenteſimus. V.fol.219
Νυμφαγωγον fuiſſe ſeruum Abrahae,non Achuzat.P.p.4. f.257

O

Obſidione fame enecti, quid comedant. R.c.2.fol.311
Oculi Sponſae,quinam. A.l.12.fol.115.& l.31.f.& C.fol.384
Oculi Meſſiae,quinam. A.l.27.num.3.fol.154
Oculis ineſt gratia,& ibi multa de eis. C.fol.383
Officium parentum erga filios. A.p.4.fol.72.& Ph. fol.368
Officium vertentis de lingua in aliam. A.p.5.fol.75.& V. fol.205
Officium vertentium,quale non eſt. A.l.m.7.fol.199
Officium Praedicatorum. R.c.3.fol.319.R.c.3.fol.319.& C. fol.384. & 393
Officium populi erga Epiſcopum. C. fol.393
Onus Chriſti,non onus. A.l.10.fol.104
Opera miſericordiae exercens Eccleſia,Meſſiam oſculatur. Oo. f.34
Opes & diuitiae timentium Deum,quae. Oo. p.1.fol.21
Opes & diuitiae, & generaliter negocia omnia,priſcis ex re pecuaria. P.p.1. fol.233
Opiliones & Caprarij,quibus greges paſcant. R.c.2.fol.316
Orans qualiter ſe gerere debeat. Oo.p.1. fol.24
Orant Sancti Deum,vt eum placent. Oo.p.2. fol.27
Orationis Dominicae laus. Oo.p.1.fol.24
Oris color ruber. R.c.3.fol.318
Origenis varia lectio primi verſus Cantici,non putatur vera. Oo. fol.
Orphani ſunt,qui patrem mundum non habent. P.l.1.fol.262
Os purpureum Sponſae,quid. R.c.3. fol.318
Oſculans honorat quem oſculatur. Et probatur. O. fol.9.
Oſcula faciunt inire amicitiam,gratiam & amorem. O. fol.9
Oſcula etiam animalibus communia ſunt. O. fol.eod.
Oſculum conſueuit dari inuitatis ad coenam & hoſpitio. O. fol.10
Oſculum datur diſcedentibus,& reuerſis. O. fol.eod.
Oſcula hominum mundanorum qualia. O.fol.eod.
Oſculans,quid dat oſculato,& quid accipit. O. fol.11
Oſculandi verbum Hebraeum eſt aequiuocum ad plura. O. fol.12. & A. p.4. fol.68
Oſculandi nunquam ſatiantur Amantes, O. fol.10
Oſcula varia recenſentur. Oo. fol.31.& 36
Oſculum primum Chriſti. Oo.fol.30

Oſcula plura, quibus Eccleſia Chriſtum in carne oſculata eſt.Oo.f.31
Oſcula plura,quibus Eccleſia Chriſtum oſculata eſt, poſt eius aſcenſionem in coelum,& quibus iugiter Chriſtum oſculatur.Oo.f.32
Oſcula plura,quibus Chriſtus in carne Eccleſiã oſculatus eſt. Oo.f.36
Oſcula Meſſiae vnde profecta. A.p.4.fol.72
Oſſa Eccleſiae R. in verbo Praelati.
Oſtium & ianua ſalutis eſt Eccleſia. A.l.m.7 fol.195
Oſtium capitis,vt purpura,quid R.c.3.fol.318

P

PAcificus Chriſtus appellatur,& quamobrem. V.fol.208
Palatus Meſſiae dulcis,quid. A.l 27.num.10.fol.166
Palatus Eccleſiae,eſt vox,quae qualis. A.l.33.fol.178
Palmae arboris dignitas,& ei cur Eccleſia comparetur. A.l.m.4.f.177
Pan, calamos cera coniungere inſtituit.
Pan curat oues Virgilij locus exponitur. A.l.27.num.1.fol.149
Panis cor hominis ſuſtentat. Ph.fol.353
Panis appellatione quid veniat. Ph.fol.353.& 354
Panis in ſcriptura, quid. Ph.fol.353.& ſeq.
Paries quid ſignificet. O.fol.6
Parochi ſunt Roſae. R.fol.338
Paſcere verbum,ſignificat,regere,gubernare & ſimilia. P.p.1.fol.230. & p.2. fol.237
Paſcere in hortis, quidnam. P.l. 11.fol.288
Paſcit quomodo Chriſtus genus humanum. A.l.10. f.103. & R. c.1. fol.312
Paſcit lachrymis ſuos charos Chriſtus,quare. A.l.10.fol.103
Paſſiones, quae tribuuntur Deo, tribuuntur per ſimilitudinem non per proprietatem. A.p.3.fol.63
Paſſionis D.N. mentio & ordo.Ph.f.358.& C.f.375. 380 & 386
Paſtores animarum,quales Eccleſia ordinat.Oo.f.32.& A.l.12.f.115 & C.fol.385
Paſtores priſci erant vel affines,vel agnati. P.p.1.fol.235
Paſtoris nomen Hebraeum,hactenus variè tranſlatum.P.p.1.f.229
Paſtores.quales vellet Pharao Rex Aegypti.P.p.4.fol.256
Paſtores quanto in pretio fuerint. Ibid.
Paſtores, Ducibus exercituum antepoſiti. Ibid.
Paſtores rectoréſque animarum ſunt Roſae R.fol.338
Paſtricem Eccleſiam Chriſtus vocat,& quare. A.l.31.f.172
Paſtricis nomen Hebraeum hactenus incognitum.P.p.1.f.229
Patruos magis quàm parentes filij amant,& cur. A.p.4.f.72
D.Paulinus primus Lucenſis Epiſcopus memoratur. P.p.4.f.254

Paulum

Paulum Apoſtolum diſceſſurum à Mileto,omnes oſculantur.O.f.10
Pauli Apoſtoli conuerſio. A.l.17.fol.131
Pauperum laus. A.l.27.num.6.fol.159
Peccator nunquam debet deſperare. P.l.2.fol.271
Peccatorum cauſae, fontes & ſeminaria. C.fol.387
Peccatum originale,quid cauſauit. A.l.9.fol.99
Peccatum comparatur capillis. C.fol.386
Pecudis appellatione omnes quadrupedes continẽtur, quae gregatim paſcuntur. P.p.4.fol.259
Pecus ſunt peccatores. A.l.27.num.1.fol.150
Pecus lilia non paſcit,neque eorum frondes. R.c.2.fol.310
Pedes quid ſignificent. O.fol.2
Perfecta vocatur Eccleſia à Chriſto. A.l.31. fol.173. & C.f.398
Periphraſis. A.l.11. fol.109
Perſarum mos oſculandi, quos honorare volunt. O.fol.9
Perſij locus de Lagenis inducitur. Ph.fol.347
Perſonae tres diuinae quomodo concurrant in redemptione humani generis. A.l.26.fol.144
Perſpicacitas Meſſiae,ex quibus declaratur. A.l.27.num.3.fol.154
Petra quid ſignificet in ſcripturis. O.fol.12
Pharao Rex Aegypti perſequens filios Iſrael. P.l.1.fol.265
Phialas varias habet Eccleſia. P.l.11.fol.285
Pictura illiteratis eſt inſtar ſcripturae. Ph.fol.
Pius IIII. auream Roſam Reipub.Lucenſ.donauit. R.fol.332
Plaga leprae & vulneris. P.p.3. fol.247
Platonis locus,de regno exponitur. P.p.2.fol.240
Plauti locus de Oſculis inducitur. O.fol.10
Pleonaſmos. A.l.1. fol.79
Ploratus laudes. A.l.10. fol.104. & ſeq.
Ploratu Deus ad miſericordiam mouetur. A.l.33.fol.179
Pomi vallis, quid. R.fol.300.
Pontifices,quales Eccleſia eligat. A.l.12. fol.115
Pontifices & Antiſtites, caeteríque Praelati Eccleſiae, ſunt Sponſae collum. A.l.12.fol.115. Sulci horti Sponſi. P.l.11.f.286. Eccleſiae os & labra. R.c.4.f. Et oculi & genae. C.f.385
Populi fideles ſunt Sponſae Cincinni. A.l.12.fol.115
Populus & multitudo principes imitantur. P.p.3.fol.244
Populus quomodo ſe gerere habeat erga Epiſcopum. C.fol.393
Portae Eccleſiae,quid. A.l.37. fol.180. & A.l.m.7.& 8.fol.197. & R. Oſtium Ianua & Fores.
Potare in Roſa,quid. R.c.2.fol.316
Potu facilius quis reficitur,quàm cibo. P.fol.350
Praecepta Eccleſiae ad quae obligant. Oo.fol.32

Praedicatores ſunt labra Sponſae. A.l.12.fol.115.& R.c.3.f.318
Praedicatores ſunt vox Sponſae. A.l.33.fol.179
Praedicatores ſunt canes. V.fol.213
Praedicatores ſunt Roſae. R.fol.339
Praedicatores ſunt Oculi & Genae Sponſae. C.fol.384
Praegnans mulier cupitae rei in foetu pingit imaginem. C.fol.378
Praelati Eccleſiae dicuntur oſſa,& quomodo. R.fol.
Praelati ſunt Oculi & genae Sponſae. C.fol.385. Reliqua R.in verbis Pontifices, Epiſcopi & Paſtores.
Praelati ſunt coelum. Oo.p.1.fol.28
Praelati debent ardere igne charitatis. R.c.3.fol.320
Presbyteri quinam. A.l.33.fol.178
Presbyteri appellantur omnes Sacerdotes in omni dignitate conſtituti. R.c.4.fol.323
Presbyteri apud Lacedaemones erant Reipub. conſiliarij & adminiſtratores. Ibid.
Praeteritum pro futuro. A.l.21.fol.137
Principem qualem eſſe deceat. Ph.fol.357
Prodigalitas Antonij. P.l.11.fol.290
Prophetia quod D. N. non debebat mori infans. O.fol.7
Prophetia ſacramentorum nouae legis, eorúmque vſus. A.l.15. fol.122
Prophetia quod fides per vniuerſum mundum propaganda erat. A. ll.24. & 25.fol.143
Prophetia vulnerum Chriſti,manuum,pedum,& lateris.A.l.26.f.145
Prophetia quod D.N.nocte capiendus erat. P.p.3.fol.250
Prophetia fugae Apoſtolorum,dum D.caperetur. P.p.3.fol.250
Prophetia eleuationis hoſtiae ſuper capita Sacerdotum. R.c.4.f.323
Prophetia ſacramenti extremae Vnctionis.Ph.fol.368
Propheria quod Iudaei velarent oculos Meſſiae. C.fol.386
Proximi nomen ſignificat tam ſanguine coniunctum,quàm vicinum. P.p.1.fol.233
Prudentia propria hominis. C.fol.389
Pſalmorum numeratio varia vnde. In Appendice ad lectorem.
Pulchram Sponſam Eccleſiam appellat Meſſias, & quare. A.l.31. fol. 172. & C.fol.397
Pulchritudo Meſſiae,caeterorum omnium ſuperat. A.l.5.fol.95
Pulchritudo Chriſti ſignificatur per aſpectum vt Libani.A.l.27.num. 9.fol.165
Pulchritudo propria muliebris ſexus. C.fol.389
Pulſat quomodo Deus. A.l.16. fol.126

Quaeren

Q

QVaerendus vbinam Chriſtus. A.l.28. fol.169.& 170
Quaerimonias nec quaerelas effundunt Martyres cum patiuntur. A. l. 37. fol. 188
Quater cur filiae Hieruſalem idem petunt à Sponſa. A.l.22.f.142
Quid ſacrificetur in ſacrificio altaris. A.l.39.fol.202
Quinta pars, de ea. V.fol.219
Quis relatiuum Latinorum, quibus Hebraeis dictionibus reſpondeat. A.l.22. fol.142
Qui adhaeret meretrici, vnum corpus efficitur cum ea, & qui Deo, vnus efficitur Spiritus. V.fol.223

R

RAcemi vuae duo Teſtamenta. A.l.m.4. fol.176.& 177
Rachelem innuptam adhuc, Paſtricem vocat hiſtoria.P.p.1.f.230
Ratio omnium Domina veneficiis reſiſtit. A.l.15.fol.123
Rectores animarum, quales Eccleſia ordinat. Oo.fol.32
Regnum Dei per tribulationes adipiſcitur. R.c.4.fol.326
Religio toto orbe terrarum propaganda. C.fol.381
Repetitiones petitionum ad quid. A.l.22.fol.142.& ſeq.
Repetitiones exaggerant, ornant & amplificant. V.f.224.& 225
Reprobi ſunt iumenta & bruta. A.l.27.num.1.fol.150
Romani antiqui laudantur à iuſtitia. O.fol.14
Ros noctis. C.fol.394.& ſeq.
Roſea labra Sponſi, quid. A.l.27.num.5. fol.157
Roſae qui fuerint, & ſint. R.fol.335. ad 339
Roſa ſpina naſcitur, lilium frutice. R.fol.305
Roſis paſcit Chriſtus. R.c.2.fol.311.& 312
Roſis ſuaue olentibus paſcit fideles Eccleſia. R.c.2.fol.316
Roſa laetitiam ſignificat. R.fol.329.ad 333
Roſae, quas legit Sponſus in horto, qui. R.fol.335
Roſa aurea, quae Romae quotannis benedicitur, quid.R.fol.332
Roſae ſunt animae fideles. R.fol.302.& 339
Ruber & albus Sponſus, quid. A.l.26. fol.144

S

SAcerdotes dicuntur montes, & quamobrem. R.c.4.fol.323
Sacramenta ſeptem conficit Eccleſia. Oo.fol.32
Sacramenta in morte Chriſti firmata fuerunt. Oo. fol.37.& 38. A.l. 14.fol.120

Sacramenta, reſque ſacrae, & diuinae ſcripturae magis intelliguntur manſuetudine ſpiritus, quàm argumentis. P.l.2.fol.270
Sacramenta fiunt per acceſſum verborum Sacerdotum ad elementa. Ph. fol.349
Sacrificium altaris,quid. A.l.39.fol.202. & de eo. R.c.4.f.322.& 325
Salomon omnium ſapientiſſimus. P.p.3.fol.243.& R.c.1.f.305
Saltus Meſſiae recenſentur. A.l.7.fol.97
Samſon dormiens ſuper genua Dalidae, in torrente Sciores, quid. A.l.17. fol. 131
Samſon erat Paſtor,& xxx. ſocij Paſtores. P.p.4.fol.260
Sanctes Pagninus, autoris conciuis laudatur in Proœmio. fol. & C. fol.382
Sancti plerique vtriuſque teſtamenti mori cupierunt. Oo.p.2.fol.27. & A.l.10.fol.103.& 104. & V.fol.210
Sancti viri, ſunt aquae, & ignis. Oo.p.2.fol.26
Sancti vocantur fortes,& dilecti. A.l.10.fol.116. & ſeq.
Sancti definitio quid nominis,& quid rei remiſſiuè. C. fol.394
Sanctorum inuocatione. A.l.21. fol.136
Sanctos qui ſunt in coelo,& qui in terra, pro ſe intercedere Eccleſia orat. Oo. fol.33
Sanguis Chriſti comparatur abyſſis, quia eius meritum fundum non habet. O. fol.13
Sanguis Chriſti innumerabiles mundos,ſi eſſent,ſaluare poſſet.A.p.3. fol.65. & V.fol.217. & 218
Sanguis Chriſti eſt potus & cibus. Ph.354
Sapientes proſpiciunt ventum futurum ante triduum. A.l.12.f.115
Sapphiri tegentes Chriſti ventrem,quid. A.l.27.num.7. fol.161
Sapphus dictum de pulchro. C. fol.383
Scalarum abſconditum, quando Eccleſia latebat metu Tyrannorum. P.l.5. fol.176
Scripturae ſacrae laus. A.l.m.2.fol.113
Scripturae interpretationis vberes fructus. A.l.m.7.fol.197
Scripturae lectio prodeſt ad ſalutem. A.l.m.7.fol.199
Senectutis mala. R. fol.299
Sepes ex Roſis fiunt,ex Liliis non fiunt. R.c.3.fol.
Sepe roſarum Ciuitas Dei cincta eſt. Ibid.
Septuagintaduo Interpretes tria verba ſynonima, vnico tranſtulerunt. A.p.1. fol.51
Sigillis obſignantur carceres, & literae, & teſtamenta, & plura de ſigillis. C.fol.377
D. Silueſtri tempora. A.l.38. fol.194
Similitudo Roſae cum Sanctiſſima Deipara, & cum Eccleſia. R.c.1. fol.306. & 308

Simplices

Simplices aptiores ad contemplandas res ſacras, & digniores, qui ſint filij Dei. P.l.2. fol.270
Sitis animalium quaenam erat. O. fol.14
Socij Meſſiae qui. P.p.2. fol.239
Socij Sponſae Angeli ſunt & Sancti. A.l.39. fol.102. & P.p.21. f.249
Socium, qui fallit: non eſt bonus vir. P.p.1. fol.234
Socrates damnatus non ſtatim punitur. C. fol.376
Sol Eccleſia vocatur. Ph.fol.359
Soli comparatur Eccleſia. A.l.31. fol.174
Solitudo erat mundus, ante Meſſiae aduentum. O. fol.15
Somnus ſequitur potos & paſtos. P.l.9. fol.281
Sophocles verſus de Aiace. A.p.5. fol.76
Soror Sponſi & ſynagogae gentilitas. A.l.m.7. fol.196. & ſeq.
Soror Eccleſia vocatur & quamobrem. C. fol.397
Spiritus S. loquente Petro cecidit, ſicut in die Pentecoſtes. O.f.15
Statuas Chriſto, eiúſque Sanctis ſtatuit Eccleſia. Oo. fol.33
Status hominis ante peccatum. P.l.4. fol.273
Stipulae, id eſt paleae inanes ſunt peccatores. V.fol.224
Stipulatio conditionalis non parit actionem, niſi poſt conditionem euentam. A.l.21. fol.138
Sulci Horti Sponſi qui. P.l.11. fol.286
Supplicationes, R. in verbo Litaniae.
Suſanna Roſam ſignificare R.per tot. A. & 8. fol.196
Superbi notantur per volucres, nec habent partem in regno Dei. O. fol.16
Synagoga conuertetur in fine mundi. A.l.11. fol.108
Synagoga ante Meſſiae aduentum habuit Prophetas legiſlatores & Interpretes: & poſt Apoſtolos, & plura temeraria. A.l.m.7.
Synecdoche, pars pro toto. P.p.3. fol.244. & P.l.4. fol.265. & fol.267. & C. fol.391

T

Tabula cedrina ſignificat perpetuitatem. A.l.m.7. fol.198
Taciturnitas erat mundus ante Meſſiae aduentum. O. fol.13
Tactus quomodo fiat. Oo. fol.30
Tactum praecedit appropinquatio. P.p.3. fol.246
Tarditatem ſupplicij Deus grauitate compenſat, ex Homero. A. p.1. fol.52
Tautologia inculcatio per diuerſa verba. A.p.5.f.77. & V. fol.214. & R.fol.303
Templa erigens Eccleſia, vel dedicans Meſſię eum oſculatur. Oo.f.32. & 33

Tempus

Tempus canendi. P.l.5. fol.276
Terra quid ſignificet. O. fol.8
Terram non moueri,ſed coelum. Oo.p.1. fol.23
Terra ſignificat Chriſtum. Oo. fol.28
Terra eſt Sanctiſſima virgo. O. fol.8
Terram promiſſionis dare pollicitus eſt Sponſus. P.l.12. fol.292
Terra promiſſionis duplex. Ibid.
Terrae omnia deſpicienda & quare. A.l.17. fol.130
Terribilis Eccleſia vocatur à Chriſto. A.l.31. fol.172
Teſtamenta duo erant præſignata per duo Sponſae vbera. A. l.m.1. fol.91. & l.m.2. fol.113. & ll.4.& 5. fol.177
Theodorus Gaza deceptus in verſione loci Ariſtotelis. O. fol.11
Timentes Deum,ſunt diuites. Oo. p.1. fol.21
Timentes Deum,non peccant. Ibid.
Torcular quando,& quomodo Chriſtus calcare debebat. A.l.14.f.120
Transformatur vinum in ſanguinem. A.l.33. fol.179
Transformantur quomodo homines in Deum. R.c.4. fol.325
Transfugae aequiparatur peccator. A.p.4. fol.69
Tritici ager vterus Sponſae. R.c.4. fol.321. & 324
Tumulatus Meſſias Patrem orat. V.fol.212
Tumultus varij generis,mali,& item boni. V.fol.211
Tumultus quid ſit. V.fol.216
Turcae bello nauali deuicti. P.l.1. fol.266
Turres,Vbera Sponſae quid. A.l.m.8. fol.198
Turturis vox,Euangelium. P.l.5. fol.
Turturi comparatur anima Sancta,& quare. P.l.2. fol.268

V

Valentiae opinio de Cantici initio reprobatur. O.fol.2
Vallis lachrymarum mundus. V. fol.209
Vallis tumultus & ſtrepitus. V. fol.311
Vallis pomi,quid. R. fol.300
Vani quàm ſint homines,& plura de materia. V. fol.221. & ſeq.
Vas,velut linteum,quod Petrus vidit,quid. O. fol.16
Vaſa recenſentur,Phialae,Lagenae,Labrum,Amphora,Cadus,Cotula,Congiaria,Dolia,Modium. Ph. per tot.
Venatores,feris captis,quid agant. C.f.
Venter Sponſae. R.Vterus.
Venter eboris Meſſiae quid. A.l.27.num.7. fol.160
Ventus eſt verbum Dei. V. fol.224
Ver anni initium. R. fol.300
Verbum Dei dulce ſapit,nutrítque,& temulentos facit. R.c.2.f.316

Verbum Dei diligenter cuſtodit Eccleſia. R.c.4. fol.322
Veſtis Sponſae aurea eſt, non deaurata. P.l.2. fol.270
Viae hominis quae. O. fol.2
Vicarij Meſſiae ſunt fulci eius horti. P.l.11. fol.286
Vicario Meſſiae omnes parent. P.l.12. fol.293
Vicarij Meſſiae ſunt Roſae. R.fol.338
Vicarij Meſſiae ſunt Oculi & Genae Sponſae. C. fol.384
Victoria Martyrum caeterorúmque Sanctorum. A.ll.m.4.& 5.f.177
Victoria Eccleſiae contra Turcas & Haereticos. P.l.1. fol.266. & 267
Victoria Chriſti de diabolo. R. fol.301 & 302
Viduae ſunt, quibus mundus mortuus eſt. P.l.1. fol.262
Villae in Cantico, quid. A.l.35. fol.184
Vineae indigni, qui. A.l.10. fol.101
Vineae Cantici, quid. A l.35. fol.184. & V. per tot.
Vinea ſi germinauit, quid. R. fol.300
Vini inuentor quis. A.l.1. fol.82
Vini proprium epitheton eſt ſuaue. A.l.1. fol.80
Vino amor diuinus comparatur. A.l.1. fol.81. & ſeq.
Vino ſignificantur omnia dulcia exculenta & poculenta. A.l.1. f.87
Vinum ſapientiam ſignificat. A.l.2. fol.88
Vinum, facit loqui dormientes, quid. A.l.33. fol.178. & ſeq.
Vinum laudatur. Ibid. fol.179
Vinum educat, alit, roborátque, & multa de vino. Ph.fol.350
Vina varia in pretio habita memorantur. Ph.fol.354.& ſeq.
Virgines in clauſtris degentes, ſunt Sponſae Genae. A.l.12. fol.115
Virgines maritatae. P.p.3. fol.243. & ſeq.
Virginitas vt plurimùm foeminei ſexus. P.p.3. fol.243
Virtus vbi habitet. R.c.4. fol.326
Vitta Hebraeis ſemper numeri pluralis: Latinis autem & Graecis contra. Oo. p.2. fol.25
Vita, quae dicitur, mors eſt. A.l.11. fol.109
Vitis fructus caeterarum arborum precioſior. A.ll.m.4.& 5.fol.177
Vitis ligna inutilia praeterquàm ad comburendum. V. fol.208
Vitta coccina, quid. R.c.5. fol.319
Vlyſſes cum Circe. A.l.15. fol.123
Vlyſſes vellicatus à Subulco & Caprario. P.p.4. fol.258
Vmbrae effectus qualis. C. fol.383.& 384
Volucres quid ſignificent. O. fol.16
Voluptas per ſuccum percipitur & quomodo. O. fol.11
Voluptas multis modis percipitur. Ibid. fol.
Vox Chriſti, quomodo pulſat cor hominis. A.l.16. fol.126
Vox Eccleſiae, qui ſint. A.l.33. fol.178
Vox quomodo efficiatur. R.c.3. fol.319

Vnguenta magnis ſumptibus comparata. A.l.1. fol.81
Vnguenta diſcipulae Magdalenae. Ibid. fol.81
Vterus Sponſae, quid. R.c.4. fol.321. & ſeqq.
Vuae racemi duo teſtamenta. A.ll.m.4.& 5. fol.177
Vulpes, quinam ſint. A.l.10. fol.101

X

XEenophontis loci inducuntur. De Oſculis loci duo. O. fol.9. & fol.10. De fletibus. A.l.10. fol.104
Xerſes praemium propoſuit inuenientibus nouas voluptates. O.f.11

Y

YAcinthi, quibus manus Chriſti plenae ſunt, quid. A. l.27. num.6. fol.158

Z

ZEbedaei filij, cum caeteris Apoſtolis fugam arripiunt. P.p.3.f.250

FINIS.

Errata ſic corrigito.

Pag.6.verſ.antep. Atque eſt germana. lege. Atque haec eſt germana.
Pag.10. verſ.22. diſcedente. lege. diſcedentem.
Pag.20.verſ.16. Apud Comicum. lege. Vnde apud Comicum.
Pag 29. lin.35. ה.ושם. lege. ושקה.
Pag.39. lin.25. crediiſque. lege. crepundiiſque.
Pag.121. lin.10. Sanctus Pagninus. lege. Sanctes Pagninus.
Pag.123. lin.26. ſic effert. lege. ſic offert.
Pag.165. lin.20. & celſiones. lege. & celſiores.
Pag.177. lin.1. AMOR LOC. MAMMAE III. lege. 4. & 5.
Pag.177. lin.10. iucunabula. lege. incunabula.
Pag.183. lin.31. ne montes. lege. ac montes.
Pag.198. lin.35. Oecononomicorum. lege. Oeconomicorum.
Pag.210. lin.28. quam quam. lege. quam que.
Pag.225. lin.10. hinc ferme modum. lege. hunc forme modum.
Pag.252. lin.9. רעת. lege. רעה.
Pag.269. lin.1. qua duarum. lege. quae duarum.
Pag.281. lin.24. Columba me. lege. Columba mea.
Pag.287. lin.10. ἐπὶ ϛαφυλῇ, σύκον. lege. ἐπὶ ϛαφυλῇ ϛαφυλή, σύκον.
Pag.303: lin.28. Id eſt, quemadmodum nos vertimus. lege. quemadmodum nos vertimus.
Pag.342. lin.16. praecatúrque. lege. precatúrque.
Pag.344. lin.24. אשישת *aſciſciath*, lege. אשישה *aſciſciah*.
Pag.348. lin.8. ratiocinatus eſt. lege. ratiocinatus eſt, ſcribens.
Pag.ead. lin. antep. gratias egit, dedit illis. lege. gratias egit, & dedit illis.
Pag.351. lin.vlt. qui ſtatim è poto. lege. qui ſtatim epoto.
Pag.360. lin.ante antepen. λύροις. lege. μύροις.
Pag.385. lin.35. ſacramento. lege. ſacramenti.

FORMIS
Guichardi Jullieron,
Typographi Regij.